



REESE LIBRARY

OF THE

UNIVERSITY

CALIFORNIA

Received Ma

PA

6105

V24

v.27

Accessions No. 507

Velpy -

Delphin classics.

Southern Branch  
of the  
**University of California**  
Los Angeles

Form L 1

PA

6105

V24

v.27

SOUTHERN CALIFORNIA  
UNIVERSITY OF CALIFORNIA  
LIBRARY  
LOS ANGELES, CALIF.





Digitized by the Internet Archive  
in 2008 with funding from  
Microsoft Corporation



M. TULLII CICERONIS

O P E R A.

VOL. VIII.



M. TULLII CICERONIS

ORATIONES

EX EDITIONE JO. AUG. ERNESTI

CUM NOTIS ET INTERPRETATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

NOTIS VARIORUM

RECENSU EDITIONUM ET CODICUM

ET

INDICIBUS LOCUPLETISSIMIS

ACCURATE RECENSITÆ.

75348


VOLUMEN QUARTUM.

F

LONDINI:

CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A. M.

1830.



50704

negavit: re judicata<sup>1</sup> stari ostendit placere. 50. Iterum iste, cui nullus esset usquam<sup>2</sup> consistendi locus,<sup>b</sup> Romam se retulit: persecutur Hermippus, qui nunquam istius impudentiae cessit: petit Heraclides a C. Plotio senatore, viro primario, qui legatus in Asia fuerat, mancipia quædam, quæ se, cum judicatum<sup>3</sup> esset,<sup>c</sup> per vim vendidisse dicebat. [p. 157.] Q. Naso, vir ornatissimus, qui prætor fuerat, judex sumitur; qui cum sententiam secundum Plotium<sup>d</sup> se dictum ostenderet, ab eo judice abiit, et quod<sup>e</sup> judicium lege non erat,<sup>d</sup> causam totam reliquit. Satisne vobis, judices, videor ad singulos testes accedere, neque, ut primo constitueram, tantummodo cum universo genere configere? 51. Venio ad Lysaniam,<sup>e</sup> ejusdem civitatis, peculiarem tuum, Deciane, testem;<sup>f</sup> quem tu, cum ephēbum Temni cognosses, quoniam te nudus<sup>i</sup> delectarat, semper nudum esse voluisti. Abduxisti<sup>g</sup> Temno Apolloniudem: pecuniam adolescentulo, grandi fœnore, fiducia tamen accepta,<sup>f</sup> occupavisti:<sup>k</sup> hanc fiduciam commissam<sup>g</sup> tibi

<sup>h</sup> Pro Plotio.<sup>i</sup> Pauper.<sup>k</sup> Commodavisti.

\*\*\*\*\*

CAP. XXI. 1 Ant. Augustin. legi voluit *rei judicatae*, improbante Beck. Cf. Drakenb. ad Liv. xxl. 19.—2 Victor. et Mannt. *unquam*.—3 Vat. ap. Faern. et Lamb. teste Olivet. *judicatus*.—4 Sic, e conjectura Faerni, Lamb. et seqq. *ostenderet et ab eo i. habitet quod Venet. 1483. ostenderet et ab eo i. abi- ret quod codd. plerique et edd. ante Lamb.* ‘*Prius et servari sane poterat.*’ Orell.—5 Muretus conj. *civitatis p. cum Deciani testem;* Venet. 1480, 1483. *habent cum Deciani teste.* Mox, *cognosces S. cognosceres H.* Deinde, pro *quoniam te,* Venet. 1483. *habet qua te;* Lamb. *quia te;* Venet. 1480. *quia tum te.*—6 Adduxisti S. Venet. 1483. Jnnt. *Apollonium* Lamb. *Apollinidem* Fraue. 2. et edd. vett. *Apollonidem* suspectum fuit Camerario. Mox, *dicis deest in*

## NOTÆ

<sup>b</sup> *Consistendi locus]* Propter suam inopiam domi consistere non poterat Heraclides.

<sup>c</sup> *Cum judicatum esset]* Cum judicatum esset, id est, cum sententia jam lata esset a recuperatoribus contra Heraclidem.

<sup>d</sup> *Judicium lege non erat]* Secundum legis institutum non erat judicium; neque enim de eo lex ulla lata fuerat, sine qua judicia legitima

*Delph. et Var. Clas.*

non habebantur.

<sup>e</sup> *Venio ad Lysaniam]* Agreditur jam testimonium quod a Lysania datum est; cui fidendum minime esse contendit, propter viri mores pessimos.

<sup>f</sup> *Fidueia tamen accepta]* Fiducia est contractus, quo fidem alterius secuti, rem ei aliquam simulandi tantum causa mancipamus; inde dñcta appellatione, quod nulla alia re, quam

*Cicero.*

5 C C

dicis: tenes hodie ac possides. Eum tu testem spe recuperandi fundi paterni venire ad testimonium dicendum coëgisti; qui quoniam testimonium nondum<sup>7</sup> dixit, quidnam sit dicturus, expecto. Novi genus hominum, novi consuetudinem, novi libidinem. Itaque, etsi teneo, quid sit dicere paratus, nihil tamen contra dispubabo prius, quam dixerit; totum enim convertet atque alia finget.<sup>8</sup> Quamobrem et ille servet, quod paravit; et ego me ad id, quod attulerit, integrum conservabo.<sup>9</sup>

**XXII. 52.** Venio nunc ad eam civitatem,<sup>b</sup> in quam ego multa et magna<sup>i</sup> studia et officia contuli; et quam mens frater in primis colit atque diligit: quæ si civitas per viros bonos gravesque homines querelas ad vos detulisset, paulo commoverer magis: nunc vero quid putem? Trallianos Mæandrio causam commisisse, homini egenti, sordido,<sup>i</sup> sine honore, sine existimatione, sine censu?<sup>k</sup> Ubi erant illi Pythodori, Ætideni,<sup>l</sup> Lepisones,<sup>2</sup> ceteri homines apud nos noti, inter suos nobiles? ubi illa magnifica et gloriosa os-

H S, et edd. ante Faërn.—7 Particula *nondum* est e conj. Faërni, recepta a Lamb, et Grut. delevit Grævius.—8 Pantagath. conj. *convertet at. al. fingeret.* —9 Lamb. *servabo.*

CAP. XXII. 1 Ita Venet. 1483. *multa magna* Junt. *studia et servant* Venet. 1480. Junt. Faërn. Lamb. et recent. Omissunt H S, edd. vett. ante Faërn.—2 Ita e conj. Faërn. edd. mediae et recent. atque ita fere Pall. 1. 3. *ubi erant illi, Pythodorus et Lepison?* *ubi ceteri hom.* cod. H. Stephani; *Pythodorus et Daria et item Lepison et Ceterum Franc.* 2. *Pythodoria, et idem, Lepisone* Vat. *Pythodorus et Lepison.* *Ceteri Victor. et Mannt.* *Pythodoria et idem lepisoni*

#### NOTÆ

fide ac probitate emitoris freti eam venditionem interponimus.

<sup>g</sup> *Hanc fiduciam commissam*] Per fiduciam, fundum intelligit, quem sum esse dicebat, et revera quasi sum possidebat. Capit vero Cicero Decianum, ut iniquiorem in Lysaniam, cui fundum paternum ademerit: simul ostendit, ejus fundi recuperandi spe venisse Lysaniam ad dicendum in Flaccum testimonium.

<sup>h</sup> *Ad eam civitatem*] Mæandrii Tralliani testimonium refutat. Tralles

antem oppidum est ab Argivis conditum in Asia.

<sup>i</sup> *Sordido*] Mæandrins pauper erat et inops, et in quo nihil dignitatis et splendoris fuit.

<sup>k</sup> *Sine censu*] Erat bonis fortunisque omnibus destitutus.

<sup>l</sup> *Pythodori, Ætideni, &c.*] Poterat homines illos producere, qui opibus, splendore, et dignitate sunt conspicui, quorum inculentius longe fuisset testimonium.

tentatio civitatis? Nonne esset putidum,<sup>a</sup> si hanc causam agerent severe, non modo legatum,<sup>m</sup> sed Trallianum omnino dici Mæandrium? huic illi legato,<sup>j</sup> huic publico testi patronum suum jam inde a patre, atque majoribus, L. Flaceum, mactandum<sup>n</sup> civitatis testimonio tradidissent?

53. Non est ita, iudices, non est profecto. Vidi ego in quodam iudicio<sup>o</sup> nuper Philodorum testem Trallianum, vidi Parrhasium, vidi Archidemum, cum quidem<sup>4</sup> idem hic mihi Mæandrins, quasi ministrator, aderat, subjiciens, quid in suos cives, civitatemque, si vellem, dicerem: nihil enim illo homine levius, nihil elegantius, nihil inquinatus. Quare si hunc habent auctorem<sup>s</sup> Tralliani<sup>p</sup> doloris sui, si hunc custodem literarum, si hunc testem injuriæ, si hunc auctorem querelarum; remittant spiritus,<sup>b</sup> comprimant animos suos, sedent arrogantiam, fateantur in Mæandrii persona esse expressam faciem civitatis: sin istum semper illi ipsi domi proterendum<sup>q</sup> esse et conculeandum putaverunt; desinant putare, auctoritatem esse in eo testimonio, cuius auctor<sup>r</sup> inventus est nemo.<sup>6</sup>

XXIII. Sed exponam, quid

<sup>a</sup> Pudisset.      <sup>b</sup> Desinant superbire.

Venett. 1480. 1483. Mediol. *Pythodoria et idem lepisoni H S.*—3 Ita H S, et edd. vett., *huic tali legato* Grut. Grav. Oliv. Lall. *huic illi legato tuo* Junt.—4 Ernesti quod quidem, errore typogr.—5 Camerar. conj. auctorem, receperunt Lamb. Beck. Schutz. Orell. contra eodd. Panlo post, Mæandri H S. Pro faciem, Vat. ap. Faern. Pal. 1. et Lamb. habent speciem; Franc. 2. Venet. 1483. *spem tum.* Mox, esse prius abundare censuit Faern. omiserunt Venet. 1480. Junt. et Lamb. probante Garat. neis inclusit Orell.—6 Voc. *nemo* deest in H.

#### NOTÆ

<sup>m</sup> *Legatum*] Hic legatus dicitur qui lectus publice mittitur: tantos autem viros puderet, si missus fuisset legatus in hac causa Mæandrius, et quod se Trallensem diceret.

<sup>n</sup> *Mactandum*] Verbum translatum a sacrificiis, in quibus victimæ macababantur.

<sup>o</sup> *Vidi ego in quodam iudicio*] Arguit perfidiam Mæandrii, cuius ipse testis est.

<sup>p</sup> *Auctorem Tralliani*] Malant ple-

rique *auctorem*, nec male: ostendit enim eum egisse partes civitatis conquerentis de Flacei injuria. Hic autem dilemmate utitur.

<sup>q</sup> *Proterendum*] Contendit non solum nullo honore afficiendum esse, sed ut vilissimum hominem conculeandum esse.

<sup>r</sup> *Cujus auctor, &c.*] Cum auctor esset nullus momenti, nemo huic Mæandri credidit.

in re sit,<sup>1</sup> ut, quamobrem ista civitas neque severe Flaccum oppugnarit, neque benigne defenderit, scire possitis. 54 Erat ei<sup>s</sup> Castriciano<sup>z</sup> nomine irata; de quo toto respondit Hortensius: <sup>t</sup> invita solverat Castricio pecuniam, jamdiu debitam. Hinc totum odium, hinc<sup>3</sup> omnis offensio. Quo cum venisset Lælius ad iratos, et illud Castricianum vulnus dicendo refricuisset;<sup>c</sup> exsiluerunt principes, neque in illa concione affuerunt, neque ipsius decreti ac testimonii auctores esse voluerunt: usque eo orba fuit ab optimatibus<sup>a</sup> illa concio, ut princeps principum<sup>4</sup> esset Mæandrius;<sup>x</sup> cuius lingua, quasi flabello<sup>y</sup> seditionis, illa tum est egentium concio ventilata. 55. Itaque civitatis prudentis,<sup>5</sup> ut ego semper existimavi, et gravis, ut ipsi existimari volunt, justum dolorem<sup>z</sup> querelasque cognoscite. [p. 158.] Quæ pecunia fuerit apud se, Flacci patris nomine,<sup>a</sup> collata<sup>6</sup> a civitatibus, hanc a se esse ablatam queruntur.<sup>b</sup> Alio loco quæram, quid licuerit Flacco: nunc tantum

<sup>c</sup> Renovasset.

\*\*\*\*\*

CAP. XXIII. 1 Verbum sit abundare censuit Faërn. *civitas n. s. F. o. n. b.* defenderit desunt in  $\chi$ —2 *Erat Cast.* omisso pronomine *ei*, Junt.—3 *Huic t. o. huic  $\chi$ .* Mox, Quo displicet Ernestio: tnetur Scheller. p. 97. Deinde, siluerunt C H S  $\tau$   $\chi$ , Franc. 1. 2. Pall. et edd. vett. *principes* deest in qnibusdam vett. *istius decreti* cod. H. Stephani, probante Garat. et sic conj. Faërn. aut test. C S.—4 Cod.  $\chi$  *principes principum*. Idem cod. *Mæandrus*; T. *exaudius*. Mox, *illa tum esset  $\chi$* .—5 Quidam ap. Lamb. legi malunt *prudentis*.—

## NOTÆ

<sup>a</sup> *Erat ei]* Tralliana civitas Castricio pecuniam debebat, et hæc Flacco irata fuit, quia ei significavit, ut Castricio creditam pecuniam solveret.

<sup>t</sup> *Hortensius]* Jam ante Ciceronem Flacci causam defenderat Hortensius.

<sup>a</sup> *Orba fuit ab optimatibus]* Nemo optimatum affuit, cum illa concio habita est contra Flacum.

<sup>x</sup> *Esset Mæandrius]* Facete ridet illum Mæandriam, quem principem principum appellat; quia in eo cœtu, sen illa concione, nemo vir honestus et nobilis affuit, cum latum

est decretum.

<sup>y</sup> *Quasi flabello]* Flabellum instrumentum est, quo fit ventilatio ad calorem vel minuendum vel excitandum.

<sup>z</sup> *Justum dolorem]* Ironia.

<sup>a</sup> *Flacci patris nomine]* Flaccus, pater hujus Flacci, Asiam obtinuerat post consulatum, quem cum Mario gesserat.

<sup>b</sup> *A se esse ablatam queruntur]* Tralliani queruntur ablatam fuisse pecuniam a Flacco filio, quam, jubente patre, Trallenses civitates apud se detulerant.

a Trallianis requiro,<sup>d7</sup> quam pecuniam a se ablatam queruntur, suamne dicant, sibi a civitatibus collatam in usum suum: cupio audire. Non, inquit, dicimus. Quid igitur? delatam ad nos,<sup>8</sup> creditam nobis L. Flacci patris nomine, ad hujus dies festos<sup>c</sup> atque ludos.<sup>d</sup> Quid tum? Hanc te, inquit, capere non licuit. 56. Jam<sup>9</sup> id videro:<sup>e</sup> sed primum illud tenebo: queritur gravis<sup>f</sup> locuples,<sup>e</sup> ornata civitas, quod non retinet alienum: spoliatam se dicit, quod id non habet, quod ejus non sicut: quid hoc impudentius dici aut singi potest? delectum<sup>10</sup> est oppidum, quo in oppido uno pecunia a tota Asia ad honores L. Flacci poneatur: haec pecunia tota ab honoribus translata est in quaestum<sup>f</sup> et generationem; recuperata est multis post annis. XXIV. 57. Quae<sup>1</sup> civitati facta est injuria? At moleste fert civitas. Credo: avulsum est<sup>2</sup> enim praeter spem, quod erat spe devoratum lucrum.<sup>g</sup> At queritur: impudenter facit. Non enim omnia, quae dolemus, eadem

<sup>d</sup> Quero.<sup>e</sup> Explico.

6 Voc. *collata* deest in sex codd. Oxon. Actuum, *a cibis* Oliv.—7 Verbum *requiro* deest in *s*. Mox, *querantur* H S *s* *x*, Venett. 1480. 1483. *requirantur* C. *querantur*, *suam ne dicant et sibi a c. c. in usus suos* cod. H. Steph. *in usus* etiam Naug. Hervag. et Lamb. Deinde, *hoc dicimus* Faern. ex codd. recepit Lamb.—8 Cod. *x* *vos*. Idem omittit prænomen *L.* Tum, *patris* omittunt C H S. *nominis hujus* habent Barb. et T. *nomine ejus* C H S. *ejus* etiam edd. vett. probante Garat. *atque deest in s.*—9 Nam H. *id video* T.—10 Cod. *x* *dejectum*. Mox, *una pecunia* H T *s* *x*. *uno* provincia C. Post Flacci Lamb. addit *collata*, contra codd. *tota* post *pecunia* deleri maluit Faern. omittunt Naug. et Lamb. *est* post *translata* omittunt C H S, Venet. 1483. Hervag. Naug. Lamb.

CAP. XXIV. 1 *Quem s.*—2 Ita codd. Pall. II. Stephani, Gruteri, Memm. Barb. et tres Oxon. *amissum est* H S *s*, et edd. ante Lamb. Mox, *spe derota*

## NOTÆ

<sup>c</sup> *Ad hujus dics festos*] Dies festi instituebantur in honorem proconsulium, vel prætorum, qui feliciter provincias administraverant, collata publice ad id a provincialibus pecunia.

<sup>d</sup> *Atque ludos*] Ludi erant festa, que de nomine alienijs vocabantur; v. g. in Marcelli honorem instituta, Marcellea dicta sunt.

<sup>e</sup> *Gravis, locuples*<sup>j</sup> Ironia.

<sup>f</sup> *In quaestum*] In quaestum Tralliani hanc pecuniam collocaverunt, non impenderunt in institutionem honorum, ad quos fuit collocata, et quibus fuit destinata; et ita quasi alienata fuit a Flacco.

<sup>g</sup> *Devoratum lucrum*] Metaphora proverbialis, translata a cibis qui avide deglutiuntur.

jure<sup>3</sup> queri possumus. At accusat<sup>4</sup> verbis gravissimis. Non civitas, sed imperiti homines, a Mæandro<sup>4</sup> concitati. Quo loco etiam atque etiam facite, ut recordemini, quæ sit temeritas multitudinis, quæ levitas propria Græcorum, quid in concione seditiosa valeat oratio. Hic, in hac gravissima et moderatissima civitate, cum est forum<sup>5</sup> plenum iudiciorum, plenum magistratum, plenum optimorum virorum et civium, cum speculatur atque obsidet rostra vindex temeritatis, et moderatrix officii, curia ;<sup>6</sup> tamen quantos fluctus excitari concionum videtis ! Quid vos fieri censemus Trallibus ? an id, quod Pergami ?<sup>6k</sup> nisi forte hæ civitates existimari volunt, facilius una se epistola Mithridatis<sup>1</sup> moveri impellique potuisse, ut amicitiam populi Romani, fidem suam, jura omnia officii humanitatisque violarent ; quam ut filium testimonio laederent, eujus patrem<sup>m</sup> armis pellendum suis mœnibus censuerint. 58. Quare nolite mihi ista nomina civitatum<sup>n</sup> nobilium opponere : quos<sup>7</sup>

.....

*tum x.—3 H S eodem jure. Mox, possumus ; ac, &c. 5.—4 Mæandro x.—5 Codex unus Oxon. cum forum. Paulo post, concioneu videtis H S 5.—6 Lamb. de Sylvii conjectura, an non idem, quod P. Ernesti conj. non id quod P. vel, Trallibus ? quid P. quod recepit Schütz. ‘ Codicium lectionem nescio quam bene defendit Wolf.’ Orell. Pergameni sex codd. Oxon. Pro nisi, C H S habent si ; deest in T. Mox, facilius omissit x. impelli potuisse C. Deinde, fidem suam desunt in T. sedem suam habent C H S 5 x. omnia officia societas humanitatisque cod. H. Stephani ; humanitatesque Pall. ira, pro jura, x. violaret H. test. dederent 5. a suis mœnibus edd. ante Grnt.—7 C S quad.—*

#### NOTÆ

<sup>b</sup> *At accusat]* Per illud decretum non accusat hæc civitas Flaccum, sed viles homines, qui a Mæandro concitati sunt.

<sup>i</sup> *Curia]* Pro senatu dicitur curia, quia in ea senatus habebatur. Argumentatur autem a comparatione. Si senatus vix coërcere potest Rom. populum, quis Tralles, leves homines ?

<sup>k</sup> *Quod Pergami]* Pergamus urbs fuit in Asia, ubi sedes est regia Mithridatis : ait autem quod idem præstabitur Trallibus quod Pergami.

<sup>1</sup> *Epistola Mithridatis]* Mithridates rex Ponti fuit, de quo sæpius in Orat. pro Lege Manil. et pro Morena. Hic una literarum significatione cives Rom. innumeros in suo regno interfici jussit, cum primo ei bellum Romani denuntiarunt.

<sup>m</sup> *Cujus patrem]* Cum hæc tanta tempestas a Mithridate excitata est, tunc Flaccus, huius pater, bellum in Asia gerebat.

<sup>n</sup> *Civitatum]* Adducit in odium civitates istas Asianas, quasi Mithridatici sceleris participes.

enim hostes hæc familia contempsit, nunquam eosdem testes pertimescat. Vobis autem<sup>8</sup> est confitendum, si consiliis principum vestræ civitates reguntur; non multitudinis temeritate, sed optimatum consilio bellum ab istis civitatibus cum populo Romano esse susceptum: sin ille tum motus est temeritate imperitorum excitatus; patinini, me delicta vulgi<sup>9</sup> a publica causa separare. xxv. 59. At enim istam pecuniam<sup>9</sup> huic capere non licuit. Utrum vultis patri Flacci<sup>1</sup> licuisse, neque? si licuit, sicuti certe licuit, ad ejus honores collatam, ex quibus ipse nihil capiebat, patris pecuniam recte abstulit filius; si non licuit, tamen illo mortuo, non modo filius, sed quivis haeres rectissime potuit auferre. Ac tum<sup>2</sup> quidem Tralliani, cum ipsi gravi sc̄enore istam pecuniam multos annos occupavissent, a Flacco tamen omnia, quæ voluerunt, impetraverunt; neque tam fuerunt impudentes, ut id, quod Lælius dixit, dicere audenter, hanc ab se pecuniam<sup>3</sup> abstulisse Mithridatem. Quis enim erat, qui non sciret, in ornandis studiosiorem Mithridatem,<sup>4</sup> quam in spoliandis Trallianis fuisse? 60. Quæ quidem a me si, ut dicenda<sup>5</sup> sunt, dicerentur, gravius agerem, judices, quam adhuc egi, quantam Asiaticis testi-

<sup>8</sup> *Vobiscum vel nobiscum* T. Mox, verba, sed *opt. c. b. ab i. c. c. p. R. e. s. s. i. t. m. e. temeritate* desunt in *x.* *Actutum, imparatorum* T. *impiorum* C S. *excitatus* omittit T. Pro *patinini*, quod servant codd. Faerni, Frane, I. Memm. Barb. Reg. Guelf. T *s. x.* et edd. vett. fere omnes, *patiamini* exhibit ed. Wald. Junt. Crat. Cam. Grut. Græv. *ne delica* T.

CAP. xxv. 1 Codd. plerique, Veneti. 1480. 1483. Lamb. Beck. Schutz. Orelli. *patri Flacco*; T *patris Flacco*. Paulo post, *res collata* sex codd. Oxon. *pecunia recte x. pecunia ratione* T.—2 *At tum* C T. *potuit judicare. Actum x. annos habuissent a Fl.* C S.—3 Ita codd. Faerni, Barb. Veneti. 1480. 1483. Hervag. *hanc eis pcc. quædam* edd. ante Faern.—4 *Quis e. e. q. n. s. in o. s.*

## NOTÆ

<sup>o</sup> *Vobis autem*] Ostendit Cicero quod Tralliani efficere debent, ut omnes credant, peccare potius apud eos multitudinem, quam totam civitatem; nam ita se immunes sceleris reddent quod a Mithridate peccatum est: nam si dicant sua decreta, tola urbe consentiente, facta esse, jam

eril hostis pop. Rom.

<sup>p</sup> *Delicta vulgi*] Separat testimonia vulgi a reliqua civitate, ne principes civitatis dicantur concitatæ multitudini consentire.

<sup>q</sup> *At enim istam pecuniam*] Istam pecuniam auferre potuisse Flaccum, probat dilemmate.

bus fidem habere vos conveniret: revocarem animos vestros ad Mithridatici belli memoriam, ad illam universorum civium Romanorum per tot urbes, [p. 159.] uno puncto temporis,<sup>r</sup> miseram crudelemque cædem: prætores nostros<sup>s</sup> deditos, legatos<sup>t</sup> in vincula conjectos, nominis prope Romani memoriam, cum vestigio imperii, non modo ex ædibus Græcorum,<sup>u</sup> verum etiam ex literis esse deletam. Mithridatem Deum, illum patrem, illum conservatorem Asiæ, illum Eviū,<sup>x</sup> Nysium, Bacchum, Liberum nominabant.

**61. Unum atque idem tempus, cum L. Flacco consuli portas tota Asia cludebat; Cappadocem<sup>a</sup> autem illum**



*Mithridatem* desunt in T. *in hortandis x.* — 5 H *uti dicenda.* — 6 Cod. x *prætores vestros.* Paulus post, *ex sedibus cod.* H. Steph. probantibus Garat. et Huld. Mox, verba, *ex lit. e. d. M. D. i. p. i. c. Asiæ,* desunt in C, spatio relieto. *esse delectam x.* Mith. demum codd. plerique, Venet. 1483. prob. Garat. *Mith. dominum Lamb.* Magna inest in seqq. nominibus confusio. *Erium, Nysium, Bacchum, Liberum* e codd. aliquot primus dedit Faern. *illum Euchyrum, Bromium, Nysium, Bacchum, Liberum* Venet. 1483. Junt. Crat. Herweg. Cam. *Erium, Bromium, Nysium, Bacchum, omisso Liberum, Lamb.* *Erium, Dionysum, Bacchum, Liberum Græv.* *illum Erium, Bromium, Nysium, Iac-*

#### NOTÆ

<sup>r</sup> *Uno puncto temporis]* Refert Ap. pianus in Mithrid. literas ad omnes Asiæ principes misisse, ut tricesimo post acceptas die Romanos omnes et Italos, qui in suis erant civitatibns, una cum liberis et uxoribns interficerent, eosque inseptulos relinquerent. Narrat Plutarchus, centum quinquaginta millia in ista interne- cione periisse.

<sup>s</sup> *Prætores nostros]* Q. Oppius prætor a Laodicensibus Mithridati dedi- tus est.

<sup>t</sup> *Legatos]* Manins Attilius, asino vinetus, præcedente tibicine, circumductus est.

<sup>u</sup> *Ædibus Græcorum]* Memoriam populi Rom. delere voluit Mithridates, cum in Asia interficerentur Romani cives.

<sup>x</sup> *Erium]* Receptus in sanctis Bac- chis *Erius* dictus est, quasi *εῦ οἰ*, bene illi: quod bello giganteo, primus

deorum omnium gigantem occiderit versus in leonem: unde sic illi acclamaverit Jupiter pater. Ita Hele- nius Acron et Porphyron, antiqui interpretes ad Hor. Od. 1. 18. Di- onysius vero dictus est etiam a voce 'Dy,' id est, 'Dominus,' et 'Nysa,' per metathesin, pro 'Siua,' ut sit dominus Siue: *δεῦρος* enim apud Indos regem significat, ut ait Juba apud Etymologon. Pomponius Mela III. 7. de India, a Nysa urbe vult dictum esse Dionysium, quod in illa genitus sit. Liber denique dictus est a li- berando, quia libertatis Deus est; sive quod Bœotiae nubes liberas fererit, (nam, ut ait Plutarchus, pro Bœotiae libertate pugnavit) vel quia vinum curas solvit, et mentem ab iis liberat.

<sup>a</sup> *Cappadocem]* Mithridatem intel- ligit, quem Cappadocem, ad con- temnum, nominat, cum Cappadoce

non modo recipiebat suis urbibus, verum etiam ultro vocabat. Liceat haec nobis,<sup>7</sup> si oblivisci non possumus, at tacere: liceat mihi potius de levitate Græcorum queri, quam de crudelitate. Auctoritatem isti habeant apud eos, quos esse omnino noluerunt? nam, quoscumque potuerunt, togatos<sup>b</sup> interemerunt; nomen civium Romanorum, quantum in ipsis fuit,<sup>8</sup> sustulerunt. **xxvi.** In hac igitur urbe<sup>c</sup> se jacent,<sup>d</sup> quam oderunt? apud eos, quos inviti vident? in ea republica, ad quam opprimendam non animus eis, sed vires defuerunt? Aspiciant hunc florem legatorum laudatorumque Flacci, ex vera atque integra Græcia:<sup>e</sup> tum se ipsi expendant,<sup>f</sup> tum cum his se comparent, tum, si audebunt, dignitati horum componant suam.

**62.** Adsunt Athenienses, unde humanitas, doctrina, religio, fruges,<sup>e</sup> jura, leges<sup>f</sup> ortæ, atque in omnes terras distributæ putantur: de quorum urbis possessione,<sup>g</sup> propter

chum conj. Orell.—7 *Liceat h. vobis χ. ac tacere σ.*—8 Cod. χ fuerunt.

CAP. XXVI. 1 Ita Pall. 3. 7. Manut. C. Steph. Lamb. Grnt. se jactant C H S T χ, ali codd. Faern. et al. ante Lamb. quam oderint T. Mox, pro rivident, H habet audent. Pro defuerunt, quod servant codd. Faerni, deficiunt et defuerunt exhibent C S, Barb. Venet. 1480. 1483. Mediol. Hervag. defecerunt et defuerunt codd. plerique, Franc. 1. 2. T σ χ, ed. 1472. nou a. eos s. v. defecerunt conj. Orell.—2 H S expediant. Mox, tum deest in σ. Pro componant, quod servant codd. Faerni, Memm. Franc. 1. 2. Barb. al. cum edd. Wald. Nang. Lamb. Grnt. Oliv. opponant est in edd. plurimis ante Faern. anteponant in Pal. 2. Dresd. C H S σ χ, Guelf. Reg. Venet. 1480. 1483. Brix. Mediol. Junt. Ald. Hervag. suam omittit Pal. 2.—3 C S, et edd. ante Faern. positione. Mox, verba, et eorum e. t. p. a. p. dicatur, desunt in σ. est post

## NOTÆ

a Romanis pro levissimis et abjectissimis hominibus semper habiti sint.

<sup>b</sup> *Togatos*] Togatos vocat Romanos, quia togis usi sunt.

<sup>c</sup> *Urbe*] Ostendit indignum esse ut Asiani in ea urbe Romanos accusent, quos oderunt, et perdere voluerunt.

<sup>d</sup> *Ex vera atque integra Græcia*] Non e vera Græcia, sed ex Asia venerant Flacci accusatores, qui longe diversi fuerunt ab Atheniensibus, quorum nomen in toto terrarum orbe claruit.

<sup>e</sup> *Fruges*] Ceres e Sicilia fruges Athenas intulit, nt Cicero Verr. vi. dixit, et Triptolemus Attiens primus homines arare docuit.

<sup>f</sup> *Jura, leges*] Lucret. lib. vi. legum, juris, et virtus humani originem huic civitati tribuit. Certe Solon, sapientissimus ille legislator, dicitur primus omnium hanc civitatem optimis legibus temperasse; quamquam alii volunt inventas primum fuisse a Cerere, quæ idcirco a Virgil. Æneid. iv. ‘legifera’ dicitur.

pulchritudinem, etiam inter Deos certamen<sup>g</sup> fuisse proditum est: quæ vetustate ea est, ut ipsa ex sese suos cives<sup>h</sup> genuisse dicatur; et eorum<sup>i</sup> eadem terra parens, altrix, patria dicatur; auctoritate autem tanta est, ut jam fractum prope ac debilitatum Græciæ nomen, hujus urbis laude nitatur. 63. Adsunt Lacedæmonii;<sup>k</sup> cujus civitatis spectata ac nobilitata virtus, non solum natura corroborata, veruni etiam disciplina<sup>l</sup> putatur; qui soli toto orbe terrarum septingentos<sup>m</sup> jam<sup>n</sup> annos amplius unis<sup>o</sup> moribus<sup>p</sup> et nunquam mutatis legibus vivunt. Adsunt ex Achaia cuncta<sup>q</sup> multi legati, Bœotia,<sup>r</sup> Thessalia;<sup>s</sup> quibus locis

<sup>a</sup> *Iisdem.*

#### NOTÆ

<sup>g</sup> *Inter Deos certamen]* Certamen fuit Minervam inter et Neptunum: cum enim Neptunus vel aquas, vel equum produxisset, Minerva vero oleum; hanc prætulerunt Athenienses operibus Neptuni, et hanc suæ urbis tutricem accepere. Neptunus iratus, δυσβούλαν, id est, *stultitiam*, Atheniensibus immisit in consultando; Minerva autem, ut ipsis consulta bene cederent, est largita sapientiam. De his vide plura apud D. Augustin. de Civit. Dei, lib. xxviii. quæ ex M. Varrone refert.

<sup>h</sup> *Ex sese suos cives]* Elate ex se suos cives genuisse Cicero dicit: hanc enim Cecrops primus dicitur condidisse. Macedoniam inter et Achaiam in ea littorali regione sita fuit, quæ olim Acta, deinde Attica, dicta est. Hanc cum Cares crebris latrociniis et excusationibus vexarent, auctor omnibus Cecrops fuit, ut, qui tum in agris dispersi hababant, universim in duodecim oppida commigrarent, seque communirent adversus hostium impetus: quo facto, ipse Cecropiæ, quam a suo nomine appellavit, regem se hand modicis nimirum socii sui opibus declarandum putavit. Tandem aliquibus post saeculis, Athenæ a Minerva, quam

<sup>'Αθῆνην</sup> vocaverunt, civitas illa dicta est. Vide Strab. lib. ix. et Paus. in Att.

<sup>i</sup> *Et eorum]* Civium.

<sup>k</sup> *Lacedæmonii]* Lacedæmon urbs clarissima fuit in Peloponneso, quæ et alio nomine Sparta dicta est.

<sup>l</sup> *Disciplina]* Accepit a Lycurgo disciplinam Lacedæmon.

<sup>m</sup> *Septingentos]* Qua ætate vixerit Lycurgus, nihil certi habetur. Cicero Tuscul. Quæst. lib. v. vixisse ante urbem conditam, an. 700, ait.

<sup>n</sup> *Unis moribus]* Justinianus in lib. i. Instit. tit. 1. ait Lacedæmonios moribus vixisse, et Athenienses legibus.

<sup>o</sup> *Achaia cuncta]* Achaia cuncta sumitur pro omnibus regionibus quæ se concilio Achæo adjuixerunt, et a Romanis in provinciam redactæ, communne hoc Achææ nomen sortitæ sunt: alioquin solitarie sumta accipitur pro Peloponnesi regiuncula, quæ a Ptolemaeo ‘Propria’ dicitur.

<sup>p</sup> *Bœotia]* Bœotia est regio in Græciæ finibus, enjus longitudo se ad Atticam porrigit. Dicta vulgo dicitur a ‘bove,’ enjus ductu ad eum locum Cadmus pervenit. Vide Ovid. Met. iii.

<sup>q</sup> *Thessalia]* Regio et pars Macedo-

nuper legatus L. Flaccus,<sup>5</sup> imperatore Metello,<sup>6</sup> præfuit. Neque vero te, Massilia,<sup>8</sup> prætereo, quæ L. Flaccum militem quæstoremque<sup>6</sup> cognosti; cujus ego civitatis disciplinam<sup>t</sup> atque gravitatem non solum Græciæ, sed haud scio an cunctis gentibus anteponendam dicam: quæ tam procul a Græcorum omnium regionibus, disciplinis linguaque divisa, cum in ultimis terris cineta Gallorum gentibus, barbariæ<sup>9</sup> fluctibus alluatur, sic optimatum consilio gubernatur, ut omnes ejus instituta laudare facilius possint, quam æmulari. 64. Hisce ntitur laudatoribus<sup>7</sup> Flaccus, his innocentiae testibus, ut Græcorum cupiditati,<sup>x</sup> Græcorum auxilio resistamus.

XXVII. Quanquam quis ignorat, qui modo<sup>1</sup> unquam mediocriter res istas scire curavit, quin tria Græcorum genera<sup>y</sup> sint vere? quorum uni sunt Athenienses, quæ gens

---

*tanta omittit Lamb.—4 Codex unus Oxon. sept. inter.—5 Sex eodd. Oxon. legatus Flaccus.—6 Gulielm. conj. tribunum militum. Copulam que omittit 5. cognosti deest in T. Mox, jure dicam 5 x, et plurimæ eod. ante Ernesti; sed illud jure omittunt eodd. Romm. Faerri, Limbini et Grævii, Guelf. ed. Wald. Lamb. Græv. Pro regionibus, T habet ciritatibus. x lingua quæ. H terris cuncta. C H ablatuatur.—7 C laudationibus. Verba, Græcorum cupiditati, desunt in C H S T. cupiditati ut Græcorum 5 x.*

CAP. XXVII. I Codex unus Oxon. qui non modo. Actutum, ut quam C. ut quum 5. nunquam al. mediocriter deest in 5. Mox, gens I. habetur H S 5,

## NOTÆ

niæ, Achaiæ finitima.

<sup>r</sup> *Metello]* Metello Cretio legatus fuit.

<sup>s</sup> *Massilia]* Urbs Galliæ Narbonensis antiquissima, Maedonibus Astyage, Hebræis vero Sedecia imperante, condita; sed vastata, deinde a Phocensibus instaurata est. De hac jam dictum in Orat. pro Font. § 3.

<sup>t</sup> *Disciplinam]* Tanta in æstimatione fuit olim Massiliensium disciplina, ut studio bonarum artium daturi operam, citius ad Massilienses, quam ad Athenienses, juvenes mitterentur. Ita Strabo lib. iii. Vide etiam Val. Max. lib. ii. tit. de Instit. Antiq.

<sup>u</sup> *Barbariæ]* Cum fuerit Massilia

urbs maritima, dicitur a Cicerone Barbariæ vicina; quia populi omnes extermi Barbæ a Romanis vocabantur.

<sup>x</sup> *Græcorum cupiditati]* Non illos Græcos Athenienses intelligit, sed Asianos, qui Flaccum accusaturi venerant.

<sup>y</sup> *Tria Græcorum genera]* Quatuor vulgo nominantur ab auctoribus Græcorum populi, Attici, Ionici, Æolici, Dorici, secundum variam eorum dialectum. Tres potro Cicero dicit, quia Attici et Ionici pro uno tantum populo numerantur, licet eorum lingua maxime discreparet. Attica porro regio est Achaiæ, in qua Athe-

Ionum habebatur; Æoles alteri; Dores tertii nominabantur; atque haec cuncta Græcia, quæ fama,<sup>2</sup> quæ gloria, quæ doctrina, quæ plurimis artibus, quæ etiam imperio et bellica laude floruit, parvum quendam locum, ut scitis, Europæ tenet, semperque tenuit. Asiae maritimam<sup>3</sup> oram, bello superatam, cinxit urbibus, non ut munitam coloniis<sup>2</sup> illam augeret, sed ut obsessam teneret. 65. Quamobrem quæso<sup>4</sup> a vobis, Asiatici testes, cum<sup>4</sup> vere recordari voletis, quantum auctoritatis in judicium afferatis, vosmetipsi describatis Asiam; nec, quid alienigenæ de vobis loqui soleant, sed quid vosmetipsi de genere vestro statuatis,<sup>a</sup> memineritis. Namque, ut opinor, Asia vestra constat ex Phrygia,<sup>b</sup> Mysia,<sup>c</sup> Caria,<sup>d</sup> Lydia.<sup>e</sup> Utrum igitur nostrum est, an ves-

<sup>b</sup> Peto.



Venet. 1483. Hervag.—2 Verba, quæ fama, desunt in uno cod. Faërni. Mox, pluribus art. quæ et imp. x.—3 C s maximam. Mox, cinxit deest in s. Pro urbibus, x habet viribus. Pro munitam, s minutam. Deinde illam gentem augeret Lamb. illam gentem, omisso augeret, multi codd. et Venett. 1480. 1483. illa augeret Franc. Græv. illam generet Pall. 3. 4. 8. illam generaret cod. Victorii, et Memmi.—4 Edd. vett. nonnullæ, et Orell. ut, cum. Mox, rec. velitis s. Pro afferatis, nonnulli codd. ap. Faërn. deferatis.—5 Nisia s.—

#### NOTÆ

næ urbs totius Græciæ nobilissima: Ionia in Asia Minore, provincia dictissima: Æolia in Asia proprie dicta: Doris Græciæ regio juxta simum.

<sup>z</sup> *Munitam coloniis*] Colonias vulgo statuebant in oris maritimis, quo et tuius ab incursionibus hostium repentinis provinciam vindicarent, et facilius in eam cum exercitu haberent aditum.

<sup>a</sup> *De genere vestro statuatis*] Hortatur illos testes, ut non quid alii, sed quid ipsi apud se et de se communi omnium voce dicere soleant, recordentur. Hic odiosam Minoris Asiae, et ejus morum descriptionem proverbiis confirmatam afferat.

<sup>b</sup> *Ex Phrygia*] Phrygia regio Asiae est, cuius incolæ Phryges dieti sunt, barbari, ac servili ingenio homines,

qui solis verberibus in officio continentur.

<sup>c</sup> *Mysia*] Mysia regio Minoris Asiae est ad Hellespontum, cuius incolæ abjectissimi semper habiti sunt. Unde quoties nullius aestimationis hominem volebant designare, Mysorum ultimus dicebatur, ut mox infra Cicero referet.

<sup>d</sup> *Caria*] Regio Minoris Asiae a Care rege sic nominata; cuius incolæ vilissimi homines semper aestimati sunt, quod mercede militarent, ac in prima acie locati primos hostium impetus sustinentes vitam suam parvi ducerent: unde adagium natum est, ‘In Care periculum facere.’

<sup>e</sup> *Lydia*] Lydia regio Asiae Minoris est, incolarum improbitate famosa, quæ abiit in proverbium, ‘Lydi mali.’

trum, hoc proverbium,<sup>6</sup> Phrygem plagis fieri solere meliorum? [p. 160.] Quid de tota Caria? nonne<sup>7</sup> hoc vestra voce vulgatum est, si quid cum periculo experiri velis, in Care id potissimum esse faciendum? Quid porro in Graeco sermone tam tritum atque celebratum est, quam, si quis despiciatui ducitur, ut Mysorum<sup>8</sup> ultimus esse dicatur? Nam quid ego dicam de Lydia? quis unquam Graecus comoediam scripsit, in qua servus primarum partium non Lydus<sup>9</sup> esset?<sup>c</sup> Quamobrem quae vobis fit injuria, si statuimus, vestro nobis judicio standum esse de vobis? 66. Evidem mihi<sup>10</sup> jam satis superque dixisse videor de Asiatico genere testium: sed tamen vestrum est, judices, omnia, quae dici possunt in hominum levitatem, inconstiam, cupiditatem, etiamsi a me minus dicuntur, vestris animis et cogitatione comprehendere.

XXVIII. Sequitur auri illa invidia Judaici. Hoc nimis rum est illud, quod non longe a gradibus Aureliis<sup>f</sup> haec causa dicitur: ob hoc<sup>i</sup> crimen hic locus abs te, Læli, atque illa turba quæsita est. Scis, quanta sit manus, quanta concordia,<sup>g</sup> quantum valeat<sup>2</sup> in concionibus. Submissa<sup>3</sup> voce agam, tantum ut judices audiant: neque enim desunt, qui istos in me, atque in optimum quemque incidunt; quos ego, quo id facilius faciant, non adjuvabo.<sup>h</sup> 67.

<sup>c</sup> In qua scrus Lydus non haberet primas personas.



<sup>6</sup> Edd. vett. *vetus proverbium*.—<sup>7</sup> *Quid?* *de tota Caria nonne* Orell. cum Wolffio; *Quid?* *de Caria nonne conj.* Schlitz. *Mox, in Caria edd. ante Lamb.* in care cod. Grnt. in ea re Guelf.—<sup>8</sup> *C miserorum*; *ς Nysorum*.—<sup>9</sup> *Lydus C H S. Lidius ζ*.—<sup>10</sup> *Evidem modo H.* *satis supraque C H T χ.* Paulo post, *etsi a me χ*.

CAP. XXVIII. 1 Ita decem codd. Franc. 1. aliisque libri; *ad hoc* codd. aliquot ap. Lamb. et liber H. Stephani.—2 *H S T ς χ valet*.—3 *Si submissa*

#### NOTÆ

<sup>f</sup> *Gradibus Aureliis*] Gradus Aurelii, seu Aurelium forum, tribunal, et porta ab Aurelio quopiam dicta sunt, quo saepe improborum hominum multitudo ad eadem faciendam conveniebat. Non longe ab illis gradibus

illa causa acta est, ut inde Lælius comparatos homines haberet, quos incenderet in Ciceronem et Flaccum, cum de anno Judaico diceret.

<sup>g</sup> *Concordia*] Ironice loquitur.

<sup>h</sup> *Non adjuvabo*] Non clara voce,

Cum aurum, Judæorum nomine, quotannis<sup>i</sup> ex Italia, et ex omnibus provinciis<sup>4</sup> Hierosolyma<sup>k</sup> exportari solet, Flaccus sanxit<sup>a</sup> edicto, ne ex Asia<sup>l</sup> exportari liceret. Quis est,<sup>s</sup> iudices, qui hoc non vere laudare possit? Exportari<sup>m</sup> aurum non oportere, cum sæpe antea senatus, tum, me consule,<sup>n</sup> gravissime judicavit. Huic autem<sup>6</sup> barbaræ superstitioni<sup>o</sup> resistere, severitatis; multitudinem Judæorum, flagrantem<sup>b</sup> nonnunquam in concionibus, pro republica contemnere, gravitatis summæ fuit. At Cn. Pompeius, captis Hierosolymis,<sup>p</sup> victor ex illo fano nihil attigit.<sup>q</sup> 68. In primis

<sup>a</sup> Vetus.<sup>b</sup> Tumultuantem.

Pall. Victor. nonnulli ap. Faërn. Franc. 2. Barb. T χ, Venet. 1483. Sic submissa vob. unns Faërn. Franc. 1. et ed. Lamb. prob. Garat.—4 Edd. vett. ex om. vestris prov. Gneif. C H S ζ, Rom. Brix. Mediol. Junii. omittunt vestris. Mox, Hierosolymam codil. et edd. omnes ante Eustesti. Verba, Flaccus s. e. u. e. A. e. liceret, desunt in χ.—5 Quid est C. iudex T. voce laudare C. —6 Hic autem ζ. Huic tum χ. Mox, pro rep. contendere ζ. summæ deest in χ.

## NOTÆ

sed submissa dicet; ne illos homines comparatos, ad tumultum excitandum incitet.

<sup>i</sup> Quotannis] Religionis nomine a Judæis pecunia in provinciis congregabantur, eaque Hierosolymam deferebantur.

<sup>k</sup> Hierosolyma] Hierosolyma urbs Palestinae clarissima, et florentissima urbium Orientis est, ut scribit Plin. v. 14. quæ primo Judæorum religione et cultu veri Dei, deinde Christi et redēptionis humanae mysteriis consecrata est.

<sup>l</sup> Ex Asia] Flaccus vēnit ne ex Asia Hierosolymam pecunia transferretur.

<sup>m</sup> Exportari] Ex provincia, vel ex Italia senatus pecuniam transferri vētuit.

<sup>n</sup> Me consule] Cicerone et Antonio cass. Pompeius Hierosolymam supervaravit.

<sup>o</sup> Barbaræ superstitioni] Supersti-

tionem dicit barbaram, quia externa erat, nec Romæ solita haberi. Judæorum vero religionem superstitionem appellavit vir ethniens, nempe legem illam quæ a Mose accepérant, et cultus illos qui vero Deo tanta magnificencia exhibebantur: nisi fortasse melius superstitionem vocet, quod Judæi aurum illud, quod nōbique colligebant, in Salomonis templo reponerent; quod ab illis religio maxima aestimabatur.

<sup>p</sup> Captis Hierosolymis] Nondum confecto bello Mithridatico Judæam domuit Pompeius, et Hierosolymam cepit die jejunii, quo ab omni opere abstinebant Judæi; et eversis mœniibus, in nūbem intravit, et regem eorum Aristobulum cepit.

<sup>q</sup> Nihil attigit] Cum in penetralia intravisset Pompeius, quo adire nemini, sed solis sacerdotibus licebat, vidissetque stantem hic mensam auream, et sacrum candelabrum, et va-

hoc, ut multa alia, sapienter, quod<sup>7</sup> in tam suspicosa<sup>1</sup> ac maledica civitate locum sermoni obtrectatorum non reliquit: non enim, credo, religionem et Judæorum, et hostium, impedimento<sup>8</sup> præstantissimo imperatori, sed pudorem,<sup>9</sup> fuisse. Ubi ergo<sup>9</sup> crimen est? quoniam quidem furturnus nusquam reprehendis, edictum<sup>10</sup> probas, judicatum fateris, quæsitum et prolatum<sup>11</sup> palam, non negas; actum esse per viros primarios<sup>12</sup> res ipsa declarat: Apameæ<sup>13</sup> manifesto<sup>14</sup> comprehensum, ante pedes prætoris<sup>15</sup> in foro expensum est auri pondo<sup>16</sup> centum paulo minus per Sex. Cæsiuum, equitem Romanum, castissimum hominem atque integerrimum; Laodiceæ<sup>17</sup> viginti pondo paulo amplius per hunc ipsum L. Peducæum,<sup>18</sup> judicem nostrum; Adramyttii<sup>19</sup>

---

—7 Edd. vett. *sapienter*, *qui*; Barb. sex codd. Oxon. cod. H. Stephani, Ven. 1480. 1483. Manut. Lamb. *sapienter quod*. Mox, ac *maledicta* C.—8 H x *pudori*.—9 *Ubi igitur* H, Lamb. Mox, *quoniam fructum, omissa quidem*, x. Verba *edictum probas* desunt in eodem codice. Pro *judicatum*, Pantag. legi voluit *indicatum*. Verba, *judicatum f. quæsitum*, desunt in T. Pro *prolatum*, quod exhibit nonnulli codd. Faëri et Gruteri, Memin. Ven. 1480. Junct. Lamb. seqq. *probatum* habent vulgg. ante Faëri, *ploratum* unus cod. Faëri. —10 S T x, Victor. Manut. *manifeste*. Actum, *deprehensum* cod. H. Stephani, et al. ap. Lamb. *Pio expensum*, C H S, et vett. cod. ap. Ursin. *expressum*. Codd. Faëri et Barb. *esse auri*. Deinde, *Sex. Eeinium* Pall. non nulli; *Sex. Cesinium* alii Pall. *Sex. Cofinium* cod. Victor. *Sextum Cesinium* Franc. 2. et T. *Sex. Cesimum* x.—11 Codd. variant, *Peduceum*, *Peduceium*,

## NOTÆ

sa, et magnam aromatum copiam, et præterea in thesauris pecuniam consecratam, circiter bis mille talentis repositis; nihil horum pietate motus attigit. Vide Jos. Ant. Jud. l. xiv.

<sup>r</sup> *Suspicosa*] Suspicosa dicitur quæ omnia in pessimam partem interpretatur.

<sup>s</sup> *Impedimento*] Solus pudor prohibuit, quominus Pompeius, Hierosolymorum vicer, aliquid attingeret de isto fano.

<sup>t</sup> *Edictum*] Tulit edictum Flaccus, ne pecunia ex Asia asportaretur, quod idem Cicerone consule senatus autea judicavit.

<sup>u</sup> *Prolatum*] Aurum quod Judæi exportabant, deprehensum fuit.

<sup>x</sup> *Viros primarios*] Per Cæsiuum, Peducæum, et Domitium, equites Romanos, tota res illa peracta est.

<sup>y</sup> *Apameæ*] Apamea urbs est Phrygia ad Marsyæ fluminis ostia, quæ Cibotos olim appellata est.

<sup>z</sup> *Ante pedes prætoris*] Aurum deprehensum Apameæ ponderatum est ante pedes Flacci prætoris, qui in loco editione sedebat.

<sup>a</sup> *Auri pondo*] Pondo propriæ significat pondus duodecim librarum, vox hæc pondo pluraliter tantum effertur. Unde unum pondo non dicimus, sed per ‘libram’ effertur.

<sup>b</sup> *Laodicea*] Laodicea urbs Cœlosyria.

<sup>c</sup> *Adramyttii* [*Adrymeti*] *Adrymetii*

per Cn. Domitium, legatum. 69. Pergami<sup>d</sup> non multum.<sup>e</sup> Auri ratio constat: aurum in ærario est: furtum non reprehenditur: invidia quæritur:<sup>f</sup> à judicibus<sup>12</sup> oratio avertitur: vox in coronam<sup>g</sup> turbamque effunditur. Sua cuique civitati religio, Læli, est,<sup>13</sup> nostra nobis. Stantibus Hierosolymis,<sup>h</sup> pacatisque Judæis, tamen istorum religio sacrorum a splendore hujus imperii, gravitate nominis nostri, majorum<sup>14</sup> institutis, abhorrebat: nunc vero hoc magis, quod illa gens, quid de imperio nostro sentiret, ostendit armis:<sup>i</sup> quam cara Diis immortalibus<sup>k</sup> esset, docuit, quod est victa, quod elocata,<sup>l</sup> quod servata.<sup>m</sup>

.....

*Puducenm.* Nonnulli habent *C. Lucum Ped.* vel, *Cl. Ped.* vel, *C. L. Ped.* vel, *Cn. Lucium Ped.* Mox, *Adrumeti* edd. vett. *Adrimeti* C S. *Adrimei* x. *Hadrumenti* Franc. 1. *admitti* Franc. 2. et ed. 1480. *Adramyttii* est e conj. Camerarii. *legatum* deest in x.—12 Cod. 5 a *judge*; x a *judiciis*. Gruteri cod. *adevertitur*; cod. Victorii, Memm. Pall. T x *convertitur*.—13 Verbum est omittit C.—14 Cod. x *malorum*. Mox, in eodem *abhorreat*; *abhorrebant* C. Mox, pro *elocata*, Gneſſ. *habet est locata*; Grav. conj. *pacata*. Pro *servata* Junt. *habet serva*; al. *serva facta*; Pantag. conj. *enervata*; Withof. conj. *ricta*, *quod derelicta*, *quod serrire coacta*; Schutz. *suspic. victa*, *quod subacta*, *quod elocuta*.

#### NOTÆ

legendum videtur; Adrymetum enim est in Africa: hæc autem urbs in iis locis esse debuit, de quibus Cicero loquitur.

<sup>d</sup> *Pergami*] Pergamus uis est Asiae Minoris non longe a Caico fluo distans, sic dicta quod in rupe altiori sita sit: olim enim Pergama omnia loca editiora dicebantur.

<sup>e</sup> *Non multum, &c.*] Id est, quot auri pondo expensa sint, non certum est.

<sup>f</sup> *Invidia queritur*] Injuria quam sibi factam esse volunt Asiani in Flaccum derivant: ea de re non agunt apud judices, sed apud multitudinem, quam facile sperant se in eum esse concitatores.

<sup>g</sup> *Vox in coronam*] Corona consesus est et turba circumstans. Est autem translatio a corona, qua caput præeingitur.

<sup>h</sup> *Stantibus Hierosolymis*] Antequam devincerentur a Pompeio Judæi, dicit eos abhoruisse a Romanorum religione; non immerito, quia veram religionem Judæi, impiam et falsam Romani sequebantur.

<sup>i</sup> *Ostendit armis*] Cum arma sumvere contra imperium Romanum Judæi, ostenderunt quam ab imperio Romano alieni essent.

<sup>k</sup> *Diis immortalibus*] Ait quod Diis cara non fuerit Judæorum religio, quod nempe eam non adiuerint, sed vinci ab hostibus Romanis passi sint.

<sup>l</sup> *Elocuta*] Gens illa Judæorum loco et dignitate dejecta est, et subdita Romanorum tributo: translatio est a fundo, qui locatus est.

<sup>m</sup> *Servata*] Non est excisa penitus, ut urbes quæ a victoribus diripiebantur.

xxix. 70. Quamobrem, quoniam, quod crimen esse voluisti, id totum vides in laudem<sup>1</sup> esse conversum; veniamus jam ad civium Romanorum querelas. Ex quibus sit sane prima Deciani. Quid tibi tandem, Deciane,<sup>a</sup> injuriæ factum est? Negotiaris<sup>2</sup> in libera civitate.<sup>b</sup> Primum patere, me esse curiosum:<sup>c</sup> quo usque<sup>a</sup> negotiabere? præsertim cum sis isto loco<sup>b</sup> natus: annos jam triginta in foro versaris;<sup>c</sup> sed tamen in Pergameno:<sup>d</sup> [p. 161.] longo intervallo, si quando tibi peregrinari commodum est,<sup>d</sup> Romanam venis:<sup>3</sup> affers faciem novam,<sup>e</sup> nomen vetus,<sup>f</sup> purpuram Tyriam.<sup>g</sup> In qua tibi in video, quod unis vestimentis tamdiu laetus<sup>e</sup> es. 71. Verum esto: negotiari libet: cur non Pergæ?<sup>4</sup> Smyrnæ? Trallibus? ubi et multi cives Romani sunt, et jus a nostro magistratu<sup>f</sup> dicitur. Otium te delectat: lites, turba, prætor, odio est:<sup>5</sup> Græcorum libertate gaudes. Cur ergo unus tu Apollonienses,<sup>6</sup> amantissimos

<sup>a</sup> Quamdiu.<sup>b</sup> Ista dignitate.<sup>c</sup> Facis mercaturam.<sup>d</sup> Libet.<sup>e</sup> Ornatus.<sup>f</sup> Prætore Romano.

CAP. XXIX. 1 H laudes.—2 Negotians C. Mox, quo usque negotiaberis H. Deinde, si illo s. sis illo H S x. anno jam C s. Paulo post, in ante Perg. deest in H S s. et quibnsdam edd. ante Lamb.—3 Naug. Cam. Steph. advenis.—4 Ita Naug. Beck. Schutz. Pergami codd. et edd. vett.—5 Ita Grnt. et Schutz. ‘tura e conj. videtur esse.’ Orell. lites, turbæ, prætor odio est Færn. Beck. Orell. lites, turbæ P. R. odio est Venet. Junt. Crat. Hervag. Camer. Græv. probante Garat. lites turbæ Populus Romanus al. lites, turbæ, prætor odiosi Naug. Steph. ed. 1584. lites, turbæ, prætor Romanus odio est Lamb. 1566. Pro libertate, C liberalitate; Franc. 1. teritate.—6 Ita codd. Lambini; Apollonienses Naug. et Græv. Apollonienses sex codd. Oxon. Franc. 1. 2. et edd. omnes ante Victor. fidelissimos socios sex codd. Oxon. Mox, habes, ut Mith. aut pater s. Pro habuerit omnes codd. Venett. 1480. Junt. Beck. Schutz.

## NOTÆ

<sup>a</sup> Deciane] Decianus fuit unus e Lælii subscriptoribus, quem non audiendum esse testem contra Flaccum ostendit Cicero, quia ab eo prætore avaritiæ et crudelitatis damnatus fuerat.

<sup>b</sup> Civitate] Apolloniæ negotiabatur in libera civitate.

<sup>c</sup> Curiosum] Curiosus dicitur, qui in res alienas et negotia inquirit.

<sup>d</sup> Pergameno] Reprehendit Decia-

Delph. et Var. Clas.

num quod Pergami negotiaretur in extremo et Asiano foro.

<sup>e</sup> Faciem novam] Redit nigra facie, Asianorum more, qualis Romanorum non est.

<sup>f</sup> Nomen vetus] Quia idem semper retinuit suum nomen.

<sup>g</sup> Purpuram Tyriam] Gerebat vestem rubram et tintetam purpura Tyria, quæ omnium celeberrima fuit.

Cicero.

5 D D

populi Romani fidelissimosque socios, miseriiores habes,<sup>g</sup> quam aut Mithridates, aut etiam pater tuus habuerit unquam? cur his per te frui libertate sua, cur denique esse liberis non licet? Homines sunt tota ex Asia<sup>h</sup> frugalissimi, sanctissimi, a Graecorum luxuria et levitate remotissimi, patresfamilias suo contenti, aratores, rusticani: agros habent et natura perbonos, et diligentia culturaque meliores. In hisce agris tu prædia habere voluisti:<sup>i</sup> omnino mallem, (et magis erat tuum, si te crassi<sup>j</sup> agri delectabant) hic alicubi in Crustumino,<sup>h</sup> aut in Capenati<sup>i</sup> paravisses.

**72.** Verum esto: Catonis est dictum,<sup>k</sup> Pedibus compensari pecuniam.<sup>k</sup> Longe omnino a Tiberi ad Caicum;<sup>l</sup> quo in loco<sup>m</sup> etiam Agamemnon<sup>n</sup> cum exercitu errasset, nisi

<sup>g</sup> Facis.<sup>h</sup> Totius Asiae.<sup>i</sup> Pingues.

Orell. legunt habuit, probantibns Lamb. et Huld.—7 CHS<sup>g</sup> tota Asia. Mox, luxuriæ<sup>g</sup>.—8 Franc. 1. et C noluisti; et sic in H S a m. sec. et ante magis deest in CHS<sup>g</sup>. et m. e. l. s. t. c. a. delectabant omittuntur in X. si te jam crassi Franc. 1. Mediol. si jam te crassi CHS. sed te crassi Barb. et Pall. omnes; sed te magis crassi Franc. 2. omnino malle magis erat tuum (si te jam crassi delect.) hic alicubi cod. Grut. unde ille, omnino male; magis erat tuum (si t. jam crassi del.) hic, &c. Venet. 1480. habet omnino mallem, et magis erat tum, si te magis Crassi a. del. Venet. 1483. omnino mallem, magis erat tum, si jam te crassi, &c.—9 Oliv. e Victor. edictum.—10 CHS quo loco. Mox, Agamemnon T. Agameno X. ducem Telephum C.

## NOTÆ

<sup>h</sup> *Crustumino*] Crustuminum Italiae oppidum est prope Veios, non longe ab urbe Roma; enjus fenum in fundo noxiom, extra vero saluberrimum, ut Plin. refert lib. II. et III.

<sup>i</sup> *Capenati*] Capena oppidum fuit non longe ab urbe Roma. Inde Capenes gentile nomen.

<sup>k</sup> *Pedibus compensari pecuniam*] Dictebat Cato fructu et ubertate agrorum longinquam profectionem et impensas compensari; quia quo remotior est fundus, eo vilius emitur.

<sup>l</sup> *A Tiberi ad Caicum*] Caicus fluvius ex Mysia fluit, et fœcundos agros alluit: Tiberis vero in Italia steriles quandoque interfluit, Crus-

tuinos in primis et Capenates in Etruria.

<sup>m</sup> *Agamemnon*] Cum Graeci ad belum Trojanum profecti essent, aieant eos in Mysiam delatos fuisse ad Teuthrianam, urbem Telephi, quam Trojam rati vastaverunt. Illis occurrit Telephus, filius Tenthantis, rex Mysonum: data pugna sauciatus fuit Telephus ab Achille. Cum vero se sanari nisi ab auctore ab oraculo accepisset, ab Achille obtinuit, ut vulneri medereretur, et se Graecis ductorem ad Trojam futurum esse promisit. Historia fabnlose a poëtis excoigitata, de qua Aristides. Porro Agamemnon dux fuit Graecorum.

ducem Telephum invenisset. Sed concedo id quoque: planctuit oppidum: regio delectavit: emisses.<sup>n</sup> XXX. Amyntas est genere, honore, existimatione, pecunia, princeps illius<sup>1</sup> civitatis; <sup>o</sup> cuius socrum, mulierem imbecilli consilii, satis locupletem, pellexit Decianus ad sese; et, cum illa, quid ageretur,<sup>p</sup> nesciret, in possessione prædiorum ejus familiam suam collocavit: uxorem abduxit<sup>2</sup> ab Amynta prægnantem, quæ peperit apud Decianum filiam, hodieque apud Decianum est uxor Amyntæ et filia. 73. Numquid harum rerum a me fingitur, Deciane? sciunt hæc omnes nobiles, sciunt boni viri, sciunt denique<sup>3</sup> nostri homines, sciunt mediocres negotiatores. Exsurge, Amynta: repeate a Deciano, non pecuniam, non prædia: socrum denique sibi habeat: restituat uxorem: reddat misero patri filiam: nam<sup>4</sup> membra, quæ debilitavit lapidibus, fustibus, ferro, manus quas contudit, digitos quos confregit, nervos quos concidit, restituere nou potest: filiam, filiam, inquam, ærumnoso patri, Deciane, redde. 74. Hæc Flacco non probasse te<sup>q</sup> miraris? cui, quæso,<sup>s</sup> tandem probasti? Emtiones falsas,<sup>k</sup> prædiorum proscriptiones<sup>6</sup> cum mulierculis, aperta circumscriptione,<sup>l</sup>

<sup>k</sup> Fictus.<sup>l</sup> Deceptione.

CAP. XXX. 1 Voc. illius deest in C. Mox, *hujus socrum* Barb. edd. vett. Beck. Orell. *imbecillis* H.—2 Cod. *x adduxit*. Mox, *pregnante* in eodem, in quo etiam verba, *filiam h. a. Decianum*, deunt. est et *uxor* Barb. Venett. 1480. 1483. Naug. Hervag. Manut. Oliver. Lall. Beck. Orell.—3 Voc. *denique* deest in *s*, non improb. Huldr.—4 Particula *nam* deest in sex codd. Oxon. Mox, *quos contulit x. quos friget* idem cod.—5 Sex codd. Oxon. *quasi*.—6 Pall. *prescriptiones*, *hic et infra*; ST *perscriptiones*; S *s x cum mulieribus*. Mox, *tutor his verbis* Guelf. *utor his verbis* C H S. *utor his rebus s x. legibus* deest in

## NOTÆ

<sup>n</sup> Emisses] Pungit Deciani furta, aitque, quod debuisset fundos emere quos sibi usurpavit.

<sup>o</sup> Civitatis] Apolloniæ civis erat iste Amyntas; cuius socrum Decianus sibi ita devinxit, ut in ejus possessiones involarit.

<sup>p</sup> Quid ageretur] Quid a Deciano ageretur nesciebat inepta mulier.

<sup>q</sup> Flacco non probasse te] Propter hanc crudelitatem Decianus damnatus est a Flacco; quam crudelitatem cum motu ad indignationem amplificat.

fecisti: tutor his rebus Græcorum legibus<sup>r</sup> ascribendus <sup>m</sup>  
fuit. Polemocratem<sup>7</sup> scripsisti,<sup>s</sup> mercenarium et admi-  
nistruni consiliorum tuorum: adductus est in judicium  
Polemocrates de dolo malo et de fraude a Dione, hujus  
ipsius tutelæ nomine.<sup>t</sup> Qui concursus ex oppidis finitimi-  
s undique! qui dolor animorum! quæ querela! Condem-  
natus est Polemocrates sententiis omnibus, irritæ venditi-  
ones,<sup>8</sup> irritæ proscriptiones.<sup>u</sup> Num restituis?<sup>v</sup> defers ad  
Pergamenos, ut illi reciperen in suas literas publicas præ-  
claras proscriptiones et emtiones tuas: repudiant, rejici-  
unt.<sup>x</sup> At qui homines?<sup>y</sup> Pergameni, laudatores tui. Ita  
enim mihi gloriari visus es laudatione Pergamenorum,  
quasi honorem majorum<sup>11</sup> tuorum<sup>y</sup> assecu tusesses: et hoc  
te superiorem putabas esse, quam Lælium, quod te civitas  
Pergamena laudaret. Num honestior est civitas Pergame-  
na, quam Smyrna?<sup>12</sup> at ne ipsi quidem dicunt. XXXI. 75.

<sup>m</sup> Interponendum.

\*\*\*\*\*

cod. Færni.—7 *Ptolemocratem* S. *Polemocratem* x. Paulo post, *Ptolemeocrates* Lamb. in marg. *adrectus est* C. et de fraudatione cod. H. Stephani; et *defrau-*  
*datione* Piibœns; et de fraude ad Jovem Pal. 1.—8 Codd. quidam ap. Grut.  
*renditionis*. Mox, *perscriptiones* S T. *prescriptiones* al. ap. Græv.—9 Ita cod.  
Gruteri, Franc. 2. Barb. S T s x, et edd. vett. *Non restituis* codd. aliquot,  
Manut. Lamb. Grut. Græv. Mox, *recipiant* Bæk. e uno cod. Oxon.—10 *At-*  
*que homines sex* codd. Oxon.—11 Nonnulli codd. ap. Græv. *majorem*. Mox,  
*secutus esses* H S T s x. *esse putabas* Færn.—12 Ita cod. H. Steph. ed.  
Wald. Beck. Schnitz. *Smyrnæa* Camer. Lamb. Hervag. Orell. et sic edere

#### NOTÆ

<sup>r</sup> *Græcorum legibus*] Tam Romanorum, quam Græcorum legibus mulieres in potestate tutorum fuerunt, ut diximus de Romanis in Orat. pro Murena.

<sup>s</sup> *Scriptisti*] Tutorum scripsisse illius mulierculæ Decianus Polemocratem dicebat.

<sup>t</sup> *Nomine*] Propter hanc ipsam tutelam vocatus est in judicium de dolo n. m. a.: dolus autem malus est machinatio quædam alterius decipiendi causa.

<sup>u</sup> *Irritæ proscriptiones*] Proscribere est libellum affigere, quo res cognos-

catnr esse venalis, aut libello pub-  
lice fixo aliquid edicere, et denun-  
tiare.

<sup>x</sup> *Rejiciunt*] Postulationes Deciani rejiciunt omnes etiam Pergameni, quorū laudationibus gloriabatur.

<sup>y</sup> *Majorum tuorum*] Deciani majores viri boni in hac civitate habiti sunt.

<sup>z</sup> *Quam Smyrna*] Ridet landes, quæ tum a Pergamenis, tum a Smyrnæis illi datae sunt, cum utrique sint levissimi. Smyrna autem urbs fuit Ioniæ.

Vellein tantum habere<sup>1</sup> otii, ut possem recitare psephisma Smyrnæorum, quod fecerunt in Castricium mortuum: primum, ut in oppidum introferretur;<sup>2</sup> quod aliis non conceditur:<sup>3</sup> deinde, ut ferrent ephebi:<sup>4</sup> postremo, ut imponeatur aurea corona mortuo. Hæc P. Scipioni,<sup>5</sup> clarissimo viro, cum esset Pergami mortuus, facta non sunt. [p. 162.] At Castricum quibus verbis, Dii immortales! ‘decus patriæ, ornamentum populi Romani, florem juventutis’ appellant. 76. Quare, Deciane, si cupidus es gloriæ, alia ornamenta<sup>6</sup> censeo, quæras. Pergameni te deriserunt. Quid? tu ludi<sup>7</sup> te non intelligebas, cum tibi hæc recitabant; ‘clarissimum virum,<sup>8</sup> præstantissima sapientia, singulari ingenio?’ mihi crede, ludebant.<sup>9</sup> Cum vero coronam auream literis<sup>10</sup> imponebant; re vera non plus aurum tibi, quam monedulæ committebant.<sup>11</sup> Ne tum quidem hominum ve-

<sup>1</sup> Sepeliretur.<sup>2</sup> Alias laudes.<sup>3</sup> Derideri.

\*\*\*\*\*

solebat Beck. *Zmyrnae* vet. cod. Lambini; *Smyrne* Barb. Venet. 1483. *Smyrnæ* Junt. Grati. Græv. Vid. Sanct. Minerv. IV. 4. et Perizon. ad eum II. 3. Pro at ne C H S σ χ habent anne; etiam Garat. in Veneti. 1480. 1483. Naug. et Hervag. invenit an; unde conj. *Smyrnæ?* an ipsi. Verba, at ne i. q. d. V. t. h. o. ut possem, desunt in T. laudaret. Nam h. e. c. Pergamena omit-tuntur in χ. pro ipsi σ χ habet ipsa.

CAP. XXXI. I C H S σ χ habere me. Mox, psephismata S. quæ Naug. Manut. Cam. Steph. Deinde, a verbis, primum ut in op. usque ad § 83. quod ait Luceius, ingens est lacuna in eodd. tantum non omnibus.—2 Lamb. conj. illudebant. Mox, pro monedulæ, quod habent Naug. Hervag. Manut. et seqq. monedium legitur in Crat. emendavit jam Peuting. ex Isidor. Orig. XII. 7. ubi est monedulæ committendum; unde Ernesti conj. monedulæ committendum puta-

## NOTÆ

<sup>1</sup> Aliis non conceditur] Cicero in lib. de Leg. refert antiquis fuisse vetitum comburi intra urbem cadavera; quod illi incendiiorum periculum timerent.

<sup>2</sup> Ephebi] Ephebus vox Græca est, et apud Latinos usurpatur de iis, qui media pueritiam inter et adolescen-tiam ætatem sunt.

<sup>3</sup> P. Scipioni] Cum Scipio Nasica Pontifex Max. Tiberium Gracchum occidisset, et hac de causa plebi esset infensus, ei legatio libera a senatu in Asiam decreta est, ubi

prope Pergamum mortuus est.

<sup>4</sup> Clarissimum virum] Verba sunt laudationis quæ a Pergamenis data est Deciano; quam ironicam ait esse Cicero.

<sup>5</sup> Litcris] Cum scripto et decreto suo decernebant ei coronam, perinde agebant, ac qui anrum committunt monedulæ.

<sup>6</sup> Monedulæ committebant] Monedu-la gennæ est avis auri et argenti fur-cissimæ, quod mira calliditate ausert, et condit.

nustatem et facetias perspicere potuisti? Isti igitur, isti Pergameni proscriptiones,<sup>4</sup> quas tu afferebas, repudiaverunt. P. Orbius,<sup>5</sup> homo et prudens<sup>6</sup> et innocens, contra te omnia decrevit. XXXII. In P. Globulum,<sup>7</sup> meum necessarium, fuisti gratiosior. Utinam neque ipsum neque me pœniteret! Flaccum in curia<sup>8</sup> decrevissent. 77. Veridicas adjungis<sup>9</sup> causas inimicitarum, quod patri L. Flacci, ædili curuli, pater tuus, tribunus plebis, diem dixerit.<sup>10</sup> At istud, ne ipsi quidem patri Flacci valde molestum<sup>11</sup> esse debuit; præsertim cum ille, cui dies dicta est, prætor postea factus sit, et consul: ille, qui diem<sup>12</sup> dixit, non potuerit privatus in civitate consistere. Sed, si justas<sup>13</sup> inimicitias putabas, cur, cum tribunus militum Flaccus esset, in ejus legione miles fuisti, cum tibi per leges militares effugere liceret iniquitatem tribuni? Cur autem præ-

bant.—4 Ita cod. H. Steph. et sic emend. Camer. *perscriptiones* Crat. Grut. al. vett. *descriptiones* Manut.—5 Græv. malnit pudens.

CAP. XXXII. 1 Ita Naug. et seqq. In P. Globium Crat. Hervag. *Apud P. Globulum de conj.* Schutz. probante Orell.—2 Ita Crat. Hervag. Cam. Grnt. Græv. Beck. *Flaccum in curia decrevissent veridicas.* Adjungis Orell. *Flaccum vi et injuria decrevit: motus paternis odiis: verasque adj.* cod. H. Steph. unde *Flaccum dicis vi et injuria decreuisse motum paternis odiis, verasque adj.* scripsit Schutz. *Flaccum inimiciis et iracundia incitatum decreuisse dicis.* Et vero adj. Lamb. 1566. *Flaccum elatum iracundia decreuisse dicis.* Et vero adj. Lamb. in marg. ed. 1584. *Flaccum in curia decreuisse injuriam dicis: adjungis conj.* Pantag. *Flaccus, ais, injuriam decrevit, motus paternis odiis: verasque adj.* conj. Wolff. ‘*Locus manifesto corruptus.* Mihil in mentem venit, *Flaccum iracunde* (vel *iracundia*) *decreuisse in te absenteum dicis.* Adjungis causas, &c.’ Orell. Mox, patri L. Flacco conj. idem Orell. et paulo post, patri Flacco. Crat. Hervag. Cam. habent nec ipsi quidem.—3 Sed si istas Crat. Hervag. Mox, in illius legione Crat. Hervag. Tum, tibi omittunt eadem edd. uncis inclusit Orell.—

#### NOTÆ

<sup>6</sup> P. Orbius] Orbius prætor fuit in illis provinciis.

<sup>7</sup> P. Globulum] Globulus e Servilia gente erat, qui tribunus plebis obstitit C. Cornelio collegæ, invito senatu legem ferenti, ne quis, nisi per populum, legibus solveretur.

<sup>8</sup> Flaccum in curia] Deest hic aliquid: quid sit, non facile est conjicare.

<sup>9</sup> Diem dixerit] Diem dicere est

vocare in ius apud populum.

<sup>10</sup> Valde molestum] Non fuit molestum Flacco patri a tali homine vocari in iudicium, quia ad summos honores pervenit: fuit enim tribunus militum, deinde quæstor, tandem ædilis, prætor, et consul.

<sup>11</sup> Ille, qui diem] Accusator vero pater Deciani non potuit Romæ manere vel propter egestatem, vel propter judicium quod subiit.

tor te,<sup>4</sup> inimicum paternum, in consilium vocavit?<sup>5\*</sup> quæ quidem quam sancte solita sint observari, scitis omnes.  
**78.** Nunc accusamur ab iis, qui in consilio nobis fuerunt. **Decrevit Flaccus.** Num aliud, atque oportuit? In liberos. Num aliter, ac censuit senatus? In absentem<sup>6</sup> decrevit.<sup>5</sup> Cum ibidem esses, cum prodire nolles; non est hoc in absentem reum. (*Senatusconsultum<sup>7</sup>* et *decretem Flacci*.) Quid, si non decrevisset,<sup>8</sup> sed edixisset?<sup>6</sup> quis posset vere reprehendere? Num etiam fratris mei literas, plenis- simas humanitatis et æquitatis, reprehensurus es?<sup>7</sup> quas easdem mulieri<sup>9</sup> a me datas, apud Pataranos<sup>8</sup> requisivit.<sup>8</sup> Recita literas Q. Ciceronis: (*Literæ Q. Ciceronis.*) **79.** Quid? hæc Apollonidenses,<sup>10</sup> occasione facta,<sup>b</sup> ad Flac-

<sup>b</sup> Data.

\*\*\*\*\*

**4** Ita de Cam. et Augustini conj. Lamb. et seqq. *Cum a. per te codd. cum edd. vett. Crat. Hervag. Cam.* ‘*Vocavit \* quæ* Nihil deest. Schntzium cum Ernesti lacunam hic statuentem egregie adjuvarunt hypothetæ, sic dantes, *in consilium quæ vocavit \* \* quidem quam.* Mox, accusantur ed. 1584. Grut. errore typogr.’ Orell. Pro fuerunt, quod exhibent Faërn. Lamb. et seqq. faverunt legunt Crat. Hervag. Camer. *adfuerunt cod. H. Steph. et Beck.*—**5** Lamb. de conj. Pantag. delet decrevit. Panlo post, *abs. reum decernere cod.* H. Steph. et Schutz. *decernere in abs. reum Lamb.*—**6** Ita codd. Lambini et Steph. Manut. Lamb. et seqq. *dixisset vet. liber Ursini, Crat. Naug. Hervag. addixisset conj. Augustin.*—**7** Verbum *es* omittunt Crat. Hervag. Camer. Steph.—**8** Ita Naug. seqq. nisi quod *mulieres T., mulieribus ... requisivit* Lamb. *Locus corruptus.* *quas easdem mulieri a me datas apud \** requisivit Crat. Hervag. Ex hoc loco manifestum fit, post Crat. et Hervag. *Nauge- rium ant licentissime in hoc toto capite versatum esse,* aut, *quod non prorsus incredibile est, habuisse exactius aliquod ἀπόγραφον cod. Pentingeriani, vel similius.* Unde enim h. l. accepimus *Pataranos*, (*ceterum Naug. divisim, Patara nos,*) nisi ant e conj. libidinosa fere; aut e codd. *Mss.?* queis *easdē mulieres amandatos apud Pataranos requisivit* conj. Pantag. multis prob.’ Orell. Mox, *Recita l. Q. Cic. desunt in cod. H. Steph. Literæ Q. Ciceronis desunt in Naug. Hervag. Manut.*—**9** *Apollonidienses* hic et paulo post Græv. Pro

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *In consilium vocavit]* Consilium consessus est eorum qui causam vel publicam vel privatam cum prætore aut judece cognoscunt.

<sup>b</sup> *In absentem]* Non decrevit contra absentem, siquidem eodem erat in loco, quo Flaccus.

<sup>p</sup> *Senatusconsultum]* Hic recitatum est Flacci decretum, ut pateret cum senatus decreto consentire.

<sup>1</sup> *Decrerisset]* Decernitur jure causa engnita; edicitur, quod pro imperio fit; potuit autem edicere cum prætor esset.

<sup>r</sup> *Mulieri]* Amyntæ uxorem, vel filiam ejus intelligit.

<sup>s</sup> *Pataranos]* Patara urbs Lyciæ fuit.

<sup>t</sup> *Apollonidienses]* Apollonia, a qua Apollonidienses, urbs Phrygiæ fuit.

cum detulerunt? Apud Orbium<sup>u</sup> acta non sunt? ad Globulum delata non sunt? Ad senatum nostrum, me consule,<sup>x</sup> nonne legati Apollonidenses omnia postulata de injuriis unius Deciani detulerunt? At hæc<sup>10</sup> prædia etiam in censu dedicavisti.<sup>c</sup> Mitto, quod<sup>y</sup> aliena; mitto, quod possessa per vim; mitto, quod convicta<sup>z</sup> ab Apollonidensibus; mitto, quod a Pergamenis repudiata: mitto etiam, quod a nostris magistratibus<sup>a</sup> in integrum<sup>11</sup> restituta: mitto, quod nullo jure,<sup>b</sup> neque in re, neque in possessione tua. 80. Illud quæro, sintne<sup>12</sup> ista prædia censui censendo:<sup>c</sup> habeant jus civile:<sup>d</sup> sint, necne sint,<sup>e</sup> mancipi: subsignari apud ærarium,<sup>f</sup> apud censorem possint: in qua tribu<sup>g</sup> denique ista prædia censuisti? Commisisti,<sup>13</sup> si tempus<sup>h</sup>

<sup>c</sup> Retulisti in censem.

<sup>d</sup> Pendeant ex jure civili.



occasione Lamb. conj. censione; Gulielm. concursione; Oliv. e Lamb. affert potestate.—10 Ita de Lambini conj. emend. Ernesti et Beck. *Adhæc al. Pro in censu, Cam. Hervag. Crat. Lamb. habent incensu; Cnjac. conj. in censem. Actutum, dicasti conj. Lamb.*—11 ‘Forte in integrum est insituum.’ Ernesti. Mox, nullo in jure, neque re, neque poss. Crat. nullo in jure, neque in re, neque poss. Naug.—12 Crat. Hervag. Nang. suntne. Mox, civile, necne; sint, necne, mancipi Lamb.—13 Promisisti Manut. et Grav. e vett. lib. et sic cod. H. Steph. qui mox, post tributum, addit te non recusaturum, non improbante Garaton.—

#### NOTE

<sup>u</sup> *Apud Orbium*] Orbius prætor fuit in Asia ante P. Globulum.

<sup>x</sup> *Me consule*] Consule Cicerone, Flaccus prætor nubanus erat.

<sup>y</sup> *Mitto, quod*] Id est, quod aliena sint.

<sup>z</sup> *Convicta*] Hæc prædia judicio Deciano admitta sunt ab Apolloni-densibus.

<sup>a</sup> *A nostris magistratibus*] A duobus Asiae prætoribus Orbio et Flacco restituta sunt, quia per vim ablata fuerant.

<sup>b</sup> *Nullo jure, &c.*] Ad ea prædia nullum jus habebat Decianus.

<sup>c</sup> *Censui censendo*] Censni censendo agri proprie appellantur, qui et emi

et venire jure civili possunt.

<sup>d</sup> *Habeant jus civile*] Habere jus civile est dependere a jure civili.

<sup>e</sup> *Sint, necne sint, &c.*] Id est, ita sui juris sint, ut ab alienari possint.

<sup>f</sup> *Subsignari apud ærarium, &c.*] Sub-signari apud ærarium, idem est, ac referri in publicas tabulas, quæ in ærario a censoribus servantur.

<sup>g</sup> *In qua tribu*] In sua quisque tribu censebatur. Petit antem in qua tribu censeri potuerint ejus prædia, cum apud socios sint.

<sup>h</sup> *Commisisti, si tempus, &c.*] Commisisti, id est, effecisti, ut si aliquod gravius bellum exoriretur, pro quo colligenda esset pecunia, duplex tibi

aliquid gravius accidisset, ut ex iisdem prædiis<sup>i</sup> et Apollonide et Romæ imperatum esset tributum. Verum esto: gloriosus fuisti: voluisti magnum agri modum censeri,<sup>e</sup> et ejus agri,<sup>f</sup> qui dividi plebi Romanae<sup>k</sup> nou potest.<sup>14</sup> Census es præterea numeratae pecuniæ centum triginta<sup>l</sup> H-S milia.<sup>15</sup> Eam opinor tibi numeratam non esse abs te. Sed hæc omitto. Census es mancipia<sup>m</sup> Amyntæ: neque huic ullam in eo fecisti injuriam; possidet enim ea mancipia Amyntas. Ac primo quidem pertinuit, cum te audisset servos suos esse censum.<sup>n</sup> Retulit ad jurisconsultos.<sup>g</sup> Constabat inter omnes, si aliena censendo<sup>o</sup> Decianus sua facere posset, eum<sup>\*</sup> [maximam habiturum esse familiam].<sup>16</sup> Responsum est, ejus facta non videri. Idem visum est postea Flacco, cum rem cognosceret: itaque decrevit].

**XXXIII. 81.** Habetis causam inimicitarum, qua causa inflammatus Decianus ad Lælium detulerit hanc opimam<sup>h</sup> accusationem. Nam ita questus est Lælius, cum

<sup>i</sup> *Habere multos agros.*

<sup>j</sup> *Consultuit jurisconsultos.*

<sup>f</sup> *Et eos agros.*

<sup>h</sup> *Uberem.*



<sup>14</sup> Ernesti conj. posset.—<sup>15</sup> Crat. Naug. Orell. *numeratae pecuniæ CXXX.* Hervag. n. p. *centum triginta millia;* Manut. conj. n. p. *CXXX H-S.*—<sup>16</sup> Hervag. Cam. *eum m. h. esse domina;* al. e vett. lib. *eum m. h. esse prædia;* cod. H. Steph. *eum maximum h. esse rerum omnium copiam.* Verba uncis inclusa sunt e marg. vet. cod. <sup>1</sup> *Ingeniosum,* nec tamen probabile est recentioris alienjus grammatici supplementum. Stephanianum ac Lambinianum conflavit Schutz. *eum ... copiam.* *Responsum ... decrevit.*<sup>j</sup> Orell.

#### NOTE

persolvendum esset tributum, Apollonide alterum, alterum Romæ.

<sup>i</sup> *Ex iisdem prædiis]* Ex prædiis quæ censa erant, æstimatione, tributum imponebatur uniuersique.

<sup>k</sup> *Diridi plebi Rom.]* Qui liberi sunt agri populo Rom. dividi non possunt, quia ex jure Romano non dependent; agri enim qui censi nou erant, mulctæ nomine populo dividebantur.

<sup>l</sup> *Centum triginta, &c.]* Tredecim librarum millia.

<sup>m</sup> *Census es mancipia]* Id est, detu-

lit in suum censum omnes servos: mancipia etiam sumuntur pro illis bonis, quæ postea mobilia vocaverunt.

<sup>n</sup> *Servos suos esse censum]* Timuit Amyntas eum illi renuntiatum est, servos illius esse censos, et inter bona sua retulisse Decianum.

<sup>o</sup> *Censendo]* Responsum est a jurisconsultis, si aliena in censum suum referre posset, brevi amplissima bona habiturum esse Decianum.

de perfidia Deciani diceret: Qui mihi auctor fuit,<sup>p</sup> qui causam ad me detulit, quem ego sum secutus; is a Flacco corruptus est, is me deseruit ac prodidit. Siccine tu auctor<sup>q</sup> tandem<sup>z</sup> eum,<sup>r</sup> cui tu in consilio fuisses, apud quem omnes gradus dignitatis tuæ retinuisses, pudentissimum hominem, nobilissima familia natum, optime de republica meritum, in discrimen omnium fortunarum vocavisti? Sed defendam<sup>s</sup> Decianum; qui tibi in suspicionem nullo suo delicto venit. 82. Non est, mihi crede, corruptus.<sup>t</sup> Quid enim fuit, quod ab eo redimeretur?<sup>i</sup> ut duceret<sup>k</sup> judicium? cui sex horas<sup>u</sup> omnino lex dedit. Quantum tandem ex his horis detraheret, si tibi<sup>v</sup> morem gerere voluisset? Nimirum illud est, quod ipse suspicatur.<sup>s</sup> Invidisti ingenio subscriptoris tui:<sup>x</sup> quod ornabat facile locum, quem prehenderat,<sup>y</sup> et acute testes interrogabat, aut circumveniebat;<sup>z</sup> fortasse fecistis<sup>z</sup> et tu, et populi sermo,

<sup>i</sup> Emeretur.<sup>k</sup> Produceret.<sup>l</sup> Decipiebat.

CAP. XXXIII. 1 Camer. optimam.—2 Bremius conj. tu auctore tantum. Mox, pro fuisses, Crat. Naug. Cam. Victor. Manut. legunt faciesses; cod. H. Steph. ad fuisses.—3 Scilicet defendam Crat. Hervag. Camer. Græv. Orell. Oliv. Lall.—4 Cod. H. Steph. nisi tibi.—5 Hervag. suspicabatur. Eadem ed. mos omittit tui. Mox, pro facile, quod habent Naug. Cam. Grut. Græv. Beck. facete legunt Lamb. Schütz. Orell. facere Crat. Hervag.—6 Crat. et Orell. omittunt circumveniebat, spatio relicto, quod Hervag. et seqq. exhibent ex arbitrario supplemento. Mox, fortasse fecisti et tu, ut populi sermone exciperes Hervag. Cam. f. fecisti et tu et populi sermo ne exciperes Steph. Grut.

## NOTÆ

<sup>p</sup> Qui mihi auctor fuit] Indicit hic loquenter Lælinum.

<sup>q</sup> Siccine tu auctor] Convertit orationem ad Decianum.

<sup>r</sup> Eum] Invehitur in Decianum, quod anus sit Flaccum in periculum bonorum vocare.

<sup>s</sup> Defendam] Ostendit probabile non esse a Flacco corruptum esse Decianum.

<sup>t</sup> Corruptus] A Flacco corruptus non est Decianus.

<sup>u</sup> Cui sex horas] Horæ in causis publicis lege ita constituebantur, ut

semper plures defensori, quam accusatori, darentur. Ita in causa Milonis duæ horæ accusatori, et tres reo permittæ sunt. At in causis repetundarum, tres tum accusatori, tum defensori, concedebantur.

<sup>x</sup> Subscriptoris tui] Subscriptores dicebantur, qui accusationi ejus qui rei nomen detulerat, subscribebant.

<sup>y</sup> Locum, quem prehenderat] Cum multi essent in eadem causa accusatores, sua cunque pars agenda defrebatur.

<sup>z</sup> Fortasse fecistis] Id est, effecis-

ne exciperes. Idcirco Decianum usque ad coronam applicasti.<sup>m</sup> Sed, ut hoc verisimile est, ita<sup>n</sup> haud verisimile, Decianum a Flacco esse corruptum. 83. Ita scitote, juidices, esse cetera:<sup>o</sup> vel quod ait Luceius,<sup>a</sup> L. Flaccum<sup>10</sup> sibi dare cupisse, ut a fide se abduceret,<sup>a</sup> sestertium vicies.<sup>b</sup> Et eum tu accusas avaritiae, quem dicas sestertium vicies<sup>11</sup> voluisse perdere? nam quid emebat, eum te emebat? ut ad se transires?<sup>b</sup> quam partem<sup>c</sup> causae tibi daremus? an ut enuntiares<sup>12</sup> consilia<sup>c</sup> Lælii? qui testes ab eo prodirent? quid? nos non videbamus habitare una? quis hoc nescit? tabulas<sup>d</sup> in Lælii potestate fuisse, num dubium est? an, ne vehementer, ne copiose accusares?<sup>d</sup> Nunc<sup>13</sup> facis suspicionem: ita enim dixisti, ut nescio quid abs te

<sup>m</sup> Produxisti apud populum.<sup>a</sup> Faceret se prævaricatorem.<sup>b</sup> Partes ejus defenderes.<sup>c</sup> Revelares consilia.<sup>d</sup> Ut esses tenior in accusatione.

---

Græv. *f. fecisti et ut populi sermonem exciperes Lamb.* *f. fecisset, ut ex populi sermone excideres conj. Mannt.* *f. fecisset, ut tu populi sermone excideres Schutz.* *f. fecistis et tu, et populi sermone exciperes Crat. et Orell.*—7 Ita Crat. et seqq. ‘Hæc quoque corrupta.’ Orell. ad coronidem conj. Augsttin. vet. lib. Ursin. Idcirco *D. perfidie accusasti, teque ad coronam applicasti conj. Schutz.* Idcirco in *D.* usque te ad coronam applicasti conj. Wolff.—8 Particula ita non legitur in edd. ante Hervag.—9 Ita Naug. Steph. Lamb. seqq. *Ita scitote esse certa Crat. Eaque, judices, scitotè esse vera Hervag. corruptum, scitote, judices, esse cetera Camer.* Hic tandem desinit lacuna a Cratandro suppleta.—10 *Lelium Flaccum C.* Mox, *ut fide Franc. I. C H S 5*, Venet. 1483. Junt. Crat.—11 Verba, *Et eum tu a. u. q. d. s. vicies desunt in T. x. quem dices C H S.* *no-luissse perdere H.* Panlo post, *ut ad te trans x. quas partes Lamb. causæ deest in S. tibi daren T.*—12 Dresd. annuntiares; Franc. I. et C denuntiares. Mox, *hæc nescit* Dresd. Tum, *poteslatum C. non dubium est C H S 5*, Mannt. Lamb.—13 Num C. Actutum, jacis susp. suspicabatur Lamb. *quid a te C H S x. imperatum esse x.*

## NOTÆ

tis ut non esset in majori qnam tu existimatione. Et hac de causa enim non loqui permisistis. Sed tantum Decianum in conspectum populi adduxistis. Sensus valde obscurus, et mutilatus aliunde, videtur sic posse explicari.

<sup>a</sup> *Luccins]* Videtur fuisse unus ex iis qui Flaccum accusabant, quem jam refutare aggreditur.

<sup>b</sup> *Sestertium ricies]* Id est, centum

millia sestertiiorum, libraru[m] decem millia.

<sup>c</sup> *Partem]* Nulla pars esset in qna interetur tua opera, vel quam Luceio Flaccens dare posset.

<sup>d</sup> *Tabulas]* Tabulæ, in quibus scripta sunt testimonia quæ ex Africa Romam missa sunt, in Lælii potestate fuerunt; quæ ideo valere non debent.

impertratum esse videatur. **XXXIV.** 84. At enim Androni Sextilio<sup>1</sup> gravis injuria facta est, et non ferenda: quod, cum esset uxor ejus Valeria, intestato<sup>e</sup> mortua, sic egit eam rem Flaccus, quasi ad ipsum hæreditas pertineret. In quo quid reprehendas, scire copio: quod falsum intenderit?<sup>f</sup> qui<sup>c<sup>2</sup></sup> doces? Ingenua, inquit, fuit.<sup>g</sup> O peritum juris hominem! Quid? ab ingenuis mulieribus hæreditates lege non veniunt? In manum,<sup>3</sup> inquit, convenerat.<sup>f</sup> Nunc audio: sed quæro, usu, an coëmptione?<sup>b</sup> usu non potuit; nihil

<sup>e</sup> Quomodo.<sup>f</sup> Venerat in potestatem mariti.

\*\*\*\*\*

**CAP. XXXIV.** 1 *Sextullio C. a Dione Sextilio Franc.* 2. et ed. pr. *Androni Stuphalio Franc.* 2. Mox, ejus omittit Manul. *ejus uxor* habent codd. Faërni, Barb. et edd. ante 1584. *uxor ejus* ed. 1584. et seqq. Deinde, *intestata* codd. aliquot, Venet. 1483. et Jnnt. *Flaccus deest in x.* — 2 Cod. x ostendere, quid. — 3 *In manu C H S s x.* Naug. inquam C x. convenerit C H S x. Mox, *quero utrum usu* edd. quædam vett. sed *utrum non legitur in codd.* Faërni, Barb. Venet. 1480. 1483. *an emptione H. usu?* coëmptione Venet. 1483. Jnnt. Verba nihil . . . demini poni post illa *van.* e. auctoribus voluit

## NOTÆ

<sup>e</sup> *Intestato]* Intestato mori dicuntur, qui non facto testamento moriuntur.

<sup>f</sup> *Quod falsum intenderit]* Id est, quod falso hæreditatem ad se pertinere dixerit.

<sup>g</sup> *Ingenua fuit]* Ingenui dicuntur, qui utroque parente libero nascuntur.

<sup>b</sup> *Usu, an coëmptione]* Conveniebant duobus modis in matrimonium veteres Romani; aut coëmptione, aut usu: coëmptione, cum vir et fœmina se invicem emebant; nubentes autem mulieres, ut Varro scribit, tres ad virum asses ferebant; atque unum quidem quem in manu tenebant, tanquam emendi causa, marito dare; alium quem in pede habebant, in foco larium familiarium ponere; tertium in sacciperio cum condidissent, compito vicinali solebant resignare. Hinc eveniebat, ut mulier quidem in manu mancipioque

esset mariti, aut ejus, enjus in manu mancipioque maritus erat, snaque illi hæres fieret. Ita Ulpian. xviii. 6. Vir autem interrogabat mulierem, an sibi materfamilias esse vellet; et hæc vicissim, an sibi paterfamilias esse vellet: si eterque respondebat se velle, mulier materfamilias vocabatur, quonia non in matrimonium tantum, sed in familiam quoque mariti, et in sui haeredis locum venerat. Usu vero fieri matrimonium dicebatur, cum, tutoribus auctoribus, mulier in matrimonium alicui conveniebat, quo cum ea consuecebat quasi cum justo perfectoque matrimonio: adeo ut si usus ille intra annum non interrumpereetur, pro usu cæpta jam haberetur; et tamen intra annum usurpare, id est, usum infringere, ex lege xii. Tab. liceret: quod ni faceret, quoad in eo matrimonio maneret, matrona, inquit Gellius, dicebatur; etsi liberi nati non forent:

enim potest de tutela legitima sine omnium tutorum auctoritate diminui: coëmptione? omnibus ergo auctoribus:<sup>4</sup> in quibus certe Flaccum fuisse non dices. 85. Relinquitur illud, quod vociferari non destitit,<sup>5</sup> non debuisse, cum prætor esset, suum negotium agere, aut mentionem facere hæreditatis. Maximas audio tibi, L. Luculle, qui de<sup>6</sup> L. Flacco sententiam latus es,<sup>7</sup> pro tua eximia liberalitate, maximisque beneficiis in tuos, venisse hæreditates, cum Asiam provinciam consulari imperio<sup>k</sup> obtineres: si quis eas suas esse dixisset, concessisses?<sup>1</sup> Tu, T. Vecti,<sup>7m</sup> si qua tibi in Africa venerit hæritas; usu amittes?<sup>n</sup> aut tuum, nulla avaritia,<sup>o</sup> salva dignitate, retinebis? At istius hæreditatis, jam Globulo<sup>8</sup> prætore,<sup>p</sup> Flacci nomine, petita possessio est: non igitur impressio,<sup>q</sup> non occasio,<sup>r</sup> non vis,

---

Geo. d'Arnaud Var. Conj. 1. 27. *diminui* edd. vett.—4 Lamb. *omn. e. tutoribus auctoribus*. Particula ergo deest in T. *auctoritatibus* S.—5 Ita vodd. Faërni et Lamb. *desistit* edd. vett.—6 Cod. *qui de tuo*. Paulo post, *in trans r. h. . . imp. obtainens . . . dixisses* in eodem cod. Deinde, *concessisse* H S.—7 *Vetti* Lamb. Beck. Schutz. Orell. *in A. renit* Guelf. C X. Mox, *aut tuum* C. *nullam avaritiam* X.—8 *Globillo* C H S X. Mox, *non ris*, *non occasio* conj. Manut. probante Wolff. improb. Orell. *non occisio* C H S X. Haec verba de-

## NOTÆ

a matris scilicet nomine, non adepto jam, sed cum spe et omni mox adipisciendi. Hæc neque in manu mancipioque mariti, neque sui juris erat; sed semper in tutorum potestate permanebat: quod si intestata moreveretur, agnatus proximus habebat familiam.

<sup>i</sup> *Latus es*] Lucullus erat inter judices qui ferre sententiam debebant; ejusque exemplo probat in sua provincia Flaccum potuisse hæreditates accipere.

<sup>k</sup> *Consulari imperio*] Erant consulares provinciarum, quae a consulibus regebantur, quibus duodecim fasces, insignia potestatis, præferebantur.

<sup>l</sup> *Concessisses*] Interrogando petit utrum fuisse eas concessurus: quod negat.

<sup>m</sup> *Vecti*] Veetius iudex sedebat, qui brevi profecturn erat in Africam.

<sup>n</sup> *Usu amittes*] Usu peimittere, est non adire illam hæreditatem, sed ut eam alius usucapiat, peimittere; nam usu res et acquiruntur, et amittuntur.

<sup>o</sup> *Nulla avaritia*] Potest cum dignitate, et sine avaritia conservare hæreditatem quæ ipse obvenit.

<sup>p</sup> *Globulo prætore*] Globulo Flacculus successisse creditur, quo Globulo prætore, hæc Flacci nomine hæreditas petita est.

<sup>q</sup> *Impressio*] Impressio propriæ est hostilis impetus, qui armata vi inferatur; qualis a Flacco non factus esse potuit, cum nondum prætor esset.

<sup>r</sup> *Occasio*] Prætoriæ suæ dignitatis in Asia occasione non usus est.

non tempus, non imperium, non secures ad injuriam faciendam Flacci animum impulerunt. 86. Itaque eodem etiam M. Lurco, vir optimus, meus familiaris, convertit aculeum<sup>s</sup> testimonii sui: negavit, a privato pecuniam in provincia prætorem petere oportere. Cur tandem, M. Lurco,<sup>9</sup> non oportet? eripere, extorquere, accipere contra leges non oportet: petere non oportere, nunquam ostendes, nisi docueris non licere. An legationes sumere liberas,<sup>t</sup> exigendi causa, sicut et tu ipse nuper, et multi viri boni sæpe fecerunt, rectum est<sup>10</sup> (quod ego non reprehendo; socios video queri);<sup>u</sup> prætorem, si hæreditatem in provincia non reliquerit,<sup>v</sup> non solum reprehendendum, verum etiam condemnandum putas? xxxv. Doti, inquit,<sup>x</sup> Valeria pecuniam omnem suam dixerat. Nihil istorum explicari potest, nisi ostenderis, illam in tutela Flacci non fuisse:<sup>y</sup> si fuit, quæcumque sine hoc auctore est dicta dos, nulla est. 87. Sed tamen Lurconem, quanquam, pro sua dignitate moderatus

\*\*\*\*\*

sunt in T. Paulo post, *Fl. an. intulerunt* 5.—9 Hæc omnia, vir optimus . . . M. Lurco, desunt in T. Mox, eripere omittunt sex codd. Oxon. Venet. 1483. Junt. Crat. Hervag. Camer.—10 H 5 χ ratum est; et sic H in marg. Pro quod ego T habet ego quoque.—11 Ita codd. Gruteri, Grævii, Guelf. Venett. 1480. 1483. Junt. non omittunt codd. Faërni, Memm. al. unde Lamb. conj. in ed. 1566. in provincia creverit. Actntum, non solum non S et Dresd. punitatis H S χ.

CAP. XXXV. I Schutz. de Beckii conjectura inquis. Mox, Nihil doti istorum H S 5 χ, Franc. 1. 2. explicare 5. in tutelam H, Dresd. Barb. Venet. 1480. Deinde, si sit Franc. 1. 2. Dresd. Barb. H S T 5 χ, ed. pr. Venett.

## NOTÆ

<sup>s</sup> Convertit aculeum, &c.] Lurco in eandem partem infestum testimonium suum convertit. Translata verba sunt ab apibus. Hujus testimonium rejicit, quia potest prætor debitat sibi hæreditatem petere.

<sup>t</sup> Legationes liberas] Liberae dicebantur legationes, quas senatores, privati negotii, aut evitandi plebeii furoris causa, a senatu ad aliquod tempus impetrabant. Cicero eas annuas lege sua fecerat; sed postea, ut scribit ad Att. lib. xv. lege Tullia quinquen-

nium iis præfinitum fuit.

<sup>u</sup> Socios video queri] Objicit hoc esse reprehendendum, quia non æquo jure cum senatoribus litigarent.

<sup>x</sup> Doti, inquit, &c.] Objiciebat ille quod Valeria dotis nomine promiserat suam pecuniam; dos antem est, quod affert ea quæ nubit, vel quod pater dat familiae.

<sup>y</sup> In tutela Flacci non fuisse] Lurco debet ostendere Valeriam non fuisse in tutela Flacci, si vult ut legitima sua sit accusatio.

est in testimonio dicendo religioni<sup>2</sup> suæ,<sup>3</sup> tamen iratum Flacco esse vidistis: neque enim occultavit causam iracundiæ suæ, neque reticendam putavit. Questus est, libertum suum,<sup>b</sup> Flacco prætore, esse damnatum.<sup>3</sup> O conditiones miseras administrandarum provinciarum! in quibus diligentia plena simultatum est; negligentia, vituperationum: ubi severitas periculosa est; liberalitas, ingrata: sermo, insidiosus;<sup>a</sup> assentatio, perniciosa: frons omnium, familiaris; multorum animus, iratus: iracundiæ, occultæ; blanditiæ, apertæ: venientes prætores expectant, præsentibus inserviunt, abeunt deserunt. Sed omittamus querelas, ne nostrum consilium<sup>c</sup> in prætermittendis<sup>d</sup> provinciis laudare videamur. [p. 163.] 88. Literas misit de villico P. Septimii,<sup>d</sup> hominis ornati, qui villicus cædem fecerat: Septimum ardentem iracundia<sup>e</sup> videre potuistis.<sup>5</sup> In Lurconis libertum judicium ex edicto dedit:<sup>f</sup> hostis est Lurco. Quid

<sup>a</sup> Fallax.



1480. 1483. Mediol.—2 Voc. *religioni* displicet Ernestio, Beck. et Brem. *orationi*, e Bremmii conj. edidit Schintz. *iræ*, vel *sibi m. e. int. d. religione sua* conj. Wolff. improbante Orell. Mox, nec enim Franc. 1. 2. C H S, et ed. pr. *rejiciendum putavit* Franc. 1. *reiciendum putarit* C S. *rejicienda putarit* x. *re-  
tinendum putaveit* Franc. 2. et ed. pr.—3 *Questus est*, l. s. F. p. e. *damnatum* s. Mox, administ. civitatum et provinciarum Venet. 1483. Junt. Crat. Hervag. *simulatum est* C x. Dein, verba, *liberalitas*, i. s. i. a. *perniciosa*, desunt in T. *in-  
grata divisim* C. *fraus omnium* T.—4 Unus cod. Oxon. et edd. vett. *omitten-*

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Moderatus est... religioni suæ*] Lurco modum tenuit, propter religionem scilicet juriſjurandi; nam juriati dicebant testimonia: tamen illius testimonium improbat, et causam subjicit.

<sup>b</sup> *Libertum suum*] Liberti sunt, quos domini ex justa servitute solverunt, ac manumiserunt; unde etiam illorum patroni, quasi patres, qui a morte in vitam illos revocaverunt, appellabantur. Liberti dicti sunt etiam, non qui manumitterebantur, sed ingenui ex iis procreati.

<sup>c</sup> *Ne nostrum consilium*] Recensave-

rat Cicero provinciam administrandam post consulatum.

<sup>d</sup> *P. Septimii*] Septimus eques Romanus fuit, qui in Asia negotiabatur, cuius etiam testimonium reprehendit.

<sup>e</sup> *Ardentem iracundia*] Septimus visus est plenus iracundia in dicendo contra Flaccum testimonium; quia cum ausfugisset ex Asia, post interfectum a se hominem, scripserat Romanum Flaccus, ut ille villicus caperetur.

<sup>f</sup> *Ex edicto dedit*] Id est, tulit sententiam secundum edictum. Edic-



igitur? hominum gratiosorum<sup>g</sup> splendidorumque libertis  
fuit Asia tradenda? an simultates, nescio quas, cum liber-  
tis vestris Flaccus exercet?<sup>6</sup> an vobis in vestris vestrorum-  
que causis severitas odio est;<sup>b</sup> eandem laudatis, cum de  
nobis judicatis? **xxxvi.** At iste Andro,<sup>1</sup><sup>b</sup> spoliatus bo-  
nis, ut dicitis, ad dicendum testimonium non venit. **89.**  
**Quid**, si veniat? **Decisionis**<sup>c</sup> arbiter C. Cæcilius<sup>i</sup> fuit:  
quo splendore vir! qua fide! qua religione! obsignator C.  
Sextilius, Lurconis sororis filius, homo et pudens, et con-  
stans, et gravis. Si vis<sup>k</sup> erat, si fraus, si metus, si circum-  
scriptio;<sup>1</sup> quis pactionem fieri, quis adesse istos coëgit?  
**Quid**, si ista omnis pecunia huic adolescentulo,<sup>m</sup> L. Flacco,<sup>2</sup>  
reddita est? si petita? si redacta?<sup>n</sup> si per hunc Antiochum,

<sup>b</sup> *Improbatur.*<sup>c</sup> *Pactionis.*


---

*dis.—5 C videte. Potuistis in, &c.—6 Victor. et Manut. exercuit. Mox, robis deest in C H S Σ χ. Deinde robis judicatis C S. vocatis Σ.*

*CAP. xxxvi. 1 C χ audio. Mox, haec omnia, Quid si . . . istos coëgit, de-  
sunt in T. Pro Cæcilius Σ habet Cælius. Idem cod. obsignatos. C H S χ  
homo et prudens.—2 C χ a L. Flacco. Mox, si redacta per conj. Patagath. ap.  
Ursin. si numerata, aut si donata per hunc, &c. al. ap. Græv. hujus deest in C  
χ. soni illi habet χ. non ante solum deest in codd. Oxon. sed etiam libertatis*

## NOTÆ

tum antem duplex fuit; perpetuum videlicet, et temporale: perpetuum fuit, quod prætor arbitratu suo, toto præturae suæ tempore constituit; temporale vero, quod certi oborti negotii causa proponebatur.

<sup>g</sup> *Gratiosorum]* Gratiosi dicuntur qui gratia plurimum possunt, et quibus multorum gratia comparata est. Horam liberti molesti erant Asianis, quos ita impune agere non vult Cicero in provinciis.

<sup>h</sup> *Andro]* Andro vir Valeriae fuit, quem non venisse in testimonium, dicit: at hunc nihil effecturum contendit Cicero; quia cum Flaco de cederat de hæreditate.

<sup>i</sup> *C. Cæcilius]* Cæcilius ille arbiter fuit initæ pactionis de hæreditate Valeriae inter Andronem et Flac-

cum. Hujus Cæcilii auctoritatem et fidem landat.

<sup>k</sup> *Sieis]* Si facta nempe a Flaco vis fuit, quia prætor erat; pactio fieri non debuit, cum nemo eos ad illam faciendam impulerit.

<sup>l</sup> *Circumscripicio]* Circumveniri et circumseribi dicitur qui in fraudem inducitur.

<sup>m</sup> *Adolescentula]* Aderat hic alter Flaccus adolescentus, qui potuit esse aut fratri filius, aut frater patruelis; atque ita ad ambos pertinuit hæreditas.

<sup>n</sup> *Redacta]* Si collecta fuit illa pecunia per Antiochum libertum, et data ab isto Flaco qui defenditur; propter liberalitatem laudandus est, non accusandus avaritiæ.

paternum hujus adolescentis libertum, seni illi Flacco probatissimum? videmurne non solum avaritiae crimen effugere, sed etiam liberalitatis laudem assequi singularem? communem enim hereditatem, quae aequaliter ad utrumque lege venisset, concessit adolescenti, propinquo suo: nihil ipse attigit de Valerianis bonis: quod statuerat facere, adductus hujus pudore,<sup>o</sup> et non amplissimis patrimonii copiis, id non solum fecit, sed etiam prolixe cunulateque fecit. Ex quo intelligi debet, eum contra leges pecunias non cessisse, qui tam fuerit in hereditate concedenda liberalis.

90. At Falcidianum crimen<sup>p</sup> est ingens:<sup>q</sup> talenta quinquaginta<sup>r</sup> se Flacco dicit dedisse. Audiamus hominem. Non adest. Quomodo igitur dicit?<sup>s</sup> Epistolam mater ejus profert, et alteram soror: scriptum ad se dicunt esse ab illo, tantam pecuniam Flacco datam. Ergo is,<sup>t</sup> qui si aram tenens<sup>u</sup> juraret, crederet nemo, per epistolam, quod volet, injuratus probabit? At qui vir? quam non amicus suis civibus! qui patrimonium satis lautum, quod hic nobiscum

<sup>s.</sup> Deinde, *lege deest in x.*—<sup>3</sup> C H S *ſ x*, et Manut. *crimen ingens*; verbum *est addidit Faern.* e codd. suis, quibus accedit Barb.—<sup>4</sup> Ita Crat. Lamb. seqq. *dicitur sex codd.* Oxon. Venett. 1480. 1483. Junt. *dicet* Manut. et Steph. Mox. *tantum pecuniam H.* *tanquam pecuniam C x.* a Flacco C.—<sup>5</sup> *Ego is x.* Mox. pro qui si, Græv. emend. *cui, si,* receperunt Beck. Schutz. Orell.

## NOTÆ

<sup>o</sup> *Adductus hujus pudore]* Tantam honestatem in consanguineo adolescenti reperit Flaccus, ut ipsi cesserit patrimonium quod ipse poterat accipere.

<sup>p</sup> *Falcidianum crimen]* Aliud crimen quod Falcidius intendit contra se a Flacco commissum esse. Hunc autem Falcidium in odiniu adducit festiva hominis descriptione.

<sup>q</sup> *Talenta quinq.]* Quoties occurrit talenti ratio, si nihil alind addatur, de minori talento Attico intelligi debet, quod fuit minarum sexaginta, seu sex millium drachmarum. Porro drachma Attica, denario Romano,

et grosso Francico equiparatur: grossus pars *est* marcae sexagesima quarta: marca signati argenti capit libras nostras, sive Francicos, viginti septem: grossus igitur valet octo solidos cum denariolis paulo minus sex: qui grossi sexies millies repetiti, Francicos conficiunt 2330. et hic valor est argentei talenti Attici ad modum nostrum revocati.

<sup>r</sup> *Si aram tenens]* Aram tenentes jurabant Græci. Huic autem Falcidio sic juranti nemo fidem habuit; ergo ei minus habenda est loquendi per literas.

conficere<sup>d</sup> potuit, Græcorum conviviis maluit dissipare. 91. Quid attinuit relinquere hanc urbem? libertate tam præclara carere? adire periculum navigandi? quasi bona comesse Romæ non liceret: nunc denique materculæ suæ<sup>e</sup> festivus filius, aniculæ minime suspiciosæ, purgat se per epistolam, ut eam pecuniam, quacum trajecerat, non consummissee, sed Flacco deditte videatur. XXXVII. At fructus isti<sup>s</sup> Trallianorum, Globulo prætore venierunt: <sup>t</sup> Falcidius emerat H-S nongentis<sup>t</sup> millibus. Si dat tantam pecuniam<sup>z</sup> Flacco, nempe idcirco dat, ut rata sit emitio. Emit igitur aliquid, quod certe multo pluris esset: <sup>z</sup> dat de lucro: nihil detrahit de vivo.<sup>u</sup> Minus igitur lucri facit. 92. Cur Albanum<sup>x</sup> venire jubet? cur matri præterea blanditur? cur epistolis et sororis et matris imbecillitatem aucupatur? postremo cur non audimus ipsum? Retinetur, credo, in provincia: mater negat: venisset, inquit, si esset denuntiatum. Tu certe coëgisses, si ullum firmamentum in illo teste posuisses. Sed hominem ab negotio abducere noluisti: magnum erat ei certamen propositum, magna cum Græcis contentio: qui tamen, ut opinor, jacent victi; nam iste unus totam Asiam magnitudine poculorum<sup>y</sup> bibendo-

<sup>d</sup> Prodigere.



Paulo post, satis latum x.—6 Idem cod. matercula sua. Mox, pro quacum trajecerat, quod exhibent Pal. 3. Grnt. et recenti. quam trajecerat legunt codd. Faërni, Stephani, Franc. 1. Guelf. C x. Junt. quam consecerat Crat. Nang. Lamb. quam contrajecerat codd. Victorii, Memm. Franc. Pall. plerique, et ed. 1471. quam contra legerat Venett. 1480. 1483.

CAP. XXXVII. 1 Ita Lamb. Grut. Græv. nullo codice laudato; renierant C H S <sup>z</sup> x, cum omnibus edd. ante Lamb. item Beck. Schutz. Orell. Mox H-S deest in C H S T, Barb. et Venett. 1480. 1483. noningentis codd. Faërni; noningentis T.—2 Junt. pecuniam tantam.—3 Cod. x certo multi pluris esse.—

#### NOTE

\* *At fructus isti*] Dictum adversariorum refutat, qui dicebant Falcidini, Globulo prætore, Trallianorum fructus emisse.

<sup>t</sup> *H-S nongentis*] Quingenta talenta intelligenda sunt.

<sup>u</sup> *Detrahit de vivo*] Detrahit de vivo qui v. g. rem valentem triginta

nummos, viginti emit. Viginti nummi vivum efficiunt, et decem lucrum.

<sup>x</sup> *Albanum*] Prædium, denominatum a regione in qua erat, vendere jussit Falcidius.

<sup>y</sup> *Magnitudine poculorum*] Majoribus poculis utebantur Græci et Asiani in bibendo, quia præ ceteris aliis

que superavit. Sed tamen quis tibi, Læli, de epistolis istis<sup>5</sup> indicavit? mulieres negant se scire. Quis is est igitur? ille ipse tibi,<sup>6</sup> se ad matrem et sororem scripsisse, narravit? an etiam scripsit oratu tuo? 93. At vero M. Aebutium, et<sup>7</sup> constantissimum et pudentissimum hominem, Falcidii affinem, nihil interrogas? nihil ejus generum, pari fide præditum, C. Manilium?<sup>8</sup> qui profecto de tanta pecunia, si esset data, nihil audisse non posset. [p. 164.] His tu igitur epistolis, Deciane, recitatis, his mulierculis productis, illo absente auctore laudato,<sup>9</sup> tantum te crimen probaturum putasti? præsertim, cum ipse non deducendo<sup>10</sup> Falcidium, judicium<sup>9</sup> feceris, plus falsam epistolam habituram ponderis, quam ipsius præsentis fictam vocem et simulatum dolorem?

94. Sed quid ego de epistolis Falcidii, aut de Androne Sextilio,<sup>10</sup> aut de Deciani censu tamdiu dispergo? de sa-

*Citato.*

\*\*\*\*\*

<sup>4</sup> Albanam Faern.—<sup>5</sup> Cod.  $\zeta$  epistolis tuis.—<sup>6</sup> Grut. e codd. se scire, qui sis: ipse igitur ille tibi; Crat. et Cam. Quis? is ipse? igitur ille tibi; Venet. 1483. et Mediol. Quid est igitur? ille tibi; Garat. Quid est igitur? ille ipse tibi; Lamb. Quis is est igitur? ille tibi; Orell. Quis is est igitur? ipse ille tibi; Junt. Quis is igitur? ipse ille tibi. Nostram lect. exhibent codd. Grævii, Faerni, Paris. Guelf. cum edd. Græv. Lall. Beck. Schutz. Mox, an conscripsit oratu tuo Memm. Pall. quatuor codd. Oxon. Barb. Guelf. an e. s. hortatu tuo Pall. I. 2. 5. Faern. an e. s. rogatu tuo Naug. Steph.—<sup>7</sup> Copula et deest in C H S T  $\chi$ , et prudentissimum exhibent C H S T  $\zeta$ , et Victor.—<sup>8</sup> Ita codd. Faerni, Barb. Venet. 1480. Manilium H S  $\chi$ , et pleraque edd. ante Lamb. non possent C  $\chi$ , alii codd. ap. Faern. et Lamb. cum edd. Lamb. Beck. Schutz. Orell.—<sup>9</sup> Franc. 1. indicium, probante Grævio.—<sup>10</sup> A. Sestallio C. Androne Sestallio S. Androne Sextillio  $\chi$ . Actutum, aut deditiani  $\chi$ . Pro censu, C H S  $\chi$  habent sensu; Ernesti conj. causa. Post dispergo Lamb. addidit e Memm. et expostulo, quod habent etiam quatuor codd. Oxon. eumque secuti sunt Oliv. Lall. Beck. Schutz. et Orell. dispergo? postulo legunt codd. Faerni, Pall. Barb.  $\zeta$   $\chi$ , Venet. 1480. 1483. Junt. Hervag. Faern. Grut. Græv. Verb. dispergo? postremo Naug. Cam. dispergo? de salute, &c. Guelf. Deinde, de summa republica duo codd. Oxon. Venet. 1480. Lamb. Lall. Orell. de summa R. P. Venet. 1483. de summa rei publicae Junt. Cam. Faern. Grut. Græv. Beck. Schutz. Verba, vestris humeris, priore loco desunt in sex codd. Oxon.

#### NOTÆ

populis ebriosi et potatores habiti sunt: unde 'pergræcari' vox deduc ta est, id est, deditum esse vino.

crimen quod Flacco objicitur, ex Asia in judicium istud vocatus erat Falcidius.

<sup>10</sup> *Deducendo*] Ut probaretur illud

lute omnium nostrum, de fortunis civitatis, de summa reipubl. tacco? quam vos universam in hoc judicio vestris humeris, vestris, inquam, humeris, judices, sustinetis. Videlis, in quo motu temporum, quanta in conversione rerum ac perturbatione versemur. XXXVIII. Cum alia multa certi homines,<sup>a</sup> tum hoc vel maxime moliuntur, ut vestræ quoque mentes, vestra judicia, vestræ sententiae, optimo cuique infestissimæ atque inimicissimæ reperiantur: gravia judicia pro reipublicæ dignitate, multa de conjuratorum scelere fecistis: non putant satis conversam<sup>b</sup> rempublicam, nisi in eandem impiorum<sup>b</sup> poenam optime meritos cives detruscrint. 95. Oppressus est C. Antonius: <sup>c</sup> esto: habuit quandam ille infamiam suam: <sup>d</sup> neque tamen ille ipse (pro meo jure<sup>e</sup> dico) vobis judicibus damnatus esset; cujus damnatione<sup>z</sup> sepulcrum L. Catilinæ, floribus ornatum, hominum audacissimorum ac domesticorum hostium conventu epulisque celebratum est:<sup>f</sup> justa Catilinæ<sup>g</sup> facta sunt. Nunc a Flacco Lentuli<sup>h</sup> poenæ per

<sup>b</sup> Mutatam.

CAP. XXXVIII. 1 Ita codd. Faërni, Lambini, Pall. Barb. cum edd. Faërn. Lambh. seqq. *satis eversam* Franc. 1. *satis conversam esse* C H S χ, Venett. 1480. 1483. et aliæ ante Faërn. probante Huldr.—2 Codex unus Oxon. dam-

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Certi homines*] Per certos homines, eos intelligit, qui fuerunt in conjuratione Catilinæ, et qui conantur Flacco periculum moliri, qui Ciceroni præsto fuit in ea extingnenda.

<sup>b</sup> *Impiorum*] Notat poenam qua affecti sunt illi, qui cum Catilina conjurationis auctores fuerunt.

<sup>c</sup> *Oppressus est C. Antonius*] Damnatus fuit Antonius, de majestate a M. Cælio accusatus.

<sup>d</sup> *Infamiam suam*] Venit primum in suspicionem conjurationis, a qua per Ciceronem revocatus est.

<sup>e</sup> *Pro meo jure*] Ait quod suo iure affirmare potest, judicium fretus iustitia, quod nunquam ab illis judici-

bus damnatus esset.

<sup>f</sup> *Celebratum est*] Damnato Antonio, ad sepulcrum Catilinæ convenitus ab illis, qui illius conjurationis participes fuerant, celebratus est: quod fieri solitum fuit olim in eorum memoriam, qui bene de republica meriti fuerant. Horum tumulus floribus spargebatur, et epulum ab amicis populo Romano dabatur.

<sup>g</sup> *Justa Catilinæ*] Justa dicebantur ea sacrificia, quæ in honorem mortuorum fiebant.

<sup>h</sup> *Lentuli*] Lentulus ille unus fuit ex principibus Catilinariæ conjurationis, de quo jam sæpe dictum est in Orat. contra Catil.

vos expetuntur.<sup>i</sup> Quam potestis P. Lentulo, qui vos in complexu liberorum conjugumque vestrarum trucidatos, incendio patriæ sepelire conatus est, mactare victimam gratiorem, quam si L. Flacci sanguine illius nefarium in nos omnes<sup>j</sup> odium saturaveritis? 96 Litemus<sup>k</sup> igitur Lentulo, parentemus<sup>l</sup> Cethego, revocemus ejectos:<sup>c</sup> nimiæ pietatis et summi amoris in patriam vicissim nos poenas, si ita placet, sufferamus: nos jam ab indicibus<sup>m</sup> nominamur; in nos crima finguntur; nobis pericula comparantur. Quæ si per alios agerent; si denique per populi nomen, civium imperitorum multitudinem concitassent; æquiore animo ferre possemus: illud vero ferri non potest, quod per senatores et per equites Romanos, qui hæc omnia pro salute omnium, communi consilio, una mente atque virtute<sup>s</sup> gesserunt, harum rerum auctores, duces, principes spoliari omnibus fortunis, atque civitate expelli posse arbitrantur. Etenim populi Romani<sup>6</sup> perspiciunt jam mentem et voluntatem: omnibus rebus, quibus potest, populus Romanus significat, quid sentiat: nulla varietas est inter ho-

<sup>c</sup> Exules.

\*\*\*\*\*

*nationem.* Paulus post est deest in eodem cod. probante Huldr.—3 Nonnulli codd. ap. Faern. *in omnes nos*; C H S σ χ *in omnes*, omissis *nos*; Victor. Manut. Junt. Naug. *in eos omnes*.—4 Litemur H χ. Mox, si ita Diis placet Naug. Manut. Junt. Faern. probante Camer. sed *Diis* non legitur in codd. Lambini, Barb. et edd. antiquiss. non jam H. autem jam T. *ab indicibus* C T.—5 Codd. Faerni, Barb. T. Venet. 1480. Junt. Lamb. Græv. Beck. Orell. ac *virtute*. Mox, *spoliati* σ. Pro atque civitate, quod exhibent nonnulli codd. Faerni, Barb. Venet. 1480. 1483. Grut. Græv. Verb., ac de civitate Crat. Naug. Camer. Oliv. Lall. ac civitate quidam codd. Oxon. atque e civitate codd. Faerni, Lamb. Orell.—6 Et omni populo Romano σ. Etenim si pop. R. ex uno cod. dedit Faern.

#### NOTÆ

<sup>i</sup> *Panæ per vos expetuntur*] Sperant damnatione Flacci fore ut Lentuli manes placentur. Id dicit, quia Flaccus prætor tunc ad portum Mulvium Allobrogos cum comitatu et literis deprehenderat. His convictus literis Lentulus poenas dedit.

<sup>k</sup> *Litemus*] Id est, placemus sacrificii manes Lentuli.

<sup>l</sup> *Parentemus*] ‘Parentare’ dicitur

de inferis. Illud autem non a ‘parente’ deducitur, sed a verbo ‘pareo,’ quod est obsequi aliorum voluntati: iis ergo parentamus, quibus placeere volumus.

<sup>m</sup> *Ab indicibus*] Indices sperant fore ut Flaccus condemnetur, a quibus omnes adjutores et auctores extinguendæ conjurationis vocabantur in judicium propter facta crimina.

mines opinionis, nulla voluntatis, nulla sermonis. 97. Quare, si quis illuc me vocat,<sup>7</sup> venio: populum Romanum disceptatorem<sup>n</sup> non modo non recuso, sed etiam deposco. Vis absit: ferrum ac lapides removeantur: operæ facescant,<sup>8</sup> servitia<sup>p</sup> sileant: nemo erit tam injustus, qui me audierit, sit modo liber<sup>q</sup> et civis, quin potius de præmiis meis, quam de poena cogitandum putet. XXXIX. O Dii immortales! quid hoc miserius? nos, qui P. Lentulo ferrum et flammarum de manibus extorsimus, imperitæ multitudinis judicio<sup>r</sup> confidimus: lectissimorum<sup>r</sup> civium et amplissimorum sententias pertimescimus. 98. M' Aquillium<sup>s</sup> patres nostri multis avaritiæ criminibus testomiisque convictum, quia cum fugitivis fortiter bellum<sup>t</sup> gesserat, judicio liberaverunt.<sup>d</sup> Consul ego nuper defendi C. Pisone; qui quia consul fortis constansque fuerat, incolunis est reipublicæ conservatus. Defendi item consul L. Murenam, consulem designatum: nemo illorum judicum, clarissimis viris<sup>u</sup> accusantibus, audiendum<sup>e</sup> sibi de ambitu

<sup>d</sup> Absolverunt.

<sup>e</sup> Obediendum.

\*\*\*\*\*

Etenim si perspiciunt eam mentem codd. Grut. et Franc. 1. eam delevit Faern. et si et eam delevit Lamb. Pro eam Ernesti cum Victorio dedit jam, contra codd. et edd. vett. Mox, homines opiniones H. omnes homines S.—7 Cod. et revocat.—8 Idem cod. operæ ea cessant. Mox, si modo liber Camer. et Oliv.

CAP. XXXIX. 1 Cod. et periculo.—2 Ita Lamb. et recentt. M. Aquilium

## NOTÆ

<sup>n</sup> Disceptatorem] Disceptator diciatur, qui judicis arbitrio munere fungitur.

<sup>o</sup> Operæ facescant] Operæ dicuntur homines ad opera facienda conducti.

<sup>p</sup> Servitia] Servi omnium vilissimi servitia dicebantur: cives seditionibus ad seditiones faciendas vulgo utebantur.

<sup>q</sup> Liber] Qui non servus, et pecunia conductus est, liberum vocat.

<sup>r</sup> Lectissimorum] Judices alloquitor, qui honorificum de Cicerone ju-

dicium ferre debent.

<sup>s</sup> M' Aquillium] Vir consularis Aquilius a M. Catone accusatus est, et ab Antonio defensus; cuius tunica concisam judicibus, et cicatrices adversas ostendit.

<sup>t</sup> Bellum] Aquilius consul in Sicilia bellum excitatum a servis confecit.

<sup>u</sup> Clarissimis viris] M. Cato, Sulpicius, et Postumius Murenam ambitus accusarunt: a Cicerone defensus, absolutus est.

putavit, cum, [p. 165.] bellum iam gerente Catilina, omnes, me auctore, duos consules Kalendis Jan.<sup>3 x</sup> scirent esse oportere. Innocens et bonus vir, et omnibus rebus ornatus, bis hoc anno,<sup>y</sup> me defendente, absolutus est, A. Thermus.<sup>4</sup> Quanta, reipublicæ causa, lætitia populi Romani, quanta gratulatio consecuta est!<sup>5</sup> Semper graves et sapientes judices<sup>6</sup> in rebus judicandis, quid utilitas civitatis, quid communis salus, quid reipublicæ tempora poscerent, cogitaverunt. 99. Cum tabella vobis dabitur,<sup>z</sup> judices, non de Flacco dabitur solum: dabitur<sup>7</sup> de ducibus auctoribusque conservandæ civitatis; dabitur de omnibus bonis civibus; dabitur de vobismet ipsis; dabitur de liberis vestris, de vita, de patria, de salute communi: non judicatis in hac causa de exteris nationibus,<sup>a</sup> non de sociis; de vobis ac vestra<sup>8</sup> republica judicatis. XL. 100. Quodsi provinciarum vos ratio magis movet, quam vestra; ego vero non modo non recuso, sed etiam postulo, ut provinciarum auctoritate moveamini. Etenim opponemus Asiae provinciæ primum mag-

---

Grut. et vulgg. ante Lamb. Mox, *avaritia terminibus C.*—3 Codex unus Oxon. et Græv. *Kalendis Januariis*; Oliv. Lall. *Kal. Januarii*.—4 C est. *Termus*; H S  $\tau$  *x* est *Thermus*.—5 Vett. codd. ap. Lamb. *quanta gratulatione conservatus est*; unde ille, *quanta reipublicæ lætitia, quanta populi Rom. gratulatione conservatus est*. Barb. et Venet. 1480. *conservata est*.—6 Cod. *x sapientes homines*. Mox, *reipublicæ quid x. quid deest in x.*—7 Verba solum: *dabitur desunt in x.* Mox, *civibus deleri volebat Faëru. probantibus Lamb. et Ernesti; uncis inclusit Orell. de omnibus bonis civibus Venet. 1183. Grut. Græv. de bonis civibus omnibus Barb. et Venet. 1480. civibus deest in codd. Lambini.*—8 Ita Venet. 1483. Grut. Græv. *et de restra Lamb. ac de vestra codd. Faërn, Barb. T, Venet. 1480. Jant. Faërn. Beck. Schutz. Orell.*

## NOTÆ

<sup>x</sup> *Kal. Jan.] Consules inibant magistratum Kal. Januariis.*

<sup>y</sup> *Hoc anno] Auno urbis conditæ 694. coss. Jul. Cæsare et Calp. Bibulo.*

<sup>z</sup> *Tabella vobis dabitur] Tres tabulae judicibus dabantur ab eo qui judicio præerat; una absolutionis, in qua litera A; altera condemnationis, in qua litera C; tertia ampliationis, in*

*qua duæ N L, id est, ‘non liquet,’ describebantur. Contendit autem si vocetur in judicium Flaccens, et damnetur, quod eadem calamitate omnes boni cives opprimendi sint.*

<sup>a</sup> *Exteris nationibus] Non de Græcis et Asianis nationibus agitur tantum in hoc judicio; sed de tota repub. quis enim tam defendere deinceps audebit?*

nam partem ejusdem provinciæ,<sup>1</sup> quæ pro hujus periculis legatos laudatoresque misit: deinde provinciam Galliam,<sup>b</sup> provinciam Ciliciam,<sup>c</sup> provinciam Hispaniam,<sup>d</sup> provinciam Cretam;<sup>e</sup> Græcis autem, Lydis,<sup>f</sup> et Phrygibus, et Mysis, obstant Massilienses, Rhodii,<sup>g</sup> Lacedæmonii, Athenienses, cuncta Achaia, Thessalia, Bœotia. Septimio et Cœlio,<sup>h</sup> testibus, P. Servilius et A. Metellus, hujus pudoris integritatisque testes repugnabunt. Asiaticæ jurisdictioni urbana jurisdictionis<sup>i</sup> respondebit: anni<sup>j</sup> temporis<sup>k</sup> criminationem omnis ætas L. Flacci et perpetua vita defendet.

101. Et, si prodesse L. Flacco, judices, debet,<sup>l</sup> quod se tribunum militum, quod quæstorem, quod legatum imperatoribus clarissimis, exercitibus ornatissimis, provinciis gravissimis, dignum suis majoribus præstitit; prosit, quod hic, vobis videntibus, in periculis communibus omnium vestrum,<sup>m</sup> sua pericula cum meis<sup>n</sup> conjunxit; prosint ho-

---

CAP. XL. 1 Codex unus Oxon. partem vestræ provinciæ. Mox, pro deinde C H S χ habent demum. Actutum, provincia Gallia σ. Cicilian χ. provinciam ante Hisp. omittunt C H S χ. ‘Græcis Lydis et Phr. et Mysis jungenda esse doceat Huldr.’ Orell.—2 Thodii χ.—3 Cælio suspectum fuit Camerario. Mox, pro A. Metell. quod habent codd. Victorii, Pall. Dresd. Guelph. duo Oxon. Grut. Græv. M. Metell. codd. aliquot, Venett. 1480. 1483. Junt. Q. Metellus Naug. Manut. Lamb. Garat. Beck. Orell. Schutz.—4 C anni.—5 C H S χ

## NOTÆ

<sup>b</sup> Galliam] In ea Galliæ parte, in qua sunt Allobroges, aut Massilia, miles et quæstor fuit.

<sup>c</sup> Ciliciam] In Cilicia tribunus militum fuit, Servilio imperatore.

<sup>d</sup> Hispaniam] Quæstor in Hispania fuit.

<sup>e</sup> Cretam] Legatus fuit in Creta.

<sup>f</sup> Græcis autem, Lydis, &c.] Græcis et Lydis, populis nullius auctoritatis, qui Flaccum accusabant, alios objicit, quorum fides et auctoritas plurimum valuit semper, ut jam dictum est.

<sup>g</sup> Septimio et Cælio] Septimio et Cælio testibus opponit P. Servilium,

qui imperator in Cilicia, et cui trib. militum fuit Flaccus; M. Metellum, cui legatus fuit idem in Achaia, Bœotia, et Thessalia.

<sup>h</sup> Urbana jurisdictionis] Prætor urbani fuit Flaccus temporibus Catilinariæ coniurationis; ubi tnm se virum probum et diligentem præbuit in munere exercendo.

<sup>i</sup> Annui temporis] Per annum Asiam provinciam administravit Flaccus; cui tempori totam illius ætam opponit.

<sup>k</sup> Sua pericula cum meis] In coniunctione Catilinæ extingnenda Ciceroni adjutor fuit.

nestissimorum municipiorum<sup>1</sup> coloniarumque<sup>m</sup> laudationes; prosit etiam senatus populique Romani præclara et vera laudatio. 102. O nox illa,<sup>n</sup> quæ pæne æternas huic urbi tenebras attulisti! cum Galli<sup>o</sup> ad bellum, Catilina ad urbem, conjurati ad ferrum et flammam<sup>7</sup> vocabantur; cum ego te, Flacce, cœlum noctemque contestans, flens flentem obtestabar; cum tuæ fidei optimæ et spectatissimæ, salutem urbis et civium commendabam. Tu, tum,<sup>8</sup> Flacce, prætor, communis exitii nuntios cepisti; tu inclusam in literis reipublicæ pestem<sup>p</sup> deprehendisti; tu periculorum indicia, tu salutis auxilia, ad me et ad senatum attulisti. Quæ tibi tum gratiæ sunt a me actæ! quæ ab senatu! quæ a bonis omnibus! Quis tibi, quis C. Pomtino,<sup>9</sup> fortissimo viro, quenquam bonum putaret unquam, non salutem, verum honorem ullum denegaturum? O Nonæ<sup>q</sup> illæ<sup>r</sup> Decembres, quæ, me consule, fuistis! quem ego diem vere natalem hujus urbis, aut certe salutarem appellare possum. XL.



*debent.—6 H nostrum.* Paulo post, *prosist etiam, &c.* C.—7 Dresd. Barb. T, Venet. 1480. *ferrum et ad flammam.* Mox, *obtestabor* σ. *contestabatur* Dresd. *optimæ expectutissima χ.*—8 *Tu tu II S, et omnes edd. ante Grut.* *Tu tamen* Barb. T, Grut. *Tu tum* Franc. I. Mox, *tu p. judicia* σ.—9 Lamb. Lall. Schutz, Orell. *Pomplino;* Beck, e Cal. II. 2. *Pomtino;* plerique codd. Oxon. et Barb. item Venet. 1480. Nang, Hervag. Manut. Grut. Græv. Oliv. *Pontino;* χ *Prontinio;* C *Tomptinio.*—10 Pronomen *illæ* d'est in T. *Decembribus* C. Mox, *salutare* χ.

## NOTÆ

<sup>1</sup> *Honestissimorum municipiorum*] Municipium fuit id genus hominum, qui cum Romanis venissent, neque cives erant Romani, participes tamen fuerunt omnium rerum ad munus præstandum una cum Romanis cibibus, præterquam de suffragio férendo, aut magistratu capiendo.

<sup>m</sup> *Coloniarum*] Coloniae fuerunt urbes occupatae a Romanis, quarum cibibus ager attribuebatur.

<sup>n</sup> *O nox illa*] De nocte loquitur qua oppressa fuit Catilinæ coniuratio.

<sup>o</sup> *Galli*] Allobroges solicitati sue-

rant a Catilina, et per eos detecta fuit coniuratio, cum ad pontem Mulvium a Flacco deprehensi sunt.

<sup>p</sup> *Inclusam in literis reip. pestem*] Flaccus et Pomtinus prætores ad pontem Mulvium legatos Allobrogum, cum literis et mandatis ad suos cives, et eodem itinere ad Catilinam missos, intercepserunt.

<sup>q</sup> *O Nonæ*] Nonis Decembribus conjurati literas suas et signa confessi, coniurationem in senatu, qui habitus est in aede Concordiæ, aperuerunt.

103. O nox illa, quam iste est dies consecutus,<sup>1</sup> fausta huic urbi! miserum me! metuo, ne funesta nobis. Qui tum animus L. Flacci!<sup>2</sup> (nihil dicam enim de me) qui amor in patriam! quæ virtus! quæ gravitas extitit! Sed quid ea<sup>3</sup> commemo-ro, quæ tuū, cum agebantur, uno consensu omnium, una voce populi Romani, uno orbis terræ testimonio, in cœlum laudibus efferebantur? nunc vereor, ne non modo non prosint, verum etiam aliquid obsint. Etenim multo acriorem im-proborum interdum memoriam esse sentio, quam bonorum. Ego te, si quid gravius acciderit, ego te, inquam,<sup>4</sup> Flacce, prodidero: mea dextera<sup>r</sup> illa, mea fides, mea promissa, [p. 166.] cum te, si rempublicam conservaremus, omnium bonorum præsidio, quoad viveres, non modo munitum, sed etiam ornatum fore pollicebar. Putavi, speravi, etiamsi<sup>s</sup> honos noster<sup>s</sup> vobis vilior fuisset, salutem certe caram fu-turam. 104. At,<sup>6</sup> L. Flaccum quidem, judices, si (quod Dii immortales omen avertant!) gravis injuria afflixerit; nunquam tamen prospexit vestræ saluti, consuluisse vo-bis, liberis, conjugibus, fortunis vestris, pœnitibit: semper ita sentiet, talem se animum et generis dignitati, et pietati suæ, et patriæ debuisse: vos ne pœniteat tali civi non pe-percisse, per Deos immortales! judices, providete.<sup>7</sup> Quotus enim quisque est, qui hanc in republica sectam<sup>8f</sup> sequatur? qui vobis, qui vestri similibus placere cupiat? qui optimi

<sup>f</sup> Vitæ genus.

CAP. XLI. 1 Venet. 1480. ista dies est consecuta. Mox, ne functa s.—2 Quid tum animus Flacci C. Mox, enim omittunt cold. aliquot, Faërn. Lamb. probante Huldr. extat in Barb. Tum, qui virtus cold. Victorii et quatuor Pall. qui jura ratus T.—3 Sed quid eam C. Paulo post, non modo possint x. Venet. 1480. Schutz. probante Garat.—4 Verb. inquam omittit T. pro prodidero, quod servant cold. Faërni, Gruteri, duo Oxon. Dresd. Franc. 2. Barb. cumi edd. Faërn. Lamb. Grut. seqq. perdidero habent C H S x, et edd. vett.—5 Putari, etiam si C.—6 Ac duo cold. Oxon. et Lamb. si (id quod, &c. H S T, Venet. 1483. Junt.—7 Verb. providete deest in s.—8 C H S hanc reipublicæ sec-

#### NOTE

<sup>r</sup> *Dextera*] Dextra fidei sacra est, cara populo Romi. siquidem et a Ci-ideoque in fide danda jungitur. cerone, et a Flacco prætore ipsi sa-

<sup>s</sup> *Honos noster*] Consulatus Cicce-lus parta est.

atque amplissimi cuiusque hominis atque ordinis auctoritatem magni putet; cum<sup>9</sup> illam viam sibi videant expeditorem ad honores, et ad omnia quæ concupiverunt? XLII. Sed cetera sint eorum: sibi habeant<sup>1</sup> potentiam, sibi honores, sibi ceterorum commodorum summas facultates: licet iis, qui haec salva esse voluerunt, ipsis esse salvis. 105. Nolite, judices, existimare, eos, quibus integrum est,<sup>2</sup> qui nondum ad honores accesserunt, non expectare hujus exitum<sup>3</sup> judicii. Si L. Flacco tantus amor in bonos omnes, tantum in rem publicam<sup>3</sup> studium, calamitati fuerit;<sup>4</sup> quem posthac tam amentem fore putatis, qui non illam viam vitae, quam ante præcipitem et lubricam<sup>5</sup> esse ducebat, huic planæ et stabili præponendam esse arbitretur? Quodsi talium civium vos, judices, tædet;<sup>4\*</sup> ostendite: mutabunt sententiam, qui poterunt: constituent, quid agant, quibus inte-

<sup>5</sup> Periculosam.

.....

tam. Mox, qui nobis C.—9 Barb. C H S  $\zeta$  x, et edd. ante Lamb. omittunt cum, quod e codd. suis Faern. Lamb. Grut. addiderunt. Pro rideant, quod servant codd. Faerni, duo Oxon. et Barb. vident H S  $\zeta$ , et edd. vett. videret x. Mox, et deest in  $\zeta$ .

CAP. XLII. 1 Codex unus Oxon. sed habebant. Actnum, potestatem duo codd. Oxon. Oliv. Lall. Mox, haec deest in x. prins esse deest in Barb. probante Garat. ipsi esse  $\zeta$ .—2 Cod. x exitus;  $\zeta$  exitium.—3 Stephani cod. in remp. C T in rep. Venet. 1483. R. P. Junt. Camer. Faern. al. ante Lamb. in republica. Deinde, esse arbitraretur C H S T x.—4 Verb. tædet deest in  $\zeta$ . Mox, qui potuerint plurimi codd. et edd. vett. etiam Venet. 1483. Faern. Lamb. Græv. Beck. Orell. qui potuerunt codex unus Oxon. et Junt. poterunt est ex emend. Ernesti. constituerunt  $\zeta$ . sin hoc anno idem cod. Panlo post, verba, quid s. H. h. m. p. v. ac l. v. s. j. hoc judicio, desunt in T. quid s. . . . . hoc jud. vivendi præcepta desunt in codd. Gruteri et in quibusdam edd. sentiatis. Præclara illa haec oratio quidem, si huic, huic, &c. exhibent Naug. Manut. Steph. Faeru. Lamb. 'Est unum ex ineptis illis Naugerii et pseudo-cod. H. Stephani supplementis, inde natum, quod codd. aliquot, velut Guelf. lacunæ indicium præbent.' Orell. 'Illud additamentum ineptum ignorant Franc. 1. 2. Barb. ed. pr. ap. Græv. Venet. 1480. 1483. et Hervag.

#### NOTÆ

<sup>1</sup> Quibus integrum est] Qui nec magistratum ullum gesserunt, nec petiverunt, expectant finem hujus de Flacco judicii.

<sup>2</sup> Calamitati fuerit] Si damnatus fuerit Flaccus, propter suum in rem-

pub. studium, nemo non anteponet viam dishonestam, et popularem, et quæ habet assentationem, honestæ viae et sincerae.

<sup>3</sup> Vos tædet] Ironia.

grum est: nos, qui jam progressi sumus, hunc exitum nostræ temeritatis feremus: sin hoc animo quam plurimos esse vultis, declarabis hoc judicio, quid sentiatis. 106. Huic, huic misero puer, vestro ac liberorum vestrorum supplici,<sup>5</sup> judices, hoc judicio vivendi præcepta dabitis: cui si patrem conservatis; qualis ipse debeat esse civis, præscribetis: sin eripitis; ostendetis, bonæ rationi,<sup>6</sup> et constanti, et gravi nullum a vobis fructum esse propositum. Qui vos<sup>6</sup> (quoniam est id ætatis, ut sensum jam percipere possit ex mœrore patrio, auxilium nondum patri ferre possit) orat, ne suum luctum<sup>y</sup> patris lacrymis, patris mœrorem suo fletu augeatis; qui etiam me intuetur, me vultu appellat, meam quodammodo flens fidem implorat, ac repetit<sup>7</sup> eam, quam ego patri suo quondam pro salute patriæ spöonderim, dignitatem. Miseremini familiæ,<sup>2</sup> judices, miseremini fortissimi patris, miseremini filii: nomen<sup>8</sup> clarissimum et fortissimum, vel generis, vel vetustatis, vel hominis causa, reipublicæ reservate.<sup>a</sup>

<sup>h</sup> Honestæ vitæ.

---

huic semel ponit C.' Beck.—5 Sulpici Franc. 2. et ed. pr. *judicio* deest in iisdem. Mox, *si eripitis* H S T. *ostenditis* C H T.—6 *Quid vos* H S. *Qui nos* s. Idem cod. *pro id ætatis* habet *iteratis*. Mox, *jam præcipere* χ. *ex more* s. *patris* C χ.—7 Sex codd. Oxon. *imploratam* *repetit*. Actuum, ea C χ.—8 *Pro nomen*, Pantag. legit *hominem*; *notum* habet Dresden. *cirem* maluit Manut.

NOTÆ

<sup>y</sup> *Ne suum luctum*] Aut Flacci puer hic lacrymatus est, aut lacrymantem fingit Cicero, ut ejus lacrymis moveat judices ad patrem Flaceum absolvendum.

<sup>z</sup> *Familiæ*] Valeria familia et no-

bilissima et antiquissima fuit, ut dictum est exordio.

<sup>a</sup> *Repub. reservate*] Qui condemnabantur, in exilium abibant, atque ita a repub. sublati videbantur.

M. TULLII CICERONIS  
P R O P. S U L L A '  
ORATIO XXV.

---

ARGUMENTUM.

D. Junio Silano et L. Murena coss. de conjuratione accusatus est a L. Torquato P. Sulla ex eo SCto, quod erat de conquirendis conjuratis factum. Quoniam autem bis conjuratum fuerat, ut supra in Argumento Catilinariarn ostendimus; Hortensius et Cicero ita inter se defensionem partiti sunt, ut ille a prima, hic autem ab altera conjuratione P. Sullam abfuisse ostenderet. Præmissa ergo responsione ad ea quæ in Ciceronem ipsum accusator dixerat, cum ejus inconstantiam, levitatem, et nimiam in judiciis potentiam in invidiam adducere vellet; sequitur ipsa defensio, refellens singula, quæ L. Torquatus confirmandi criminis causa dixerat; et tandem in religiosa Deorum obtestatione desinens, nihil sibi de P. Sullæ cum conjuratis societate compertum esse.

i. 1. [Ed. Ald. p. 167.] MAXIME vellem, judices, ut P. Sulla et antea<sup>a</sup> dignitatis suæ splendorem obtinere,<sup>a</sup><sup>z</sup> et, post calamitatem<sup>b</sup> acceptam, modestiæ fructum aliquem potuisset percipere: sed, quoniam ita tulit casus infestus,<sup>c</sup>

<sup>a</sup> Recuperare.

<sup>b</sup> Condemnationem.

<sup>c</sup> Adversa fortuna ita voluit.

---

1 C Silla: alii Sylla: MSS. et edd. pleræque Sulla. Vid. Nott. Varr. CAP. 1. 2 Obtineret C H T X, Dresd. Franc. 1. 2. Ms. Sylvii, et nonnullæ edd. vett. cum Græv. optineret Ven. 1480. Pro et ante verba post calam.

NOTÆ

<sup>a</sup> Antea] In honore erat Sulla, cum designatus est consul.

ut amplissimo honore,<sup>3 b</sup> cum communi ambitionis invidia,<sup>c</sup> tum singulari Autronii<sup>d</sup> odio everteretur; et in his pristinæ fortunæ reliquiis, miseris et afflictis, tamen haberet quosdam,<sup>f</sup> quorum animos<sup>g</sup> ne suppicio quidem suo satiare posset; quanquam ex hujus incommodis magnam animo molestiam capio, tamen in ceteris malis<sup>d</sup> facile patior oblatum mihi tempus, in quo boni viri lenitatem meam misericordiamque, notam omnibus quondam, nunc, quasi intermissam, agnoscerent; improbi<sup>g</sup> ac perdit<sup>h</sup> cives, redomiti atque victi, præcipitante<sup>e</sup> republica, vehementem me fuisse, atque fortem; conservata, mitem ac misericordem fatenterunt. 2. Et quoniam L. Torquatus, meus familiaris ac necessarius, judices, existimavit, si nostram in accusatione sua<sup>8</sup> necessitatem<sup>f h</sup> familiaritatemque violasset, aliquid se de auctoritate<sup>i</sup> meæ defensionis posse detrahere; cum hujus periculi propulsatione<sup>k</sup> conjungam defensionem<sup>l</sup> officii mei.

<sup>d</sup> *Inter cetera mala.*

<sup>e</sup> *Ruente.*

<sup>f</sup> *Necessitudinem.*

\*\*\*\*\*

Sylvius scribi maluit aut.—3 *Ampliss.* in honore MSS. et edd. ante Ern. qui e conjectura præpositionem delevit, et quem Beck. Schutz. secuti sunt. Pro cum C habet tum.—4 Antonii C σ χ: Atilonii T: Autronii S: Autroni<sup>2</sup> edd. vett. Vid. Nott. Varr.—5 Animi σ: ex animo χ.—6 σ incertis malis.—7 H impr. atque perd. Tum edomiti Vict. Lamb. et al. redemptique T: redempti

#### NOTÆ

<sup>b</sup> *Amplissimo honore]* Amplissimus honos dicitur consulatus, quia nulla hoc dignitas erat superior; id est, in consulatu: erat enim consul designatus, cum ambitus damnatns est.

<sup>c</sup> *Ambitionis invidia]* Facilius iis, qui magistratibus functi sunt, homines solent invidere, quam qui magistratus petunt: quia qui petunt, semper spem habent obtinendi; cum dejecti sunt a spe, iis invident qui ad eos pervenerunt.

<sup>d</sup> *Autronii]* Rejicit Sullanæ calamitatis causam in Autronium, quoniam designatus erat consul, qui multis propter improbitatem odio fuit.

<sup>e</sup> *Pristinæ fortuna]* Erat consul designatus.

<sup>f</sup> *Haberet quosdam]* Torquatnm designat, quem a nimia crudelitate adducit in odium apud judices, qui non contentus supplieo quo affectus est Sulla, cum consulatu privatus est, iterum vult eum accusare quasi coniurationis Catilinariæ participem.

<sup>g</sup> *Improbi]* Improbos ait, qui in coniuratione Catilinaria fuerunt.

<sup>h</sup> *Necessitatem]* Aulus Gellius lib. xiii. hanc vocem, ut novam insolentemque, notat in hac significatione.

<sup>i</sup> *Auctoritate]* Auctoritas est opinio concepta de virtute alienjs, quæ maxime valet in oratore ad persuadendum.

<sup>k</sup> *Hujus periculi propulsatione]* Propulsatione, id est, defensione Sullæ,

Quo quidem genere non uterer orationis, judices, hoc tempore, si mea solum interesset.<sup>9</sup> Multis enim mihi locis et data facultas est, et saepe <sup>10</sup> dabitur, de mea laude dicendi. Sed, ut<sup>11</sup> ille, judices, quantum de mea auctoritate deripuissest,<sup>12</sup> tantum se de hujus præsidiis<sup>m</sup> diminuturum putavit; sic hoc ego sentio, si mei facti rationem vobis, constantiamque hujus officii ac defensionis probavero;<sup>13</sup> causam quoque me P. Sulla probaturum. 3. Ac primum<sup>14</sup> abs te<sup>n</sup> illud, L. Torquate, quæro, cur me a ceteris clarissimis viris ac principibus<sup>15</sup> civitatis, in hoc officio atque in defensionis jure secernas. Quid enim est, quamobrem abs te Q. Hortensii<sup>16</sup> factum,<sup>o</sup> clarissimi viri atque ornatissimi civis, non reprehendatur, reprehendatur meum? Nam<sup>17</sup> si initum est consilium a P. Sulla inflammandæ civitatis, hujus extinguendi imperii,<sup>18</sup> delendæ urbis; mihi majorem hæ res dolorem, quam Q. Hortensio, mihi majus odium



C.—8 C in actione, omissis sua.—9 C intereret: ‘Num intererat?’ ait Beckins. In Pith. deest.—10 C semper.—11 H earet ut.—12 Alii diripiisset; et paulo post, diminuturum. Pro putavit, H, Franc. 1. Dresd. habent putat; Med. Crat. Hervag. Naug. Lamb. Steph. Manut. Oliv. Lall. speravit. In C S T & X, Franc. 2. Pith. Barb. novem Pall. edd. Rom. Wald. Ven. 1483. deest; et id omiserunt Grut. et Gray. In marg. Pal. 5. notatur, ‘scilicet, sensit:’ in marg. Pal. 8. ‘existimat.’ Pro sic in C sed; in H X si. Dein ego non est in H.—13 Al. probaro.—14 C H S At primum.—15 H tiris, a princ. In 5 X et edd. paucis deest hoc ante officio. Ante defensionis Manut. et Lamb. addunt hoc. Tum C secernis.—16 C et X Hortensi. Dein Pith. Dresd. Franc. 1. 2. Barb. duo MSS. Pariss. ed. Wald. cum Græv. et Lall. clariss. atque ornatiss. tiri, omissis civis. Ven. 1480. clariss. atque orn. viri cuius (pro civis). Garamon. conjicit legi etiam posse, clariss. civis atque orn. viri. In C desunt verba atque orn. civis.—17 Num Schntz. e conjectura.—18 Junct. et al. ita distin-

## NOTÆ

qui ex accusatione Torquati periclitatur.

<sup>1</sup> *Conjungam defusionem]* Significat se officium suum defensurum; quod a Torquato reprehenditur.

<sup>m</sup> *Hujus præsidiis]* Speravit Torquatus diminuendo Ciceronis auctoritatem, se quoque de Sulla defensione diminuturum.

<sup>n</sup> *Ac primum abs te]* Objectio fuit Torquati contra Ciceronem, quod

Sullam non debuerit defendere de coniuratione, cum ejus viindex extiterit: sed respondet Cicero id se debere, Hortensii aliorumque clarissimorum virorum exemplo.

<sup>o</sup> *Hortensii factum]* Non reprehenditur, quod Sullam defenderit, Hortensius; igitur neque Cicero reprehendendns est, si eum quoque defendat.

afferre debent?<sup>19</sup> meum denique gravius esse<sup>20</sup> judicium,<sup>p</sup>  
 qui adjuvandus in his causis, qui oppugnandus, qui defendendus, qui deserendus esse videatur? Ita, inquit.<sup>q</sup> Tu enim  
 investigasti, tu patefecisti conjurationem. II. 4. Quod cum  
 dicit, non attendit, eum,<sup>r</sup> qui pateficerit, hoc curasse, ut id  
 omnes viderent,<sup>s</sup> quod antea fuisset occultum. Quare<sup>t</sup>  
 ista conjuratio, si patefacta per me est, tam patet Horten-  
 sio, quam mili. Quem cum videoas, hoc honore, auctoritate,  
 virtute, consilio præditum, non dubitasse, quin innocentem  
 P. Sullam defenderet; quæro, cur, qui<sup>u</sup> aditus ad causam  
 Hortensio patuerit, mihi interclusus esse debuerit. Quæro  
 illud etiam, si me, qui defendo, reprehendendum putas esse,  
 quid tandem de his existimes<sup>v</sup> summis viris et clarissimis  
 civibus, quorum studio et dignitate celebrari<sup>w</sup> hoc judicium,  
 ornari causam, defendi hujus innocentiam vides?<sup>x</sup> Non  
 enim una est ratio<sup>y</sup> defensionis ea, quæ posita est in ora-

gnunt, *inf. civ. hujus, exting. imp.*—19 Crat. Cam. Vict. Mannt. *hæc res . . . debet.*—20 Schntz. auctoritate C H  $\varsigma$ , Dresd. edidit est. Mox, in C adjuran-  
 dis. Panlo post, a Pith. absunt verba qui deserendus.

CAP. II. 1 Pro eum in C ut.—2 Post Quare  $\chi$  addit si. Tum, pro tam C  
 habet *causa*: et pro patet Ms. Vict. et ed. Lngd. paret, proh. Gulielm.—3 H  
 caret qui. Mox, in  $\varsigma$  Hortensiī.—4  $\chi$ , Ven. 1483. Crat. Cam. Lamb. *existimes de his*.—5 Cel. *hoc judicium et ornari, causam defendi hujus innocentis vides* edd.  
 ante Grut. et sic MSS. plerique, nisi quod cmm edd. nonnullis et ante ornari  
 omittunt. Cel. *hoc judicio ornari, causam defendi hujus innocentis vides* Franc.  
*Judicio legitnr etiam in C T  $\varsigma$ .* Tum H *defendendi*; et C H S T  $\varsigma$   $\chi$  *innocentis*.  
*Pro vides*  $\varsigma$  *judices.*—6  $\varsigma$  *oratio.* Mox, *ea non est in C, nec est in  $\varsigma$ .*—

## NOTÆ

<sup>p</sup> *Meum denique gravius esse judicium]* Pergit quærere Cicero an de-  
 beat prævidere, et gravius et dilige-  
 ntius expendere, qui sibi sit de-  
 fendens rēns, quam Hortensius.

<sup>q</sup> *Ita, inquit]* Occupationem affer-  
 Torquati, qui respondet Ciceroni,  
 quod etiamsi alii licet defendere,  
 illos tamen illi non licet, quorum pa-  
 tefecit conjurationem.

<sup>r</sup> *Ut id omnes viderent]* Fatetur  
 quidem Cicero patefecisse conjura-  
 tionem, quam patefactam cognovit  
 Hortensius, a quo tamen Sulla de-

fensus est, quem etiam pari jure de-  
 fendere potest.

<sup>s</sup> *Celebrari]* Multi frequentes ad-  
 erant, qui non venerant patroni, ut  
 causam agerent; sed advocati, ut  
 sublevarent reum sua præsentia et  
 auctoritate.

<sup>t</sup> *Non enim una est ratio]* Docet  
 quod non tantum orator defendit,  
 sed etiam ali qui adsunt in iudicio;  
 qui quamvis taceant, tamen sua au-  
 toritate videntur aliquem tueri: ad-  
 erant enim patrocinii causa, et ut  
 reo præsentia sua faverent.

tione: omnes, qui adsunt, qui laborant, qui salvum volunt, pro sua parte<sup>u</sup> atque auctoritate defendunt. 5. An vero, in quibus subselliis<sup>x</sup> hæc ornamenta ac<sup>7</sup> lumina<sup>g</sup> reipublicæ videre, in his me apparere nolle, quorum ego opera<sup>8</sup> illum in locum<sup>y</sup> atque in hanc celsissimam sedem dignitatis atque honoris, multis meis ac magnis<sup>9</sup> laboribus et periculis, ascendisse? [p. 168.] Atque, ut intelligas, Torquate, quem accuses, si te id offendit, quod ego, qui hoc genere<sup>10</sup> quæstionis<sup>z</sup> defenderim neminem, non desim P. Sullæ;<sup>h</sup> recordare de ceteris, quos adesse huic vides; intelliges, et de hoc, et de ceteris judicium meum et horum par atque unum fuisse. 6. Quis nostrum affuit Vargunteio?<sup>11a</sup> nemo: ne hic quidem Q. Hortensius, præsertim qui illum solus antea de ambitu defendisset. Non enim jam se ullo officio cum illo conjunctum arbitrabatur, cum ille,<sup>12</sup> tanto scelere commisso, omnium officiorum societatem diremisset. Quis

*¶ Hos viros clarissimos.*

*h Defendam Sullam.*

\*\*\*\*\*

<sup>7</sup> Pro ac in Barb. et Ven. 1480, hæc, prob. Garaton.—<sup>8</sup> Quorum ego ope Ms. Lamb. ope quorum ego Franc. 2. ed. 1472. et Ven. 1480. prob. Garaton. quorum ego auxilio H et Franc. I. quorum ego auxilio et ope Junt. In C S T & X, Pith. Barb. (ubi tamen margini ascriptum auxilio) Ven. 1483. deest voc. opera, et hoc delevit Orell. Ceteri ut Ern. Paulio post, T hanc clarissimam sedem, omissa præpositione. Pio hanc Ern. malnit illam.—<sup>9</sup> In H et T de- sunt verba ac magnis. Dein, & ascendisse.—<sup>10</sup> X pro hoc gen.—<sup>11</sup> X Vargun-

## NOTÆ

<sup>u</sup> *Pro sua parte]* Etiamsi non dicant, taciti tamen auctoritate sua tuentur.

<sup>x</sup> *Subsellis]* Subsellia sunt minornm magistratum sedes; quare eredidem apud centumviros hanc causam actam esse, qui non magistratus, sed judices erant: quibus vero de causis egerint, vide Cic. de Orat. l. i.

<sup>y</sup> *Illum in locum]* Intelligit consuarem dignitatem, qua nulla major extitit in repnb. Rom. et ad quam tum beneficio tot elarorum virorum,

tum suis laboribus pervenit.

<sup>z</sup> *Hoc genere quæstionis]* In hac quæstione agebatur de majestate, cuius lœsæ vindex fuit, cum conjuratos tam acriter persecutus est.

<sup>a</sup> *Vargunteio]* Hic una cum Cornelio procriptionem in se receperat Ciceronem interficiendi. Vide Orat. in Catil. Hac de causa nemo ei periclitanti affuit; ne quidem Hortensius, licet clientes nunquam deserentur a patronis suis sine summa infamia. Vide Gell. lib. v.

nostrum Ser. Sullam? <sup>b</sup> quis P. Lentulum? <sup>13 c</sup> quis M. Leccam? quis Cornelium defendendum putavit? quis his horum<sup>14</sup> affuit? nemo. Quid ita? quia ceteris in causis, etiam nocentes, viri boni, si necessarii sunt, non<sup>15</sup> defendendos esse non putant: in hoc crimine non solum levitatis est culpa, verum etiam quedam contagio sceleris,<sup>d</sup> si defendas eum,<sup>16</sup> quem obstrictum esse patriæ<sup>e</sup> parricidio suspicere. 7. Quid Autronio?<sup>f</sup> nonne sodales,<sup>g</sup> non collegæ sui, non veteres amici, quorum ille copia quondam abundarat, non hi omnes,<sup>17</sup> qui sunt in republica principes,

---

*teo: C. Organteo, superscr. Vergunteeo.—12 C illo.—13 ‘Deest nomen Lentulum in MSS. Pall. Vict. Grut. Busbeq. Franc. 2. Dresd. Pitt. Barb. σ χ; (in quibus aut quis P. aut quis Publum legitur;) est tamen in Franc. 1. et in quinque Oxoni. MSS. ut videtur: atque inde a Naug. addiderunt omnes præter Grut. Verburg. et Lallem. (qui tamen de Paris. MSS. nihil monuit, sed tantum inepite legi Qu. P. Lentulum decrevit.)’ Beck. ‘Quis P. \* \*] Sic, sed sine defectus signo, MSS. plerique, Ven. 1483. Crat. Grut. Si integra esset lectio, cum Garaton, cogitandum est de alio P. Sulla, a nostro diverso: sed id satis refutatur a Sallust. Catil. 17. ubi lectio Servii filii satis certa est, etsi Wolff. alteram Servii filius præfert. Statuendum est igitur vel verum h. l. nomen excidisse, vel, quod probabilius nihil videtur, legendum esse Ser. Sullam, hijus P. fratrem.’ Orell. Mox M. Læcam Franc. 2. ed. Manut. Schutz. et Orell. proh. Grævio. Beck. tacite dedit Leccam sine prænomine. Tum C. Cornelium Lamb. Manut. et Orell.—14 Ern. conjectit quis his nostrum; et Huldric. quis iis horum.—15 Non ante defendendos abest a Barb. C T, Pall. plurimis: deest etiam in Franc. 2. ed. pr. Ven. 1480. qui etiam omittunt negativam particulam ante putant. Gruter. e Pal. 9. edidit deserendos esse non putant, eumque Græv. Oliv. Lall. secuti sunt.—16 H quæd. cont. est scel. et C si defendendas eum esse. Mox, pro esse, quod in χ deest, C legit se. Tum vocem parricidio omittunt MSS. nonnulli et edd. ante Grut. qui eam inseruit auctoritate Ms. Erf. et Pal. 9. eamque agnoscunt C H T χ ψ. In edd. nonnullis vett. legitur quem obstrictum patrique. In H deest suspicere, spatio relicto: T habet suspiceretur. Paulo post, Antronio S et σ: Antonio C χ. Deinde non sodales Lamb. et nonne sodales Steph.—17 σ nonne his omnes.*

## NOTÆ

<sup>b</sup> *Ser. Sullam]* Servius Sulla frater hujus P. Sulla fuit; uterque inter conjuratos a Sallustio enumeratur.

<sup>c</sup> *P. Lentulum]* Lentulus una cum Catilina princeps erat conjuratinis.

<sup>d</sup> *Quædam contagio sceleris]* Qui alium coniurationis defendit, facile in ejusdem coniurationis suspicionem venit.

<sup>e</sup> *Obstrictum esse patriæ [parricidio] suspicere]* Id est, scelere obstrictum in patriam.

<sup>f</sup> *Quid Autronio?* Autronius eodem, quo ceteri, nomine, desertus est. Fuit ille questor cum Cicero, et sex aliis collegis, a quibus destitutus est, ubi compertum fuit coniurasse.

<sup>g</sup> *Sodales]* Sodales dicuntur, qui ejusdem collegi sunt.

defuerunt? immo etiam testimonio plerique læserunt?<sup>18 b</sup> Statuerant, tantum illud esse maleficium, quod non modo non<sup>19</sup> occultari per se, sed etiam aperiri illustrarique debet. 111. Quamobrem quid est, quod mirere, si cum iisdem<sup>20</sup> me in hac causa vides adesse, cum quibus in ceteris intelligis abfuisse?<sup>1</sup> nisi vero me unum vis ferum, præter ceteros, me asperum, me inhumanum existimari, me singulari immanitate et crudelitate præditum. 8. Hanc mihi tu<sup>2</sup> si, propter res meas gestas, imponis in omni vita mea personam, Torquate, vehementer erras. Me natura misericordem, patria severum, crudelem nec patria nec natura, esse voluit. Denique istam ipsam personam vehementem et acrem, quam mihi tum<sup>3</sup> tempus et respublica imposuit, jam voluntas et natura ipsa detraxit. Illa enim ad breve tempus severitatem postulavit; haec in omni vita misericordiam lenitatemque desiderat. 9. Quare nihil est, quod ex tanto comitatu virorum amplissimorum me unum abstrahas.<sup>4</sup> Simplex officium<sup>5</sup> atque una est bonorum omnium<sup>6</sup> causa. Nihil erit, quod admirere posthac, si in ea parte, in qua hos animadverteris, me videbis. Nulla est enim in republica causa mea propria:<sup>k</sup> tempus agendi fuit magis mihi proprium,<sup>6</sup> quam ceteris: doloris vero, et timoris, et periculi fuit illa causa communis: neque enim princeps tunc ad salutem esse potuissem,<sup>7</sup> si esse alii comites

—18 c leixerunt. Dein C Statuerunt tamen illud.—19 In Pal. 9. deest non ante occultari, probantibus Grntero et Wolfso. Pro per se in C legitur posse.

CAP. III. 20 C quod mircre hisdem. Ante cum quibus idem Ms. addit cum.—1 c et edd. vett. paucæ affuisse. Dein C Nisi verum. Paulo post, a Pith. absunt verba me asperum.—2 C tum.—3 C cum: Pith. tu.—4 H distrahas.—5 Edd. pleræque ante Lamb. omnium bonorum. Tum, C T et Dresd. Nihil est. Pro admirere C admirer; H S c x, Dresd. Ven. 1483. mircre. Paulo post, C si mea parte.—6 C agendum fuit, et Pith. magis improprium.—7 Lamb.

## NOTÆ

<sup>b</sup> Testimonio læserunt] Dicuntur lædere testimonio, qui testimonium dicunt contra aliquem.

<sup>i</sup> Simplex officium] Simplex officium est quod ab omnibus observatur: nemo vero bonus civis aliquem e con-

juratis defendit.

<sup>k</sup> Causa mea propria] Conjuratio Catilinae pertinuit ad totam rem publ. non ad Ciceronem solum: quia vero erat consul, illius muneris fuit illam investigare.

noluissent. Quare necesse est, quod mihi consuli præcipuum fuit praeter alios, id iam privato cum ceteris esse commune. Neque ego hoc partiendæ invidiæ,<sup>1</sup> sed communicandæ laudis causa loquor. Oneris<sup>8</sup> mei partem nemini impertio, gloriæ bonis omnibus. 10. In Autronium<sup>9m</sup> testimonium dixisti, inquit: Sullam defendis. Hoc totum ejusmodi<sup>10</sup> est, judices, ut, si ego sim inconstans ac levis, nec testimonio fidem tribui convenerit,<sup>11</sup> nec defensioni auctoritatem. Sin est in me ratio reipublicæ, religio privati officii, studium retinendæ voluntatis bonorum; nihil minus accusator<sup>12</sup> debet dicere, quam a me defendi Sullam, testimonio<sup>13</sup> læsum esse Autronium. Videor enim non solum studium ad defendendas causas,<sup>14</sup> verum opinionis aliquid et auctoritatis afferre; qua et moderate ego<sup>15</sup> utar, judices, et omnino non uterer, si ille me non coëgisset. 11. Duæ conjurationes abs te, Torquate, constitutuntur; una, quæ Lepido et Volcatio<sup>16</sup> consulibus, patre

\*\*\*\*\*

conjecit ad salutem aliis esse pot. Mox in C et χ voluissent. Tum ζ consului.—8 C Honoris. Mox impertior H: impertior Barb. impertio alii.—9 Jam Autronium C: In Autronium ξ: Jam in Autronium Dresd. Pro dixisti χ dixi. Postea Pith. defendas.—10 H hujusmodi. Pro est in C esse; et pro sim in eodem sum.—11 C convenit.—12 ξ accusatio.—13 C testimonium. In Dresden testimonio esse læsum Autr.—14 Dresden. ad offendendas causas: C ad offendendas eas.—15 In C deest ego.

CAP. IV. 16 C χ Voltatio: ξ Volcatio consule. In edd. nonnullis ante Lamb. fuit et L. Tullo coss. quod retinuit Lamb. etsi in ejus quoque Ms. erat Volcatio: quod in novem Pall. Vict. Grut. Barb. omnibus a Grævio inspectis,

#### NOTE

<sup>1</sup> Partiendæ invidiæ] Occupationem affert ex dissimili: nam quis posset Ciceroni objicere, quod non tam cum aliis laudem, quam invidiæ partem communicaret. Non ita esse, sed totam hanc conjurationem sustinuisse ait, ut cum aliis laudem suam impertiret. Et certe licet ubique hanc a se extinctæ conjurationis gloriam prædicet, semper tamen ejus laudis participes facit prætores Planum, Pomtinum, Flacennum, equites, plebem, ipsumque suum collegam

Antonium, licet ejusdem affinis et suspectus haberetur.

<sup>9m</sup> In Autronium] Objiciebatur contra Ciceroneum, absurdum esse accusare Autronium, et Sullam defendere. Sed rejicit hanc objectionem, nam aut levis fuit aut constans M. Tullius: si levis, ei fides non est habenda; si constans, ei credendum: at non est levis qui sequitur religionem, &c. Ergo ejus valere debet auctoritas, cum Sullam defendit, et accusat Autronium.

tuo consule designato, facta esse dicitur; altera, quæ me consule. [p. 169.] Harum in utraque Sullam dices fuisse. Patris tui,<sup>n</sup> fortissimi viri atque optimi consulis, scis, me consiliis non interfuisse: scis, me, cum mihi summus tecum usus esset, tamen illorum expertem<sup>17</sup> temporum et sermonum fuisse; credo, quod nondum penitus in republica versabar,<sup>18</sup> quod nondum ad propositum mihi finem honoris<sup>p</sup> perveneram, quod mea<sup>19</sup> me ambitio<sup>i</sup> et forensis labor<sup>q</sup> ab omni illa cogitatione abstrahebat.<sup>20</sup> 12. Quis ergo intererat vestris consiliis? omnes hi,<sup>r</sup> quos vides huic adesse, et in primis Q. Hortensius;<sup>r</sup> qui cum propter honorem ac dignitatem,<sup>s</sup> atque animum eximium in rempublicam,<sup>z</sup> tum propter summam familiaritatem, summumque amorem in patrem tuum, tum communibus,<sup>3</sup> tum præcipuis patris tui periculis commovebatur. Ergo istius conjurationis crimen defensum ab eo est, qui interfuit, qui cognovit, qui participes et consilii vestri fuit, et timoris; cuius in hoc crimine

<sup>i</sup> *Petitio consulatus.*

Bush. aliisque et edd. pr., recte reddiderunt textis Gruterus, Grævius (nisi quod hic perpetuam et contra codd. reliquit prænomen L. Volcatio), et deinceps omnes.<sup>t</sup> Beck. *Vetus patre tuo in x desunt.* —17 C tum illorum me exp. —18 H versabatur. —19 A Pal. 9. abest *mea*, probantibus Grutero et Garamtono. In C H S T *z x*, Barb. Dresd. Franc. 1. 2. MSS. ap. Grut. atque Ven. 1480. 1483. deest *mea*. —20 *Extrahebat C: abstrahebatur* Dresd. *Tum Quis igitur T, Ven. 1480. Junt. Qui ergo intererant H, Dresd. Barb.* Porro *x nostris cons.* —1 In C deest *hi*. Dein *videtis H.* —2 C T in rep. Pro summam Pith. habet *suan*, et *z sententiam*. Pro *familiaritatem in x auctoritatem*; et pro *amorem in C z x*, Dresd. *honorem.* —3 C *cum comum*. et mox *commonebatur.*

#### NOTÆ

<sup>n</sup> *Patris tui*] Torquatus, pater hujus Torquati, qui Sullam accusat, inquisivit de prima conjuratione, quia consul erat.

<sup>o</sup> *In repub. versabar*] Quamvis Lepido et Tilio coss. prætor esset Cicero, nondum tamen intererat maximis reipub. negotiis.

<sup>p</sup> *Propositum finem honoris*] Consulatum indicat, quem ætatis suæ anno quadragesimo quarto obtinuit: qui omnium maximus et ultimus honor fuit, ad quem per quæsturam, ædili-

tatem, et prætoriam perveniebant.

<sup>q</sup> *Forensis labor*] Intelligit defensionum labores, quos pro amicis, et bene de repub. meritis civibus insunxit.

<sup>r</sup> *Q. Hortensius*] Hortensius orator illis temporibus celeberrimus fuit, quem ubique Cicero, et præsertim in dialogo de Claris Oratoribus, summis extollit laudibus.

<sup>s</sup> *Honorem ac dignitatem*] Consul fuit Hortensius.

propulsando cum esset copiosissima atque ornatissima oratio, tamen non minus inerat<sup>4</sup> auctoritatis in ea, quam facultatis. Illius igitur conjurationis, quæ facta contra vos, delata ad vos,<sup>5</sup> a vobis prolata esse dicitur, ego testis esse non potui. Non modo enim<sup>6</sup> nihil comperi,<sup>t</sup> sed vix ad aures meas istius suspicionis fama pervenit. 13. Qui vobiscum<sup>7</sup> in consilio fuerunt, qui vobiscum illa cognorunt, quibus ipsis periculum tum<sup>8</sup> conflari<sup>u</sup> putabatur, qui Autronio non affuerunt, qui in illum testimonia gravia dixerunt, hunc defendunt, huic adsunt, in hujus periculo<sup>9</sup> declarant, se non criminis conjurationis, ne adessent ceteris, sed hominum maleficio, deterritos esse.<sup>10</sup> Mei consulatus autem tempus, et crimen maximæ<sup>11</sup> conjurationis a me defendetur. Atque inter nos partitio<sup>12</sup><sup>x</sup> non est fortuito,<sup>k</sup> judices, nec temere facta: sed, cum videremus, eorum criminum nos patronos adhiberi, quorum testes esse possemus, uterque nostrum id sibi suscipiendum putavit, de quo aliquid scire ipse<sup>13</sup> atque existimare potuisset. v. 14. Et, quoniam de criminibus superioris conjurationis Hortensium diligenter audistis, de hac conjugatione, quæ, me consule, facta est, hoc primum attendite.

Multa, cum essem consul, de summis reipublicæ periculis<sup>14</sup> audivi, multa quæsivi, multa cognovi. Nullus un-

<sup>k</sup> Casu.



—4 C erat.—5 χ delata a vobis.—6 Pro enim in Ms. Ambrosian. ap. Ang. Maium animo; et mox in eodem legitur, sed ad aures . . . non perrenit. Ante nihil χ addit non.—7 Qui nobis T: Qui vobis C H S σ χ, Barb. Ven. 1480. 1483. Steph. Lamb. Beck. et Orell. Qui vobiscum ceteri. Mox, T nobiscum.—8 In C deest tum.—9 Pith. in hoc peric.—10 C sed homines mul. teterrimos esse.—11 Junt. Hervag. maxime. Orell. conjectit proximæ. In σ deest.—12 χ peritio.—13 Lamb. et Grut. ipse omittunt.

#### NOTÆ

<sup>t</sup> Nihil comperi] Liceat illis temporibus prætor esset Cicero, nihil tamen comperit de Sulla.


<sup>u</sup> Periculum conflari] Torquatum et Cottam consules, Catilina et Antro- nius, cum Pisone aliisque, interficiere statuerant, cum iniirent magis-

tratum.

<sup>x</sup> Inter nos partitio] Reddit rationem quare hanc defensionem Sullæ cum Hortensio partitus sit; quia videlicet prima Catilinæ conjuratio consule Hortensio, secunda Cicerone facta est.

quam de Sulla nuntius<sup>y</sup> ad me, nullum indicium, nullæ literæ<sup>z</sup> pervenerunt, nulla suspicio. Multum hæc vox fortasse deberet valere ejus hominis, qui consul insidias reipublicæ consilio investigasset, veritate aperuisset, magnitudine animi vindicasset,<sup>16</sup> cum ipse nihil<sup>17</sup> audisse de P. Sulla, nihil suspicatum esse, diceret. Sed ego nondum utor hac voce ad hunc defendendum:<sup>18</sup> ad purgandum mo potius utor; ut mirari Torquatus desinat, me, qui Autronio absuerim,<sup>19</sup> Sullam defendere. 15. Quæ enim Autronii fuit causa? quæ Sullæ est? ille ambitus judicium tollere<sup>l</sup> ac disturbare primum conflato voluit gladiatorum ac fugitivorum tumultu;<sup>z</sup> deinde, id quod vidimus omnes, lapidatione<sup>a</sup> atque concursu. Sulla, si sibi<sup>20</sup> snus pudor ac dignitas non prodesset,<sup>b</sup> nullum auxilium requisivit. Ille damnatus<sup>c</sup> ita se gerebat, non solum consiliis et sermonibus, verum etiam aspectu atque vultu, ut inimicus esse amplissimis ordinibus, infestus bonis omnibus, hostis patriæ videretur: hic se ita fractum illa calamitate atque afflictum putavit, ut nihil sibi<sup>l</sup> ex pristina dignitate superesse arbitraretur, nisi quod modestia retinuisset. 16. Hac vero in conjuratione, quid tam conjunctum, quam ille<sup>2d</sup>

<sup>l</sup> Rescindere.



CAP. V. 14 Lamb. *de summae reipubl. peric.*—15 Verba nullæ literæ in x de-sunt. Mox, Ms. Henr. Stephani nulla denique susp.—16 C veritatem ap., magnitudinem an. vind. Pro vindicasset & judicasset; Pith. indicasset. Post audisse Lamb. addit se.—17 Pro nihil H habet rel; et pro esse Ven. 1483. Junt. fuisse.—18 C ad ipsum def.—19 H affuerim.—20 Ms. Henr. Steph. quam sibi. Mox, pro auxilium in C consilium.—1 & sibi omittit.—2 In eodem Ms. deest

## NOTÆ

<sup>y</sup> Nullus unquam nuntius] Sæpissime, et hic præsertim, ‘nuntius’ pro re nuntiata ponitur.

<sup>z</sup> Tumultu] Autronius, collecta fugitivorum et gladiatorum multitudine ad vim faciendam, disturbare voluit iudicium cum ambitus accusaretur.

<sup>a</sup> Lapidatione] Lapidatione, id est, jactis lapidibus. Aliquando etiam lapidatio sumitur pro hominibus la-

pitatione imperfectis.

<sup>b</sup> Non prodes sel] Sulla nihil molitus est, enī vidit nihil modestiam et dignitatem sibi prodesse. Confert Autronium cum Sulla, a dissimili agendi ratione.

<sup>c</sup> Ille damnatus] Autronius, post damnationem, inimicus fuit senatus et equestri ordini.

<sup>d</sup> Quam ille] Autronius scelerato-

cum Catilina, cum Lentulo? Quæ tanta societas ullis<sup>3</sup> inter se rerum optimarum, quanta ei cum illis sceleris, libidinis, audaciæ? [p. 170.] quod flagitium Lentulus non cum Autronio concepit? quod sine eodem<sup>4</sup> illo Catilina facinus admisit? cum interim Sulla cum eisdem illis<sup>5</sup> non modo noctem solitudinemque<sup>6</sup> non quæreret, sed ne mediocri quidem sermone et congressu conjungeretur. 17. Illum Allobroges,<sup>f</sup> maximarum rerum verissimi indices,<sup>6</sup> illum multorum literæ<sup>g</sup> ac nuntii coarguerunt: Sullam interea nemo insimulavit, nemo nominavit. Postremo, ejecto,<sup>7</sup> sive emisso jam ex urbe Catilina, ille arma misit, cornua,<sup>h</sup> tubas, falces,<sup>8</sup> signa, legiones; ille relictus intus,<sup>k</sup> expectatus foris, Lentuli poena compressus, convertit se aliquando ad timorem, nunquam ad sanitatem: hic contra ita quievit,<sup>10</sup> ut eo tempore omni Neapoli fuerit,<sup>l</sup> ubi neque homines fuisse putantur hujus affines suspicionis; et locus est<sup>11</sup> ipse non tam ad inflammandos calamitosorum animos,<sup>12</sup> quam ad consolandos accommodatus. vi. Propter

---

ille.—3 χ illis.—4 In H non legitur eodem.—5 Pro illis in C vel; et pro modo in Car. Steph. solum. Tum η solicitudinemque.—6 η χ judices.—7 η erecto.—8 Pro tubas Franc. 1. tabulas: pro falces η et Pal. 9. fusces; al. faces, teste Grævio. Dein pro verbis signa, legiones, quæ Orell. ut corrupta notavit, Schutz. e conjectura Augustini recepit signa legionis. Wolff. censem legiones delend. —9 H ad salutem.—10 Idem quietus.—11 χ esse.—12 η animorum, et mox H η χ consolationem.

## NOTÆ

rum socius fuit, et Catilinæ, et Lentuli, qui principes erant coniurationis ultimæ.

<sup>e</sup> *Noctem solitudinemque*] Per noctem consilia de coniuratione ab iis agitabantur.

<sup>f</sup> *Allobroges*] De Allobrogibus dictum in orat. contra Catil. a quibus coniurationis indicibus nominatus est Autronius.

<sup>g</sup> *Literæ*] Q. Catuli epistolam intelligit, quæ lecta est in senatu, tanquam a Catilina missa: de qua in Orat. iii. in Catil.

<sup>h</sup> *Cornua*] Cornua genera sunt in-

barum obtorta ex aere, sed primum ex cornibus, a quibus sumta est denominatio. Vide Varr. Ling. Lat. l. iv.

<sup>i</sup> *Falces*] Vegetins lib. iv. dicit falcem esse trabem, quæ adunc ferro præfigitur, ut de muro lapides extrahantur.

<sup>k</sup> *Relictus intus*] Autronius Romæ relicitus est, ubi non mediocri metu percussus fuit propter supplicium quo Lentulus affectus est in carcere.

<sup>l</sup> *Neapoli fuerit*] Ubi pacati et tranquilli cives vivunt. Neapolim Sulla profectus est.

hanc igitur tantam dissimilitudinem hominum atque canarum, dissimilem me in utroque præbui. 18. Veniebat euim ad me, et saepe veniebat, Autronius, multis cum lacrymis,<sup>13</sup> supplex, ut se defenderem; et se meum condiscipulum in pueritia, familiarem in adolescentia, collegam in quæstura commemorabat fuisse: multa mea<sup>14</sup> in se, nonnulla etiam sua in me proferebat officia. Quibus ego rebus, judices, ita flectebar animo atque frangebar, ut etiam ex memoria, quas mihi ipsi fecerat<sup>15</sup> insidias, deponerem; ut jam immissum esse ab eo C. Cornelium, qui me in sedibus meis,<sup>16</sup> in conspectu uxoris meæ ac liberorum meorum trucidaret,<sup>17</sup> obliviscerer. Quæ si de uno me cogitasset; qua mollitia<sup>m</sup> sum animi ac lenitate, nunquam, mehercule, illius lacrymis ac precibus restitissem. 19. Sed, cum mihi patriæ,<sup>n</sup> cum vestrorum periculorum, cum hujus urbis, cum illorum delubrorum<sup>o</sup> atque templorum, cum puerorum infantium,<sup>p</sup> cum matronarum ac virginum veniebat in mentem; et cum illæ infestæ ac funestæ faces,<sup>18</sup> universumque totius urbis incendium, cum tela, cum cædes, cum civium crux, cum<sup>19</sup> cinis patriæ versari ante oculos, atque animum<sup>20</sup> memoria refricare cœperat; tum denique ei resistebam, neque solum illi hosti<sup>r</sup> ac parricidæ, sed his etiam propinquis illius, Marcellis,<sup>q</sup> patri et filio, quorum alter

<sup>m</sup> In domo mea.



CAP. VI. 13 Pro lacrymis in C literis.—14 χ me. Tum pro etiam H habet et. Porro in eodem Ms. proferebantur.—15 Quas ipse mihi fec. Ven. 1480. Junt. Hervag. Manut. quas mihi ipse fec. χ et Barb.—16 Lamb. in ædibus meis.—17 Dresd. tractaret.—18 σ fasces.—19 In χ deest cum ante cinis.—20 Lamb. animo.—1 Hosti non est in χ. Mox H propinquis illi.—

#### NOTÆ

<sup>m</sup> *Mollitia*] Licet vulgo in malam partem aicipiatur hæc vox ‘mollitia,’ hic sumitur pro miseratione et lenitate.

<sup>n</sup> *Sed cum mihi patriæ*] Locus egrie amplificatus ab enumeratione malorum, quæ ex coniuratione prefectura erant.

<sup>o</sup> *Delubrorum*] De his vide orat. pro

Flace. § 1. not.

<sup>p</sup> *Puerorum infantium*] Pueritia ad annum usque decimum septimum durat; quo tempore infantes jam pueri dicuntur.

<sup>q</sup> *Marcellis*] Creditur is Marcellus intelligi, pro quo Cicero dixit apud Cæsarem.

apud me parentis gravitatem, alter filii suavitatem obtinebat: neque me arbitrabar sine summo scelere posse, quod maleficium in aliis vindicassem, idem in illorum socio, cum scirem, defendere. 20. Atque idem ego neque P. Sullam supplicem ferre, neque eosdem Marcellos, pro hujus periculis lacrymantes, aspicere,<sup>2</sup> neque hujus M. Messallæ,<sup>3</sup> hominis necessarii, preces sustinere potui. Neque enim est causa adversata<sup>3</sup> naturæ, nec homo, nec res misericordiæ meæ<sup>4</sup> repugnavit. Nusquam nomen, nusquam vestigium<sup>5</sup> fuerat; nullum crimen, nullum indicium, nulla suspicio. Suscepi causam, Torquate; suscepi,<sup>6</sup> et feci libenter, ut me, quem boni constantem<sup>7</sup> semper, ut spero, existimasset, eundem ne improbi quidem crudelem dicebant.

VII. 21. Hic ait se ille, judices, regnum meum<sup>8</sup> ferre non posse. Quod tandem, Torquate, regnum? consulatus, credo, mei;<sup>t</sup> in quo ego imperavi nihil, sed contra patribus<sup>9</sup> conscriptis et bonis omnibus parui: quo in magistratu non institutum est a me, judices, regnum, sed non permisum.<sup>10</sup><sup>u</sup> An tum, in tanto imperio,<sup>n</sup> tanta potes-

<sup>n</sup> In consulatu.

\*\*\*\*\*

<sup>2</sup> Verba pro hujus p. l. asp. non agnoscunt septem Oxonn. et alii MSS. atque edd. omnes ante Grut. qui ea addidit ex Erf. et Pal. 9.—<sup>3</sup> *adversatae*.—<sup>4</sup> Ante meæ H addit *nunc*. A Pith. abest *meæ*.—<sup>5</sup> Pro *restigium* in C et *fastigium*; et pro *indictum* C et Schutz. *judicium*. Veiba nulla suspicio non habent septem Oxonn. et alii MSS. atque edd. ante Grut. qui ea inseruit auctoritate Erf. et Pal. 9.—<sup>6</sup> *x* et Pith. omittunt voces *causam*, *Torq.*, *suscepi*.—<sup>7</sup> *x* *constantem*.

CAP. VII. 8 *regnum magnum*.—9 Pith. *imperavi*, et contra patribus, &c. Dresd. *imperavi pluribus consiliis et bonis omn.* Pro sed etiam C *et*; pro contra *et* *consulibus*.—10 Sed *permisum* Pith. Franc. et plures Pall. sed pro-

#### NOTÆ

<sup>r</sup> *M. Messallæ*] M. Messalla Niger, orator, cum M. Marcello fuit Scanri patronus, ut scribit Asconius.

<sup>s</sup> *Regnum meum*] Objecerat Torquatus Ciceroni, se i regem dicere: quam a se injuriam rejicit Cicero, licet revera se ei regio Volscorum sanguine traxisse originem dicere potuisse, ut Plutarch. in Cie. scribit.

<sup>t</sup> *Consulatus, credo, mei*] Si rex dicitur Cicero, dicendus est propter consulatum suum; quem ita gessit, ut nihil, nisi probante senatu populoque Rom. gesserit; nam si Lentulus, si quatuor alii fracta gula suffocati sunt, id senatus imperio factum est.

<sup>u</sup> *Sed non permisum*] Cicero re-

tate, non dicis fuisse regem; nunc privatum regnare dicis? quo tandem nomine? Quod,<sup>11</sup> in quos testimonia dixisti,<sup>x</sup> inquit, damnati sunt; quem defendis, sperat se absolutum iri. [p. 171.] Hic tibi ego de testimoniiis meis hoc<sup>12</sup> respondeo: si falsum dixerim; te in eos<sup>13</sup> dixisse: sin verum; non esse hoc regnare, cum verum juratus<sup>14</sup> dicas, probare.<sup>y</sup> De hujus spe tantum<sup>15</sup> dico, nullas a me opes P. Sullam, nullam potentiam, nihil denique, præter fidem defensionis,<sup>z</sup> expectare.<sup>16</sup> 22. Nisi tu, inquit,<sup>a</sup> causam recepisses, nunquam mihi restitisset,<sup>17</sup> sed, indicta causa, profugisset.<sup>18</sup> Si jam hoc tibi concedam, Q. Hortensium, tanta gravitate hominem, si, hos tales viros non suo stare judicio, sed meo; si hoc tibi dem,<sup>19</sup> quod credi non potest, nisi ego huic adesse, hos affuturos non fuisse: uter tandem rex est, isne, cui innocentes<sup>b</sup> homines non resistunt,<sup>20</sup> an is,

---

missum H S & X: sed repulsum unus Paris, sed repressum e Pal. 9. receperunt Græv. Lall. Beck. Schutz. et Orell. sed non permissum ceteri. Dein, pro An tuni Ms. Ambrosian. Franc. 2. et Ven. 1483. habent Autu; Vict. Mannt. Lamb. Quem tuni. Paulo post, Ms. Ambrosian. tantaque potestate.—11 X Quot.—12 Pro hoc in H tantum; in T hoc ego. Tun Dresd. respondebo.—13 Orell. e Ms. Ambrosian. edidit in eisdem: Lamb. in hos. Pro sin verum in Ms. Ambrosian. et Junt. si verum.—14 Pro juratus in edd. ante Lamb. juratos: hinc Lamb. dedit cum verum dicas, juratis probare: sed Guit. e Pal. 9. restituit juratus. In C et Dresd. vero juratos: H S & X verum juratos: T verum in iratos: Franc. 1. vera juratos. Verbum probare Grævio suspectum est.—15 Pro spe tantum in Pith. spectantium.—16 C expectarem.—17 & restituisset.—18 Dresd. profuisset.—19 Pro dem H T & X habent idem. Paulo

## NOTÆ

pressit Catilinam, qui volebat reipub. dominari.

<sup>x</sup> In quos testimonia dixisti] Intelligit conjuratos, qui deprehensi sunt; in quos probabile est Ciceronem dixisse testimonium.

<sup>y</sup> Cum verum juratus dicas, probare [Cum verum dicas, juratis probare] Ait illum, ideoque se non regnare; sed veritatem probare judicibus, qui jurati dieuntur, quia jurabant sententiam dicturi. Hi porro verum esse testimonium probaverunt, cum eos damnaverunt in quos dictum est testimonium.

<sup>z</sup> Fidem defensionis] Defensionem patroni clienti præbere dehent.

<sup>a</sup> Nisi tu, inquit] Alia Torquati objectio, cui resistit contradictione: nam Hortensius enim defendisset, et ceteri qui adsunt, si ipse Cicero non defendisset.

<sup>b</sup> Isne, cui innocentes] Inversione nititur Cicero, atque potius Torquatum regem et tyrannum appellandum esse, quia postulat ut sibi homines innocentes non resistant; se vero non esse regem, quia innocentes defendit.

qui calamitosos non deserit? At hic<sup>1</sup> etiam (id quod tibi necesse minime fuit) facetus esse voluisti, cum Tarquinium,<sup>c</sup> et Numam,<sup>d</sup> et me tertium peregrinum regem, esse dixisti. Mitto jam de rege querere: illud<sup>2</sup> quæro, peregrinum<sup>e</sup> cur me esse<sup>f</sup> dixeris: nam, si ita sum, non tam est admirandum, regem esse me (quia, ut tu vis, etiam peregrini reges Romæ fuerunt), quam consulem Romæ fuisse peregrinum.<sup>f</sup> 23. Hoc dico, inquit,<sup>3</sup> te esse ex municipio.<sup>g</sup> Fateor, et addo etiam, ex eo municipio, unde iterum jam salus huic urbi<sup>b</sup> imperioque<sup>4</sup> missa est. Sed scire ex te per velim, quamobrem, qui ex municipiis veniant, peregrini tibi esse videantur: nemo enim istuc<sup>5</sup> M. illi Catoni seni,<sup>i</sup> cum

<sup>o</sup> Externum.

---

post, pro nisi C habet quid nisi; T nisi ut.—20 C resistant.—1 Franc. 1. 2. Dresden. et ed. pr. An hic.—2 H illum. Pro cur in C cum.—3 c inquis. In

## NOTÆ

<sup>c</sup> *Tarquinium*] Tarquinins Etruscus fuit, filius Damarati, Corinthii mercatoris ditissimi, qui patria sua pulsus per seditionem, transiit in Italiā, Tarquiniosque, urbem Etruriæ, commorandi causa delegit. Hic Arnutem et Lucumonem filios habuit; qui Lucumo, post mortem patris, Romam venit, ibique factus senator ab Anco Martio. Lucius Tarquinius appellatus est, dignus tandem habitus qui Anco mortno in regnum succederet.

<sup>d</sup> *Numam*] Livius lib. 1. refert Numam e Curibus Sabinorum, eo quod æquitate et prudentia singulari vir haberetur, jussu populi, et auctoritate patrum evocatum, regem Romanorum creatum esse.

<sup>e</sup> *Peregrinum cur me esse*] Dixit Ciceronem peregrinum esse, quia non Romanus, sed Arpinas fuit.

<sup>f</sup> *Consulem Romæ fuisse peregrinum*] Nullus consul fuerat, nisi qui Roma-

nus civis esset.

<sup>g</sup> *Ex municipio*] Municipia eæ sunt civitates, quæ civium Rom. jure gaudent.

<sup>h</sup> *Unde iterum jam salus huic urbi*] Ex municipio Arpinate Marius orinndus, Italiam, Teutonum Cimbrorumque excursionibus oppressam, vi et fortitudine sua liberavit: ex eodem municipio Cicero periclitantem rempub. Catilinæ factionibus sustentavit.

<sup>i</sup> *Catoni seni*] Probat non esse peregrinos, qui ex municipiis veniunt, exemplo Catonis; de quo lib. ii. de Leg. sic Cicero loquitur: ‘Cato ille enim esset Tusculi natus, in pop. Rom. civitatem susceptus est: itaque enim ortu Tusculanus esset, civitate Romanus, habuit alteram loci patriam, alteram juris.’ Sic M. Porcius Priscens, Cato Major, et Censorinus, ad discriminem Uticensis, appellatus est.

plurimos haberet inimicos,<sup>k</sup> nemo T. Coruncanio,<sup>6</sup><sup>1</sup> nemo Curio,<sup>m</sup> nemo huic ipsi nostro C. Mario,<sup>7</sup><sup>2</sup> cum ei multi inviderent,<sup>o</sup> objecit unquam. Evidem vehementer lætor, eum esse me, in quem tu, cum cuperes, nullam contumeliam jacere potueris, quæ non ad maximam partem civium conveniret.<sup>8</sup> viii. Sed tamen te a me, pro magnis causis nostræ necessitudinis, monendum esse<sup>9</sup> etiam atque etiam puto. Non possunt omnes esse patricii: <sup>p</sup> si verum<sup>10</sup> quæris, ne curant quidem; nec se æquales tui, propter istam causam, abs te anteiri putant. 24. Ac, si<sup>11</sup> tibi nos pere-

\*\*\*\*\*

Pith. deest.—4  $\chi$  municipioque.—5  $\varsigma$  istum. Tum C illo.—6 Ti. Coruncanio Pith. Barb. Ms. Ambroian. enm Græv. Beck. et Orell. Dein Curioni MSS. nonnulli et edd. pleraque ante Lamb. Ante Curio auctoritate Ms. Ambrosian. qui habet Mario, Orell. addidit prænomen M'.—7 Pro Mario in  $\chi$  Curioni; et pro ei in C enim. In Pith. deest inviderent.—8 H pertineret.

CAP. viii. 9 In C caret esse.—10 In Ms. Henr. Steph. et si verum.—11 Edd. pleraque ante Lamb. At si. Post peregrini  $\chi$  addit esse. In H raret

#### NOTÆ

<sup>k</sup> Cum plurimos haberet inimicos] Si Plinio credamus lib. vii. quater et quadragies causam dixit, nec sæpius quispiam postulatus est quam ille Cato.

<sup>l</sup> Coruncanio] Coruncanius Tusculanus fuit, et primus e plebe pontifex maximus creatus. Is est interfectus in legatione ad Teutam Illyriorum reginam: ob quod facinus bellum Illyricum exortum est. Consul fuit cum P. Valerio Lævino, A. U. C. 473.

<sup>m</sup> Curio [Curioni] Curio hic Dentatus nominatus est, quia cum dentibus in parva quadam villa Curiana in Sabinis natus est. Frugalitate sua et continentia landatissimus fuit imperator. Ter consul fuit, et de Samnitibus, Sabinis, et Lucanis triumphavit.

<sup>n</sup> C. Mario] Marius ex Agro Arpinate humili familia natus, ita feliciter fortuna usus est, ut ad septimum consulatum pervenerit: quo tempore,

ætatis anno 73. mortuus est. Vide Plutarch. in ejus vita.

<sup>o</sup> Multi inviderent] Præcipue L. Crassus, M. Scærus, et Metelli omnes invidia in Marium flagrabant propter res gestas.

<sup>p</sup> Patricii] Centum senatores, qui a Romulo constituti sunt, patres ab honore, eorumque posteri patricii appellati sunt. Nota autem patricios non eosdem fuisse qui nobiles dicti sunt; nam populus Rom. ita fuit distributus, ut alii patricii, alii plebeii dicerentur. Patricii ab illis centum itaque dimanarunt, quales fuere Clodius, Piso, Catilina, &c. plebeii vero, qui ex populo reliquo traxerunt originem, ut Antonius, Cassius, T. Pomponius, &c. Horum plebeiorum alii nobiles, alii novi homines dicuntur: nobiles, quorum parentes enruli aliquo magistratu erant functi; novi, qui primi ex sua stirpe magistratum curalem erant adepti.

grini videmur, quorum jam et nomen et honos inveteravit<sup>9</sup> et huic urbi et hominum famæ ac sermonibus; quam tibi illos competitores<sup>12</sup> tuos peregrinos videri necesse erit, qui jam ex tota Italia delecti,<sup>13</sup> tecum de honore et de omni dignitate contendunt! quorum cave tu quenquam peregrinum appelles, ne peregrinorum suffragiis obruare.<sup>14</sup><sup>r</sup> Qui, si attulerint nervos et industriam, mibi crede, excutient<sup>15</sup> tibi istam verborum jactationem, et te ex somno<sup>9</sup> saepe excitabunt; nec patientur, se abs te, nisi virtute vincentur,<sup>16</sup> honore superari. 25. Ac si, judices, ceteris patriciis me et vos peregrinos videri oporteret,<sup>17</sup> a Torquato tamen hoc vitium sileretur.<sup>t</sup> Est enim ipse a<sup>18</sup> materno genere municipalis, honestissimi ac nobilissimi generis, sed tamen Asculani.<sup>19</sup><sup>u</sup> Aut igitur doceat, Picentes<sup>x</sup> solos non esse peregrinos, aut gaudeat suo generi<sup>20</sup> me meum ante non ponere. Quare neque me<sup>1</sup> peregrinum posthac dixeris, ne gravius refutere;<sup>2</sup> neque regem, ne derideare: nisi forte regium<sup>3</sup> tibi videtur, ita vivere, ut non

\*\*\*\*\*

copula ante *nomen*.—12  $\varsigma$  *competentiores*.—13 Ms. Lamb. *dilecti*. Mox T omittit præpositionem ante *omni*. Pro *contendunt* in H et  $\psi$  certabant.—14 Pith. *obruare*. Dein  $\varsigma$  attulerunt.—15 Pro *excutient* in  $\varsigma$  *executi etiam*.—16 Ern. conjectit *vincantur*. Mox in  $\varsigma$  et edd. nonnullis ante Lamb. At si.—17  $\psi$  oporteat. Dein S *silerent*. Scheller. Obs. p. 99. conjicit a *Torq.* *hoc merito sileretur*.—18 In Ms. Ambrosian. deest a: unde Orell. uncis inclusi. —19 *Æsculani*  $\psi$ : *Esculani* Dresd. Mox, C *Picentos*. x caret *solos*.—20 In  $\psi$  genere. Pro *meum* H et  $\psi$  *mentiri*. Tum *anteponere*, omissio *non*, MSS. *punci* et edd. nonnullæ ante Gruter.—1 Dresd. *nec me*.—2  $\varsigma$  *nec grav.* et Dresd.

#### NOTÆ

<sup>9</sup> *Inveteravit*] Inveteravit, id est, in hac urbe tanquam altas ita radices egit, ut non evelli facile possit.

<sup>r</sup> *Suffragiis obruare*] Obrui suffragiis, est panca habere pro se in delectu magistratum; et ideo contra se plurima.

<sup>9</sup> *Te ex somno*] Admonet Torquatum, ne sit otiosus, et fidat nimium patriciae suæ familie; quia novi homines cogent eum vigilare in petitione magistratus, quia illi metum inferent, ne ab illis vincatur.

<sup>t</sup> *Vitium sileretur*] Vitium sileretur, id est, sileri deberet.

<sup>u</sup> *Asculani*] Asculum in Agro Piceno. Colonia nobilissima fuit populo Rom. invisa, quia in ea Q. Servilius proconsul, cum omnibus civibus Romanis qui illic erant, occisus est, cum bellum Italicum flagrare cœpit. Vide Livium lib. LXXII.

<sup>x</sup> *Picentes*] Picentes populi sunt in quinta regione Italie, ad Mare Adriaticum siti.

modo homini nemini, sed ne cupiditati quidem ulli servias ; contemnere omnes libidines ; non auri,<sup>4</sup> non argenti, non ceterarum rerum indigere ; in senatu sentire<sup>p</sup> libere ; populi utilitati magis consulere, quam voluntati ; nemini cedere, multis obsistere. Si hoc putas esse regium, me regem esse confiteor ;<sup>5</sup> sin te potentia mea, si dominatio, si denique aliquod dictum arrogans aut superbum movet ; quin<sup>6</sup> tu id potius profers, quam verbi invidiam, contumeliamque male-dicti ? IX. 26. Ego, tantis a me<sup>7</sup> beneficiis in republica positis, si nullum aliud mihi præmium a senatu populoque Romano, nisi honestum otium, postularem, quis non concederet ? Sibi haberent<sup>8</sup> honores, sibi imperia, sibi provincias, sibi triumphos, sibi alia præclaræ<sup>9</sup> laudis insignia : [p. 172.] mihi liceret ejus urbis, quam conservassem, conspectu, tranquillo animo et quieto frui. Quid, si hoc non postulo ; si ille labor mens pristinus, si solicitude, si officia,<sup>10</sup> si operæ, si vigiliæ deserviunt amicis, præsto sunt omnibus ; si neque amici in foro requirunt studium meum, neque respublica in curia ; si me non modo<sup>11</sup> rerum gestarum vacatio, sed neque honoris, neque ætatis excusatio vindicat<sup>12</sup> a labore ; si voluntas mea, si industria, si domus, si animus, si aures patent omnibus ; si mihi ne<sup>13</sup> ad ea quidem, quæ pro salute omnium gessi, recordanda et cogitanda<sup>y</sup> quicquam relinquitur temporis ; tamen hoc regnum<sup>14</sup> appellabitur ? cuius vicarius<sup>z</sup> qui velit esse, inveniri<sup>15</sup>

<sup>p</sup> Dicere sententiam.

\*\*\*\*\*

refutem.—3 C regnum : ψ regum.—4 C non uti auri: et mox cet. rerum indigne sentire lib.—5 Nonnullæ edd. vett. confiteor esse.—6 Pro quin in s quibus. Mox H contumeliam sine copula.

CAP. IX. 7 s ante me.—8 Sibi habent χ : Sibi alii haberent Lamb. e Ms. Henr. Steph. Verba sibi provincias in χ desunt.—9 C et s præclara.—10 In ed. Manut. verba si officia omittuntur.—11 Non modo non s, Pith. Ven. 1480. 1483. Junt. Crat. Hervag. —12 H S T, Beck. Schatz. vendicat.—13 C

## NOTÆ

<sup>y</sup> Recordanda et cogitanda] Iis temporibus cogitabat Cicero commentarium scribere de rebus a se gestis in consulatu; quas Græce scripserat, ut perspici potest ex Epist. ad Att. 1.

1. 2. et 16.

<sup>z</sup> Cujus vicarius] Vicarius is intelligitur, qui ex mandato principis pro praefecto prætorio diœcesim aliquam regebat. Ulpian. l. 1. § 52.

nemo potest. Longe a me<sup>16</sup> abest regni suspicio. 27. Si quæris, qui sint Romæ regnum occupare conati, ut ne replices<sup>17</sup> annualium<sup>a</sup> memoriam, ex domesticis imaginibus<sup>b</sup> invenies. Res enim gestæ, credo, meæ, me nimis<sup>18</sup> extulerunt, ac mihi nescio quos spiritus<sup>c</sup> attulerunt. Quibus de rebus tam claris, tam immortalibus, judices, hoc possum dicere, me, qui<sup>19</sup> e summis eripuerim periculis urbem hanc et vitam omnium civium, satis adeptum fore, si ex hoc tanto in omnes mortales beneficio nullum in me periculum redundarit.<sup>20</sup> 28. Etenim, in qua civitate res tantas gesserim, memini, et<sup>20</sup> in qua urbe verser, intelligo. Plenūm forum est eorum hominum, quos ego a vestris cervicibus depuli, judices,<sup>1</sup> a meis non removi : nisi vero paucos fuisse arbitramini, qui conari,<sup>2</sup> aut sperare possent, se tantum imperium posse delere. Horum ego faces eripere de manibus, et gladios extorquere potui,<sup>3</sup> sicut feci : voluntates vero consceleratas ac nefarias nec sanare potui, nec tollere. Quare non sum nescius, quanto periculo vivam

<sup>a</sup> Revolvas.<sup>c</sup> Quam superbiam.

caret ne.—14 Edd. nonnullæ tamen ne hoc regn.—15 χ intueri.—16 Voces a me absunt a MSS. plerisque et edd. ante Græv. qui ex Erf. et Pal. 9. edidit Longe abest a me regni susp. (ut volebat Gruter.) eunque secuti sunt Beck. Schütz. et Orell. Invenire nemo potest, longe abest ab eo regni susp. edidit Lamb. qui etiam conjectit longe abest is a regni suspicione. Pro regni in T regem. Garaton. cum Heur. Steph. e Mv. ejus legi maluit suspicio, et si quæris. Tum, pro sint σ habet sunt.—17 In σ deest nimis. Pro ac in C at, et pro quos in ψ quo.—18 C quia.—19 Redundabit MSS. plerique et edd. ante Grut. qui cum edd. seqq. ex Erf. et Pal. 9. recepit redundantur.—20 C caret copula. Pro urbe T urbem. In MSS. plerisque et edd. ante Grut. deest verser : Gruter. id inseruit auctoritate Pal. 9. et Erf. eunque edd. seqq. secuti sunt.—1 Lamb. judices, depuli : alii repuli jud.—2 χ coronari. Pro aut in C ac. Mox σ debere.—3 In σ deest potui.

## NOTÆ

<sup>a</sup> Annalium] Primis temporibus annales tantum scribabantur : postea historie successerunt. Vide Cic. de Leg. I. I.

<sup>b</sup> Ex domesticis imaginibus] Ex imaginibus nobilitas conjiciebatur, quæ in vestibulis aedium asservabantur.

Videtur tamen hic designare M.

Manium Capitolinum, (enjus affinis erat Torquati familia) qui ob affectatum regnum de rupe Tarpeia dejectus est. Subtiliter autem pungit Torquatum, in enjus familia eum esse ait, quem criminatur in Cicero.

in tanta multititudine improborum, cum mihi uni cum omnibus improbis æternum videam bellum esse susceptum. x.  
 29. Quodsi illis meis præsidiis forte invides; et, si ea tibi regia videntur, quod<sup>4</sup> omnes boni omnium generum atque ordinum suam salutem cum mea conjungunt; consolare te, quod omnium mentes improborum mihi uni maxime sunt infensaæ et adversæ: qui me<sup>5</sup> non solum idcirco oderunt, quod eorum conatus impios et furorem consceleratum<sup>6</sup> repressi; sed eo etiam magis, quod nihil jam se simile, me vivo, conari posse arbitrantur.<sup>7</sup> 30. At vero quid ego miror,<sup>8</sup> si quid ab improbis de me improbe dicitur; cum L. Torquatus ipse, primum,<sup>9</sup> his fundamentis adolescentiæ jactis, ea spe proposita amplissimæ dignitatis, deinde<sup>10</sup> L. Torquati, fortissimi consulis, constantissimi senatoris, semper optimi civis, filius, interdum effatur immoderatione<sup>11</sup> verborum? qui, cum suppressa voce de scelere<sup>12</sup> P. Lentuli, de audacia conjuratorum omnium dixisset, tantummodo ut vos, qui ea probatis, exaudire possetis; de supplicio<sup>c</sup> P. Lentuli, de carcere, magna et queribunda voce dicebat. 31. In quo primum illud erat absurdum, quod, cum ca, quæ leniter<sup>13</sup> dixerat, vobis probare volebat, eos autem, qui circum judicium stabant, audire nolebat;<sup>13</sup> non intelligebat, ea, quæ clare diceret, ita illos audituros, quibus se venditabat,<sup>14</sup> ut vos quoque audiretis, qui id non probabatis:<sup>15</sup> deinde alterum jam oratoris vitium, non videre quid quæque causa postulet. Nihil est enim tam

<sup>a</sup> Submissa voce, de coniuratione.

CAP. X. 4 A Pith. abest quod.—5 Me ante non solum omittit C, qui cum S T σ χ Junct. Steph. addit modo ante solum.—6 Fur. sceleratum Dresd. fur. non sceleratum Pith. Pro repressi, sed in C impressissenu.—7 H T arbitraventur.—8 Pantagath. legit mirer. Ante si C addit sed.—9 Ern. e conj. cum Schutz. ipse primum. Omnes aliae edd. primum ipse.—10 C a manu recent. deinde filii.—11 σ χ in moderatione.—12 MSS. plerique cum Beck. Schutz. et Orell. leviter. In T dixit vobis leviter: in σ χ leviter dixerat vobis.—13 C nolabant.—14 Vindicabat C H σ χ: rendicabat T ψ.—15 σ χ ψ, Junct. Grut. Græv. probatis, prob. Wolffio. Id Ernesto, Beckio et Orell. suspectum est. Ern.

#### NOTÆ

<sup>c</sup> De supplicio] Lentulus in carcere suspensus fuit.

alienum ab eo, qui alterum conjurationis accuset, quam videri<sup>16</sup> conjuratorum pœnam mortemque lugere. [p. 173.] Quod cum<sup>17</sup> is tribunus plebis<sup>d</sup> facit, qui unus videtur ex illis ad lugendos conjuratos relictus, non mirum est;<sup>18</sup> difficile est enim tacere, cum doleas: te, si quid ejusmodi<sup>19</sup> facis, non modo talem adolescentem, sed in ea causa, in qua te vindicem conjurationis velis esse, vehementer admiror.<sup>20</sup> 32. Sed reprehendo tamen<sup>1</sup> illud maxime, quod isto ingenio et prudentia prædictus, causam reipublicæ non tenes, qui arbitrere,<sup>2</sup> plebi Romanæ res eas non probari, quas, me consule, omnes boni pro salute communi gesserunt. xi. Et quem<sup>3</sup> tu horum, qui adsunt, quibus te contra ipsorum voluntatem venditabas,<sup>4</sup> aut tam sceleratum statuis fuisse, ut hæc omnia perire voluerit, aut tam miserum,<sup>5</sup> ut et se perire cuperet, et nihil haberet, quod salvum esse vellet? An vero clarissimum<sup>6</sup> virum<sup>e</sup> generis vestri ac nominis nemo reprehendit, qui filium suum vitaprivavit,

\*\*\*\*\*

conjecit ea legend.—16 H videre.—17 Cum omitti maluit Sylvius, ut in Ms. Henr. Steph. defuit. Lamb. e suis MSS. edidit quod tamen tribunus plebis facit is, qui: atqne aut tamen reponi, aut cum deleri voluit Ursinus: Pantagath. autem conjecit Quod Curius trib. pl. facit, qui, &c.—18 Neque hoc mirum est C, Pal. 1. 4. 5. 7. 8. Barb. Ven. 1480. Junt. re... mirum est Pal. 2. 6. Ms. Vict. Busbeq. et Ms. Grnt. minime quidem mirum Pal. 3. minime mirum est Pal. 9. prob. Gruter. Nec mirum est Ven. 1483. Junt. Beck. nemini mirum est e Ms. Ambrosian. recepit Orell. non mirum est ceteri. In T tantum legitur mirum est.—19 Quidem hujusmodi C: quid hujusmodi Dresd.—20 Hervag. Victor. Manut. Lamb. miror.—1 In H et ψ deest tamen.—2 C arbitrare: ψ arbitrari.

CAP. XI. 3 Ecquem sex Oxonn. MSS. Crat. Cam. Lamb. Oliv. Lall. Beck. Schutz. et Orell.—4 C H ς χ vendicabas.—5 C miseram. Pro et se perire σ

#### NOTÆ

<sup>d</sup> *Tribunus plebis*] Metellum Nepotem intelligit, qui hoc tempore tribunatum cum Bestia inierat, ut habemus ex Sallustio. Hic Neps Ciceronem consulem magistratu abenntem concionis habendæ potestate privare voluit: sed immo non obfuit Ciceroni, ut etiam gloriam auxerit: at post exilium Ciceronis, consul cum Lentulo, absens rediit cum eo in gratiam, senatus auctoritate permotus.

<sup>e</sup> *Clarissimum virum*] Loquitur hic de T. Manlio Torquato, qui tertium consul, Latino bello filium victorem necari jussit, quod contra patris edictum pugnavisset. Utitur autem hic Cicero majorum comparatione: si Torquatus filium minore de causa interfecit, licebit et consulibus hostes reipub. graviore de causa interficere.

ut in ceteris<sup>7</sup> firmaret imperium; tu rempublicam reprehendis,<sup>8</sup> quæ domesticos hostes, ne ab iis ipsa<sup>9</sup> necaretur, necavit? 33. Itaque attende<sup>10</sup> jam, Torquate, quam ego defugiam auctoritatem consulatus mei. Maxima voce, ut omnes exaudire possint,<sup>11</sup> dico, semperque dicam: adestote<sup>12</sup> omnes animis, qui adestis corporibus,<sup>13</sup> quorum ego frequentia magnopere lætor: erigite mentes auresque vestras, et me de invidiosis rebus, ut ille putat, dicentem attendite. Ego consul,<sup>f</sup> cum exercitus perditorum civium, clandestino scelere conflatus, crudelissimum et luctuosissimum exitium patriæ comparasset;<sup>14</sup> cum ad occasum interitumque reipublicæ Catilina<sup>15</sup> in castris, in his autem templis atque tectis dux Lentulus esset constitutus; meis consiliis, meis laboribus, mei capitinis periculis, sine tumultu,<sup>g</sup> sine delectu, sine armis, sine exercitu, quinque hominibus<sup>h</sup> comprehensis<sup>16</sup> atque confossis, incensione urbem, internecione cives, vastitate Italianam, interitu rempublicam liberavi:<sup>17</sup> ego vitam omnium civium, statum orbis<sup>18</sup> terræ, urbem hanc denique, sedem omnium nostrum, arcem regum ac nationum exterarum, lumen gentium, domicilium imperii, quinque hominum amentium ac perditorum poena redemi. 34. An me<sup>19</sup> existimasti hæc inju-

*experiere.—6 ο clarissimi. H ο χ nemo omittunt.—7 Orell. e Ms. Ambrosian. edidit in ceteros.—8 χ defendis.—9 Hervag. ne his ipsa.—10 C attendite. Mox ed. Jnt. et Lamb. quon ego non def.—11 χ possent.—12 H et T adesse.—13 Corporibus non est in ο χ ψ.—14 χ exitum Romæ comp.—15 H Catilinam.—16 C T, Franc. 2. et ed. pr. apprehensis. Tum confessis C, Franc. 2. Dresd. Pall. nonnulli et ed. pr., probante Grntero. Paulo post, pro internecione C interemtore; T ο, Franc. 1. 2. Dresd. et ed. pr. cum Græv. interemptione; Ms. Lamb. interitione; alii internitione, vel internicione.—17 Pro liberavi χ gubernavi.—18 ο statu urbis: χ statum orbi.—19 H et ψ At ne. Pro existimasti in H existimavi; in T existimatis. Tum H hæc injuriarum: C hoc me injuria-*

## NOTÆ

<sup>f</sup> *Ego consul]* Prædicat collocatuni sumi beneficium in patriam, cum eam eripuit ex conjuratorum potestate.

<sup>g</sup> *Sine tumultu]* Bellum Gallicum et Italicum tumultus appellabatur, quod in eo multis timor esset. Cum

autem bellum ejusmodi ingruebat, tumultum esse senatus decernebat.

<sup>h</sup> *Quinque hominibus]* Lentulus, Cethegus, Statilius, Gabinius, Ceparius, omnes in carcere strangulati sunt, quia cum Catilina conspiraverant.

ratum in judicio non esse dicturum, quæ juratus<sup>1</sup> in maxima concione dixissem? XII. Atque etiam illud addam, ne qui<sup>2</sup> forte incipiat improbus subito te amare, Torquate, et aliquid sperare de te; atque, ut<sup>1</sup> idem omnes exaudiant, clarissima voce dicam. Harum omnium rerum, quas ego in consulatu pro salute communi<sup>2</sup> suscepit et gessi, L. ille Torquatus, cum esset meus contubernialis<sup>k</sup> in consulatu,<sup>3</sup> atque etiam in prætura fuisset, auctor, adjutor, particeps extitit, cum princeps, cum auctor, cum signifer esset juvenutis;<sup>1</sup> parens ejus, homo amantissimus patriæ, maxi-

rum: Franc. 2. et ed. pr. hæc juratum: Dresd. hoc juraturum: Pith. juratum, omisso hæc. Denique C in judicium.

CAP. XII. 20 T ne quid: Lamb. ne quis.—1 s caret ut.—2 Communi in s χψ deest. Lamb. pro communi salute. T non habet suscepit, nec χ et gessi.—3 C caret verbis in consulatu. S T s omittunt verba atque . . . auctor. In vulgatis ante Lamb. edd. lectum est, cum esset meus contub. in consulatu, cum signifer esset juvenutis, atque in prætura fuisset, auctor, adj., particeps ext., cum auctor, cum princeps, cum sign. esset juv.; parens, &c. Henr. igitur Steph. docuit priori loco verba cum sign. ess. juv. delenda esse. Lambinus ita dedit, cum esset meus contub. in cons., atque in præt. fuisset: cum sign. esset juvenutis: auctor extitit; sed verba quæ seqnebantur, cum auctor, cum princ., cum sign. ess. juv. delebit. Pantagali ap. Ursin. ita correxit, L. iste Torq., cum esset meus contub. in cons., atque in præt. fuisset, cum princeps, cum signifer esset juv., auctor, adjutor, particeps extitit; parens, &c. Gruterus auctoritate Pal. 9. quæ vulgo priore loco posita erant verba cum sign. esset juv. delebit, meliusque interponxit. Ferratinus contra, Epp. p. 296. quod princeps majus quid significet quam signifer, aliisque levibus de causis, censuit posteriori loco delenda esse, locumque integrum ita scribendum, cum esset meus contub. in cons., cum signifer esset juven., atque in præt. fuisset, auctor, adjutor, particeps extitit. Verba cum auctor Lallem. dicit plerisque MSS. ignorari, seque enim Grævio delevisse; at nec Grævius delevit, et quinam codices ignorant, incertum est. Itaque malui tantum includere cancellis. Tum in verbis atque etiam in præt. rōd etiam ex Pal. 9. adjectum est, enim in aliis edd. ante Grut. et MSS. plerisque, nt Barb., decesset. In Ms. Barb. et Ven. 1480. est etiam singularis hæc lectio, cum princeps, cum auctor, cum signifer etiam esset inventus parens, &c. Beck. Orell. dedit auctor, adjutor, particeps. Postea,

## NOTÆ

<sup>1</sup> *Juratus*] Torquatus objecerat Ciceroni, eum in conjuratos dixisse testimonium.

<sup>k</sup> *Esset meus contubernialis*] Mos fuit illis temporibus, ut adolescentes quotidiano convictu et sermone clarorum virorum administranda reipublica scientiam edocerentur. Sic pro Cœlio Cic. ‘Cum paulum jam roboris

accessisset ætati, in Africam prosecutus est Q. Pompeio proconsuli contubernialis.’

<sup>1</sup> *Princeps, cum auctor, cum signifer esset juvenutis*] ‘Signiferi,’ ait Vegetius lib. II. ‘sunt, qui signa portant, quos draconarios vocant.’ De Bruto, Germanico, et C. Cæsare legimus, quod fuerint principes juvenes: tales

mi animi, summi consilii, singularis constantiae, cum esset æger, tamen + omnibus rebus illis interfuit:<sup>m</sup> nunquam est a me digressus: studio, consilio, auctoritate unus adjuvit plurimum, cum infirmitatem corporis animi virtute superaret. 35. Videsne, ut eripiam te ex improborum subita gratia, et reconciliem bonis omnibus? qui te et<sup>s</sup> diligunt, et retinent, retinebuntque semper: nec, si a me forte desciveris, idcirco te a se,<sup>6</sup> et a republica, et a tua dignitate deficere patientur. Sed jam redeo ad causam; atque hoc vos, judices, testor: mihi de memetipso tam multa dicendi necessitas quædam imposita<sup>7</sup> est ab illo. Nam, si Torquatus Sullam solum accusasset,<sup>8</sup> ego quoque hoc tempore nihil aliud [agerem<sup>9</sup>], nisi eum, qui accusatus esset, defenderem: sed cum ille tota illa<sup>10</sup> oratione in me esset invictus, et cum initio, ut dixi, defensionem meam auctoritate spoliare voluisse; etiamsi dolor meus<sup>11</sup> responderet non cogèret, tamen ipsa causa hanc a me orationem flagitasset.

XIII. 36. *Allobrogibus*<sup>12</sup> nominatum<sup>n</sup> Sullam esse dicis. Quis negat? sed lege indicium, et vide, quemadmodum



verba, cum auctor delevit Schntz.—4 *et tum*. Mox Lamb. degressus.—5 *et* omittit copulam ante diligunt.—6 *et idc. te et a se: x idc. et a se.*—7 Pro *impositam* *x incomposita*. In Ms. Henr. Stephani testor, mihi ... necessitatem quandam impositam ab illo: unde Lamb. dedit necessitatem quandam impositam esse ab illo.—8 *et accusaret.*—9 ‘*Agerem suspectum mihi est: eo delecto et Latinior et elegantior erit oratio.*’ Ern. Pro *eum* in C *cum.*—10 Pro *illa* in C *sua.*—11 Orell. conjecit *dolor me meus.* Pro *tamen* idem Ms. *habet cum.* Mox, Ern. conjecit *flagitabat legend.*

CAP. XIII. 12 Ante *Allobrogibus* Ms. Ambrosian. Lamb. et Orell. addunt Ab. Pro *nominatin* in *x Ronanun.* Mox, S *x* *ψ dicis* omittunt. Dein *Quis negat Sullæ indicium?* at ride MSS. plerique et edd. plerisque ante Grut. *Quis negat Sullæ indicium?* et ride ed. 1472. *Quis negat?* *Sullæ indicium* et ride Franc. 2. *Quis negat?* at ride Hervag. Junt. Lamb. Ceteri ut Ern.

#### NOTÆ

vero dicentur illi, quibns consul, aut summus magistratus signum tradit.

<sup>m</sup> *Rebus illis interfuit*] Cum Macedonia revertisset, affuit Ciceroni: nam primis mensibus absuisse eum, ait in oratione contra Pisonem,

<sup>n</sup> *Allobrogibus nominatum*] Refutat quod a Torquato dictum est, ab Allobrogibus, nempe Gallorum legatis, Sullam inter conjuratos fuisse numeratum.

nominatus sit. L. Cassium<sup>o</sup> dixerunt commemorasse, cum ceteris Autronium secum facere.<sup>f</sup> [p. 174.] Quæro, num Sullam<sup>13</sup> dixerit Cassius? nusquam. Sese aiunt<sup>14</sup> quæsisse de Cassio, quid Sulla sentiret. Videte diligentiam Gallorum: qui vitam hominum<sup>15</sup> naturamque non nossent, ac tantum audissent, eos pari calamitate<sup>p</sup> esse; quæsiverunt, essentne eadem<sup>16</sup> voluntate? Quid tum? Cassius si respondisset, idem sentire et secum<sup>17</sup> facere Sullam, tamen mihi non videretur in hunc id<sup>18</sup> criminosum esse debere. Quid ita? quia qui barbaros<sup>q</sup> homines ad bellum impelleret, non debebat<sup>19</sup> minuere illorum suspicionem, et purgare eos, de quibus illi aliquid suspicarentur. Non respondit tamen,<sup>20</sup> una facere Sullam. 37. Etenim esset absurdum, cum ceteros sua sponte nominasset, mentionem Sullæ<sup>r</sup> facere nullam, nisi admonitum et interrogatum; nisi forte verisimile est, P. Sullæ nomen in memoria Cassio non fuisse. Si nobilitas hominis, si afflicta<sup>s</sup> fortuna, si reliquiæ pristinæ dignitatis non tam illustres fuissent; tamen Autronii<sup>t</sup> commemoratio memoriam Sullæ retulisset. Etiam, ut arbitror, cum auctoritates principum conjurationis ad incitandos animos Allobrogum colligeret Cassius, et cum sciret, exteris nationes maxime nobilitate moveri, non

<sup>f</sup> Conjurare.



Postea, C nominatum sit.—13 H de Sylla.—14 Nunquam sese aiunt MSS. plerique et edd. ante Grut. præter Hervag. Cam. Lamb.—15 In ψ deest hominum. H caret ac ante tantum.—16 Eos, pari calamitate qui fuerant, esse in eadem MSS. plerique et edd. ante Grut. qui auctoritate Pal. 9. et Erf. edidit eos pari calamitate esse, quæsiverunt, essentne eadem voluntate, ut habent ψ et edd. seqq. Post voluntate Sylvius addi jubebat arbitrabantur, aut tale verbum.—17 Pro secum H et ψ simul.—18 ψ caret id.—19 In σ debeat. H illorum omittit. Mox, pro eos H S χ habent illos. In marg. ed. Lugd. 1588. ‘Fort. et eos purgare, de quibus.’ Pro suspicarentur Græv. e Ms. Erf. recepit suspicari viderentur.—20 Dresd. tum. In σ deest una.—1 C H T σ χ ψ non agnoscunt

#### NOTÆ

<sup>o</sup> L. Cassium] Hic fuit Longinus Cassius senatorii ordinis, qui Allobrogos in societatem conjurationis advocaverat, quique, ut illius conjurationis vires ostenderet, plurimos cnobilibus nominaverat.

<sup>p</sup> Pari calamitate] Sulla et Autronius simul de ambitu damnati fuerant.

<sup>q</sup> Barbaros] Barbaros Gallos dicit, quales exteri ab Romanis vocantur.

prius Autronium, quam Sullam<sup>r</sup> nominasset. 38. Jam vero illud probari minime potest, Gallos, Autronio nominato, pntasse, propter calamitatis similitudinem, sibi aliquid de Sulla esse quærendum; Cassio, si hic<sup>4</sup> esset in eodem scelere, ne cum appellasset quidem Autronium, hujus<sup>s</sup> in mentem venire potuisse. Sed tamen quid respondit de Sulla Cassius? Se nescire certum.<sup>u</sup> Non purgat,<sup>6</sup> inquit. Dixi antea: ne si argueret<sup>7</sup> quidem tum denique, cum esset interrogatus, id mihi criminosum videretur. 39. Sed ego in judiciis<sup>8</sup> et in quæstionibus non hoc quærendum arbitror, num purgetur<sup>9</sup> aliquis; sed num arguatur. Etenim cum negat se scire Cassius, utrum sublevat Sullam, an satis probat se nescire? Sublevat apud Gallos. Quid ita? ne indicent?<sup>10</sup> Quid? si periculum esse putasset, ne illi<sup>11</sup> unquam indicarent; de seipso confessus esset? Nescivit.<sup>12</sup> Credo, judices, celatum esse Cassium<sup>s</sup> de Sulla uno: nam de ceteris certe sciebat; et ea domi ejus pleraque<sup>13</sup> constata esse constabat. Qui negare noluit esse in eo numero Sullam, quo plus spei Gallis daret, dicere autem falsum<sup>14</sup> non ausus est, nescire dixit. Atqui hoc perspicuum est, cum is, qui de omnibus scierit,<sup>15</sup> de Sulla se scire negarit; eandem vim esse negationis hujus, quam si<sup>16</sup> extra

<sup>u</sup> Certo.

*Sullæ.*—2 Affecta Dresd. afflata C H T σ χ.—3 σ Autronium.—4 χ caret hic.—5 Post hujus C T, Dresd. Franc. 1. 2. ed. 1472. et Ven. 1480. addunt non men, quod in Barb. superscr. post meutem. Dein, χ potuisset.—6 Pith. pugnat.—7 C ne se, et σ argueretur.—8 Lamb. e conjectura Stephani et uno Ms. recepit in indiciis; sic etiam Orelli. In Ms. Ambrosian. in quæstionibus et indiciis. C H S σ χ, Barb. et edd. ante Grut. omittunt præpositionem ante quæstionibus.—9 χ purget. Tum aliiquid C: aliqui Orelli. e Ms. Ambrosian. Pro sed C S T σ χ habent et: pro num in H ne.—10 Incident C: indicetur Ven. 1480.—11 Naug. Manut. Grut. Græv. Oliv. ulli.—12 H Nescit. In Barb. Ven. 1480, 1483. Nescit, judices, Credo cel. esse, &c.—13 σ plerique.—14 In χ deest falsum. Mox, Lamb. edidit nescire se dixit.—15 Sciret H ϕ: scirent T. Porro H negavit.—16 Lamb. malnit atque si. Pro si in C cum.—

## NOTÆ

<sup>r</sup> Non prius Autronium quam Sullam] bilitate præstabat.  
Si Sulla fuisset inter conjuratos, enī nominasset, quia Sulla Autronio no- <sup>s</sup> Celatum esse Cassium] A conjura-  
tis.

conjurationem hunc esse, se<sup>17</sup> scire dixisset. Nam, cuius scientiam de omnibus constat fuisse, ejus ignoratio de aliquo, purgatio debet videri. Sed jam non quæro, purgetne Cassius Sullam: illud mihi tantum satis est, contra Sullam nihil esse in indicio.<sup>18</sup>

XIV. 40. Exclusus hac criminazione Torquatus, rursus in me irruit,<sup>19</sup> me accusat: ait, me aliter, ac dictum est, in tabulas publicas retulisse. O Dii immortales! (vobis enim tribuam, quæ vestra sunt; nec vero possum meo<sup>20</sup> tantum ingenio dare, ut tot res, tantas,<sup>1</sup> tam varias, tam repentinæ, in illa turbulentissima tempestate reipublicæ,<sup>2</sup> mea sponte dispexerim<sup>2</sup>) vos profecto animum meum tum conservandæ patriæ cupiditate incendistis: vos me ab omnibus ceteris<sup>3</sup> cogitationibus ad unam salutem reipublicæ convertistis:<sup>4</sup> vos denique in tantis tenebris erroris et inscientiæ<sup>5</sup> clarissimum lumen prætulistis menti meæ. 41. Vidi ego hoc, judices, nisi, recenti memoria senatus, auctoritatem hujus indicii<sup>6</sup> monumentis publicis testatus essem, fore, ut aliquando non Torquatus, neque<sup>7</sup> Torquati quispiam similis, (nam id me multum fefellit) [p. 175.] sed ut aliquis patrimonio<sup>8</sup> naufragus,<sup>9</sup> inimicus otii,<sup>2</sup> bonorum hostis, aliter indicata hæc esse diceret, quo facilius, vento

<sup>x</sup> Providerim.

<sup>y</sup> Decoctor patrimonii.

<sup>z</sup> Pacis.

17 Ed. Hervag. se omittit, prob. Beck.—18 C H ψ in judicio.

CAP. XIV. 19 C T ruit. Mox, Orell. e Ms. Ambrosian. dedit dictum sit. In ed. Ven. 1480. deest me ante aliter. Lambinus conjectit aliter atque indicatum est.—20 'Meo in C T χ deest, delevitque Græv. quia in Dresd. Franc. 1. 2. et Med. invenit possum tanto ingenio. In Barb. fuit mo, (h. e. modo, ut diserte nraque ed. Ven. exhibet) sed manus æqualis emendavit meo. Neces-sarium hic est pronomen.' Beck.—1 A Dresd. abest tantas.—2 Pro tempes-tate reip. χ habet civitate R. P. Mox, despxerim Franc. 2. et edd. vett. dixerim H.—3 C et T exteris.—4 MSS. nonnulli et edd. ante Grunt. contulisti. Nonnulli ap. Lamb. legi jusserunt compulstis: ipse Lamb., si quid mutantum esset, maluit transtulistiſ.—5 Junt. inscritiæ. In ψ deest lumen. Pio prætuli-stis H perfudistiſ. In ed. Lamb. menti meæ prætulistiſ. ♂ non agnoscit menti.—6 Judiciis C ψ et Manut. indiciis ♂.—7 H nec.—8 Ern. conjectit patrimonii.—

## NOTÆ

<sup>1</sup> Inscientia] Ab insciente, vox illa ‘inscientia’ deducta est.

aliquo<sup>a</sup> in optimum quemque<sup>9</sup> excitato, posset in malis reipublicæ portum<sup>b</sup> suorum malorum aliquem<sup>10</sup> invenire. Itaque introductis in senatum indicibus,<sup>11</sup> constitui senatores,<sup>u</sup> qui omnia indicum dicta, interrogata, responsa prescriberent.<sup>12</sup> 42. At quos viros? non solum summa virtute et fide; cuius generis in senatu<sup>13</sup> facultas maxima; sed etiam, quos sciebam memoria, scientia, consuetudine et celeritate<sup>14</sup> scribendi, facillime, quæ dicerentur, perseguiri posse; C. Cosconium,<sup>15</sup><sup>x</sup> qui tunc erat prætor; M. Messallam, qui tum præturam<sup>16</sup> petebat; P. Nigidium, App. Claudium. Credo esse neminem,<sup>17</sup> qui his hominibus, ad

<sup>a</sup> Pericolo creato.<sup>b</sup> Requiem.

9 ψ quenquam.—10 C quem.—11 C et σ judicibus. Tum institui senatores Ms. Ambrosian. Pro omnia indicum, in C omnium judicū: σ omnia judicū; Pith. omnia indicii.—12 C præscriberent.—13 Lamb. cuius gen. est in sen. prob. Orell.—14 σ celebritate.—15 Constumum σ: Constonium χ.—16 Pro præturam Ferratinus in Epp. p. 256. conjectit consulatum legendū.—17 C T σ χ, Pith. Dresd. memorem. Pro his T is; et pro hominibus C H σ χ omnibus. ‘Ad vere referendum . . . defuisse’ Hæc olim ita lecta sunt in edd. antiqu., ut Hervag. qui his omnibus, aut vere referendis, aut etiam scribendis putet aut ing. def. Gruter. ex Erf. et Pal. 9. ita emendavit: qui his hominibus ad vere referendum, aut etiam scribendum, aut fidem putet, aut ing. def. Cum tamen ipse moneat verba aut etiam scribendum, in illis duolns MSS., ut in aliis omnibus, tum suis tum aliorum, deesse, Græv. et Garaton. recte censem illa esse interpolata. Retinuerunt tamen editores omnes [præter Græv.] usque ad Ernestum, qui verba delevit, a glossatore profecta. Franc. 1. qui his omnibus vere referendis haud putet ing. def. sed voc. haud puncta sunt subjecta, qua illud delendum esse docent. Pith. Dresd. et Franc. 2. qui his omnibus aut vere referendis aut putet ing. def. In C T ad deest: in H S σ χ aut legitur. Tum C H S σ χ referendis; T reficiendis: verba aut etiam ad scribendum in C H T σ χ desunt: S aut etiam scribendis. Pro verbis aut fidem putet aut in C est non putet; in H aut memoriam putet aut; in S putet aut; in T σ χ aut putet. Lambinus monet in quibusdam libris antiqu. deesse aut scribendis, in iisque legi, vere referendis fidem putet, aut etiam ing. def. in aliis fidem putet aut diligentiam defuisse. Hinc Lamb. aut scribendis fidem putet, aut etiam ing. def. Pantagath. auctoribus MSS. libris, legi jussit aut referendis fidem, aut recte scribendis, &c. Ursinus monuit in alio antiquo libro rectius scriptum videri qui his omnibus vere referendis aut memoriam putet aut ing. def. quam scripturam etiam Muretus probavit.’ Beck.

## NOTÆ

<sup>u</sup> Constitui senatores] Cum ageretur de pena conjuratorum in senatu, voluit Cicero, ut essent aliqui senatores qui velocissime, per signa quædam et breves notas, quæ multarum

literarum viam haberent, dicta colligerent.

<sup>x</sup> Cosconium] Cosconius proconsul Hispaniam postea gubernavit.

vere referendum, aut fidem putet, aut ingenium defuisse. xv. Quid deinde? quid feci? Cum scirem, ita indicium<sup>18</sup> in tabulas publicas relatum, ut illæ tabulæ privata tamen custodia,<sup>y</sup> more majorum, confrinerentur; non occultavi, non continui domi,<sup>19</sup> sed describi ab omnibus statim librariis,<sup>z</sup> dividi passim et pervulgari<sup>20</sup> atque edi populo Romano imperavi. Divisi toti Italiæ, emisi<sup>1</sup> in omnes provincias: ejus indicii, e quo salus oblata<sup>2</sup> esset omnibus, expertem esse neminem volui. 43. Itaque dico, locum in orbe terrarum esse nullum, quo in loco populi Romani<sup>3</sup> nomen sit, quin eodem perscriptum hoc indicium pervenerit. In quo ego tam<sup>4</sup> subito, et exiguo, et turbido tempore multa divinitus, ita ut dixi, non mea sponte, providi: <sup>5</sup> primum, ne qui posset tantum aut de reipublicæ<sup>6</sup> aut de aliquujus periculo meminisse, quantum vellet: deinde, ne cui liceret unquam reprehendere illud indicium,<sup>7</sup> aut temere creditum criminari: postremo, ne quid jam a me, ne quid ex meis commentariis quæreretur: ne aut oblivio mea, aut memoria, videretur nimia: ne denique aut negligentia turpis, aut diligentia crudelis putaretur. 44. Sed tamen abs te, Torquate, quæro, cum indicatus tuus inimicus<sup>a</sup> esset, et esset ejus<sup>8</sup> rei frequens senatus et recens memoria testis; tibi,<sup>9</sup> meo familiari et contubernali, prius etiam edituri fu-

CAP. XV. 18 C judicium. In septem Oxonn. MSS. deest relatum. H et ψ non habent tabulae. Mox, in σ concinerentur.—19 In C deest domi.—20 Franc. 1. divulgari, prob. Ern. Lamb. conjectit didi passim et perrulgari.—1 MSS. plerique et edd. vett. divisi: Lamb. e conjectura Memmij dimisi: Grut. e Ms. Erf. cum edd. seqq. emisi.—2 Oblatæ C: ablata χ.—3 Pro populi Romani C H rei; ψ, Pith. Dresd. reip. Mox, C præscriptum.—4 σ χ tum: Dresd. tamen.—5 Providi non est in χ.—6 Pro reipublica σ habet rerum. Post verba quantum vellet Pantagathus addi voluit sed quantum esset in re.—7 ψ judicium.—8 C cuius.—9 Huldric. conjectit cumque tibi. Pro meo in H χ

## NOTÆ

<sup>y</sup> Privata custodia] Id est, domi suæ. Consules et ceteri magistratus soliti erant commentarios scribere de iis quæ per suum magistratum gesta fuerant, et apud se conservare diligenter.

<sup>z</sup> Librariis] Librarii apud Romanos

dicebantur, qui libros transcribant, aut alio dictante epistolas exciebant.

<sup>a</sup> Tuus inimicus] Reprehendit Torquatum quod, cum Sulla, ut dicit, nominatus fuisset inter conjuratos, tacuerit.

erint indicium<sup>10</sup> scribæ mei, si voluisses, quam in codicem<sup>11</sup> retulissent; cum<sup>12</sup> videres aliter fieri, cur tacuisti? passus es? non mecum, aut cum familiari meo questus es?<sup>13</sup> aut, quoniam tam facile inveheris in amicos, iracundius ac vehementius<sup>14</sup> expostulasti? Tu, cum tua vox nunquam sit auditæ; cum, indicio<sup>15</sup> lecto, descripto, divulgato, quieveris, tacueris; repente tantam rem enuntiare<sup>16</sup> audeas? et in eum locum te deducas, ut ante, quan*m* me commutati indicii<sup>17</sup> coargueris, te summæ negligentiæ,<sup>b</sup> tuo judicio,<sup>18</sup> convictum esse fateare? xvi. 45. Mihi cujusquam salus tanti fuisse<sup>19</sup> ut meam negligenter? per me ego veritatem patefactam contaminarem aliquo mendacio? quenquam denique ego juvarem, a quo et<sup>20</sup> crudelis insidias in rem publicam factas, et in me potissimum consulem constitutas,<sup>1</sup> putarem? Quodsi jam essem oblitus severitatis et constantiæ meæ, tamne amens eram, ut cum literæ posteritatis causa repertæ sint, quæ subsidio oblivioni esse possent,<sup>2</sup> ego recentem putarem memoriam cuncti senatus commentario meo posse supercari? 46. Fero ego te,<sup>3</sup> Torquate, jamdudum, fero, et nonnunquam animum, incitatum ad ulciscendam<sup>4</sup> orationem tuam, revoco ipse et reflecto. Permitto aliquid iracundiæ tuæ,<sup>5</sup> do adolescentiæ, cedo<sup>6</sup> amicitiæ, tribuo parenti: sed, nisi tibi<sup>7</sup>

---

*modo.* H omittit et ante contub.—10 C H, et al. cum Junt. Lamb. Græv. edituri *ind. fuerint*.—11 Pro codicem H codicem dicere;  $\sigma\chi$  in eo dicere;  $\psi$  codice dicere; Ven. 1480. et 1483. in eo codice.—12  $\sigma$  tum. In H S  $\sigma\chi$ ; Dresd. deest cur ante tacuisti.—13 Pith. non agnoscit verba questus es.—14 Irac. ac veh. e Ms. Dresd. receperunt Ern. Beck. Schutz. et Orell. Alii irac. aut veh. Pro expostulasti in  $\sigma$  expoliasti.—15 C judicio. Mox,  $\psi$  vulgato.—16 H renuntiare. Pro audeas, quod in S  $\sigma\chi$   $\psi$  deest, in Pith. legitur vel. Ante te deducas Pith. addit. cum.—17 C S judicii.—18 Indicio S  $\chi$  et pauci alii cum Ven. 1483. et Græv. Pro convictum in ed. Hervag. conjunctum.

CAP. XVI. 19 Hervag. fuisse.—20 Edd. nonnullæ omittunt et ante crudelis.—1 Constitutas auctoritate Ms. Erf. addidit Gruter. quem Ern. Oliv. Lall. Beck. Schutz. et Orell. secuti sunt. Omnes alii MSS. et ed. omittunt. Mox in C et Barb. Qui sijam essem.—2 Possint C H  $\sigma$ : possunt  $\chi$ .—3 In H deest te.—4 C et H ulciscendum.—5 C non habet tue.—6  $\sigma$  credo: Ern. conjectit concedo legend.—7 In Franc. 1. ni tibi. Pro tute, quod habent C H T  $\psi$ , Erf.

## NOTÆ

<sup>b</sup> Summae negligentia] Quod autem ma Torquati fuit negligentia. tacenerit de indicio commutato, sum-

aliquem modum tute constitueris, cogenitum oblitum me nostræ amicitiae, habere rationem meæ dignitatis. [p. 176.] Nemo unquam me tenuissima suspicione<sup>8</sup> perstrinxit,<sup>c</sup> quem non præverterim.<sup>c</sup> Sed mihi hoc<sup>9</sup> credas velim: non iis libentissime soleo respondere, quos mibi videor<sup>10</sup> facillime posse superare. 47. Tu, quoniam minime ignoras consuetudinem dicendi meam, noli hac nova lenitate<sup>11</sup> abuti mea: noli aculeos orationis meæ, qui reconditi sunt, excusso arbitrari: noli id putare omnino a me esse amissum,<sup>12</sup> si quid est tibi remissum atque concessum. Cum illæ valent<sup>13</sup> apud me excusationes injuriæ tuæ, iratus animus tuus, ætas, amicitia nostra; tum nondum, statuo, te virium satis habere, ut ego tecum luctari<sup>14</sup> et congregandi debeam. Quodsi essem<sup>15</sup> usu atque ætate robustior; essem idem, qui soleo, cum sum lacesitus. Nunc tecum sic agam, tulisse ut potius injuriam, quam retulisse gratiam<sup>16</sup> videar. xvii. 48. Neque vero, quid mihi irascare, intelligere possum. Si, quod eum defendo, quem tu accusas; cur<sup>17</sup> tibi quoque ipse non succenso, qui accuses<sup>18</sup> eum, quem ego defendo? Inimicum, inquis, accuso meum. Et amicum ego defendo meum.<sup>19</sup> Non debes tamen quenquam in<sup>20</sup> coniurationis quæstione<sup>d</sup> defendere. Immo nemo magis eum, de quo

<sup>c</sup> Vocavit in tenuissimam suspicionem.

<sup>d</sup> Causa.



Grut. et edd. seqq., in C legitur *in te*, in Barb. *vite*, in omnibus aliis MSS. et edd. *ritæ*. J. F. Gronov. ascriperat *iræ*.—8 Lamb. *me ne tenuiss.* quidem *susp.* Mox, *perverterim* C H T ψ, Ven. 1480. Junct. Lamb. Post *præverterim* Erf. addit. ac *perfregerim*, pro quo Grut. mavult *peregerim*. Rubenins e suis MSS. eruit, *non pertulerim* (quod in *perculerim* mutat) ac *perfregerim*.—9 H *haec*. Pro *iis* in ed. Hervag. *his*.—10 C *video*.—11 ψ *nimia lén.* & χ *nova levitate*.—12 Omissum MSS. plerique et edd. ante Grut. qui cum edd. seqq. anctoritate MS. Erf. dedit *anissum*. Mox, χ *rem.* atque *commissum*.—13 C et ς *valeant*.—14 H *ego tibi luct*.—15 H *Quid si essem*.—16 Voce *gratiam* deleri maluit Lamb.

CAP. XVII. 17 Pro cur C, Dresd. Franc. 1. 2. et ed. 1472. habent *quid*, prob. Græv.—18 Schutz. e conjectura *accusas*. Mox, in C deest *ego*.

#### NOTÆ

<sup>c</sup> *Præverterim*] Nemo perstrinxit non respondendo superaverit. Ciceronem aliqua suspicione, quem

nihil<sup>i</sup> est unquam suspicatus, quam is, qui de aliis multa cogitavit.<sup>j</sup> Cur dixisti testimonium in alios? Quia<sup>k</sup> coactus.<sup>l</sup> Cur damnati sunt? Quia creditum est.<sup>m</sup> Regnum est, dicere in quem velis, ac defendere<sup>n</sup> quem velis. Immo servitus est, non dicere in quem velis, ac defendere quenam velis. Ac, si considerare cœperis, utrum magis mihi hoc necesse fuerit facere, an istud<sup>o</sup> tibi; intelliges, honestius te inimicitiarum modum<sup>p</sup> statuere potuisse, quam me humanitatis. 49. At vero<sup>q</sup> cum honos agebatur amplissimus familiæ vestræ, hoc est, consulatus parentis tui, sapientissimus vir familiarissimis suis non succensuit pater tuas, cum Sullam et defenderent et laudarent. Intelligebat,<sup>r</sup> hanc nobis a majoribus esse traditam disciplinam, ut nullius amicitia ad propulsanda pericula impediremur. Et erat huic judicio longe dissimilis illa contentio.<sup>s</sup> Tum, afflito<sup>t</sup> P. Sulla, consulatus vobis pariebatur, sicuti partus est: honoris erat certamen: eruptum<sup>u</sup> repetere vos clamitabatis, ut victi in Campo,<sup>v</sup> in foro vinceretis. Tum qui

<sup>i</sup> Finem.<sup>j</sup> Condemnato.

---

19 Dresd. meum omittit.—20 H non habet præpositionem *in*.—1 Pro nihil C habet *nimir*. Tum vocem *unquam* omitunt MSS. plerique et edd. ante Grut. qui eam inserunt cum edd. seqq. auctoritate Ms. Erf. In Dresd. legitur *nihil est suspicutum*. Pro *is* ψ *id*.—2 *Erecgilavit* Ven. 1483. cognovit Lamb. et margo Dresd.—3 Verba *in alios* et *Quia non sunt in x*. Huldric. conjectit *coactus sum* legend.—4 Ms. Henr. Steph. *ac non def.* ut Sylvins et Ursinus conjecterunt. Franc. I. Lamb. Grav. Beck. Schutz. et Orell. *ne* *def.* Ceteri *ac def.* Mox. Ms. Bergeri *quem nolis*. Dein, C *At si cons.*—5 MSS. plerique et edd. ante Gint. non habent *istud*.—6 MSS. plerique et edd. ante Lamb. *An vero*. In σ et Ms. Memmian. *An vero*, quod recepit Lamb. et edd. seqq. Si *An* legatur, Lamb. et alii maluerunt *non ante succensuit deleri*. Mox, σ *agebat ampl. fam. nostra*. Verba *hoc est*, *cons. pur. tui* Schintzio suspecta sunt. Dein C *familiarissimis*.—7 C σ *Intelligebant*. Pro a ante *majoribus* in σ legitur *et*.—8 X *Afflictio*. Mox C *periebatur*. Pro *sicuti*

## NOTÆ

<sup>d</sup> *Coactus*] Reipublicæ periculo coactus testimonium dixit.

<sup>e</sup> *Creditum est*] Testimonio Ciceronis creditum est, ideoque conjurati damnati sunt.

<sup>f</sup> *Illa contentio*] De consulatu contentionem significat.

<sup>g</sup> *Ereptum*] Consulatum sibi eruptum Sullæ largitione dicebat Torquatus.

<sup>h</sup> *In Campo*] In Campo Martio videlicet suffragiorum multititudine vicitus est Torquatus, sed vicit in foro, ubi Sulla condemnatus est.

contra vos pro hujus salute pugnabant, amicissimi vestri,<sup>10</sup> quibus non irascebamini, consulatum vobis eripiebant, honori vestro<sup>11</sup> repugnabant, et tamen id<sup>12</sup> inviolata vestra amicitia, integro officio, veteri exemplo, atque instituto optimi cujusque faciebant. XVIII. 50. Ego vero quibus ornamenti adversor tuis? aut cui dignitati vestræ repugno? Quid est, quod jam ab hoc<sup>13</sup> expetas? honor ad patrem,<sup>i</sup> insignia honoris<sup>k</sup> ad te delata sunt.<sup>14</sup> Tu, ornatus<sup>15</sup> exuvii hujus, venis ad eum laerandum, quem interemisti: ego jacentem et spoliatum defendo et protego. Atque hic tu et reprehendis me, quia defendam,<sup>16</sup> et irasperis. Ego autem non modo tibi non irascor, sed ne reprehendo<sup>17</sup> quidem factum tuum. Te enim existimo tibi statuisse, quid faciendum putares, et satis idoneum officii<sup>18</sup> judicem posuisse.

51. At accusat C. Cornelii filius,<sup>l</sup> idemque valere debet, ac si pater indicaret. O patrem Cornelium sapientem!<sup>m</sup> qui, quod præmii<sup>n</sup> solet esse in indicio,<sup>19</sup> reliquerit; quod turpitudinis<sup>20</sup> in confessione, id per accusationem filii suscepit. Sed quid est tandem, quod indicat per istum

\*\*\*\*\*

in C si certi.—9 H non habet *eruptum*. Pro *repetere* χ repente.—10 ψ amic. vivi.—11 σ hon. nostro.—12 In ed. Car. Steph. *id* omittitur.

CAP. XVIII. 13 MSS. nonnulli, cum Lamb. Grut. Oliv. Lall. *ab eo*. Tum *expectas* Dresd. Pith. Barb. quinque Oxon. MSS. Ven. 1480. 1483. Junt. Oliv. —14 Pith. caret sunt.—15 H *oneratus*. Pro *exuvii hujus* C *eriminis* (*sic*); H σ χ ψ *erumnis*; Pith. *eripius*; Franc. 2. *exumnis*; S T et edd. ante Grut. *ærumnis*.—16 Ern. conjectit *qui def.*—17 In C H T σ χ, Franc. 1. *sed neque repr.*—18 Post *officii* Erf. addit *tui*. Pro *judicem* in χ *indicem*. Lamb. 1566. e conjectura, *judicem posui te*: Gulielm. legi maluit *judicem fuisse*. Paulo post, prænomen ante Cornelii omittunt H S T χ ψ, Franc. 1.—19 C H σ χ, Ven. 1483. Crat. *in judicio*. Græv. auctoritate Ms. Pith. delevit præpositionem, quæ abest etiam ab uno Paris.—20 C *turpitudini*. Mox, C H S χ

#### NOTÆ

<sup>i</sup> *Honor ad patrem*] Sullæ consulatus ad patrem Torquati delatus est.

<sup>k</sup> *Insignia honoris*] Filium ornat patris consulatus.

<sup>l</sup> *C. Cornelii filius*] Cornelius ille immissus fuit ab Antronio ad Ciceronem consulem interficiendum.

<sup>m</sup> *Sapientem*] Ironia. Neque enim probabile est Cornelium rem per si-

lum voluisse indicare, quia non in indicii præmium accepisset, sed dedecus sibi comparasset.

<sup>n</sup> *Quod præmii*] In conjuratione Catilinæ senatus indicibus præmia decrevit, servis libertatem et sestertia centum; libero cuilibet ejus rei impunitatem, et sestertiiorum ducenta millia. Vide Sallustium.

puerum Cornelius? Si est causa<sup>1</sup> mihi ignota, cum Hortensio<sup>2</sup> communicata; respondeat Hortensius. Sin tu ait illum comitatum Autronii et Catilinæ, cum in Campo, consularibus comitiis,<sup>3</sup> quæ a me habita sunt, cædem facere voluerunt; Autronium tum in Campo vidimus: et, quid<sup>4</sup> dixi vidisse nos? Ego vidi: vos enim tum,<sup>5</sup> judices, nihil laborabatis,<sup>6</sup> neque suspicabamini. Ego tectus præsidio firmo amicorum, Catilinæ tum et Autronii copias et conatum repressi. 52. Num quis<sup>7</sup> est igitur, qui tum dicat in Campum aspirasse<sup>8</sup> Sullam? [p. 177.] Atqui si tum se cum Catilina societate sceleris conjunxerat, cur ab eo discedebat? cur cum Autronio non erat? cur in pari<sup>9</sup> causa non paria signa reperiuntur criminis? Sed quoniam Cornelius ipse etiam nunc de indicando<sup>10</sup> dubitat, ut dicitis, informat adhuc adumbratum indicium filii;<sup>11</sup> quid tandem de illa nocte dicit,<sup>12</sup> cum inter falcarios<sup>13</sup> ad<sup>14</sup> M. Leccam,<sup>15</sup> nocte ea, quæ consecuta est posterum diem<sup>16</sup> Nonarum Novemb. me consule, Catilinæ denuntiatione<sup>17</sup> convenit?

\* Venisse.

\*\*\*\*\*

?

suscepit.—1 Nonnullæ edd., ut Gothofr. Lngd. 1588. sed est causa; ubi in marg. notatur, ‘Al. si est causa mihi ign., neque mihi cum Hort. comm.’ Pro cum C habet tamen. Post communicata ed. Junt. addit sit. Tum C H T χ respondet. Postea, sin ut ait C H T σ ψ, Pith. Franc. 1. 2. Ven. 1483. Crat. cum Oliv. Sin ut ait illo comitati Autronius et Catilina habet Manut. Sin dicens illum comitatum conjectit Schutz. Vid. Nott. Varr.—2 H eu, quid.—3 In σ et χ deest tum.—4 Laboratis C: laborabis χ, qui pro suspicabamini habet supplicabamini.—5 C Nam quis.—6 ψ cur impari. Mox, Lamb. criminis reperiuntur.—7 C judicando.—8 Nang. Manut. Lamb. Grut. Oliv. informat ad hoc adumbr. ind. filium: Junt. infirmat hoc adumbr. ind. filii. Ceteri ut Ern. nisi quod adhoc vel ad hoc habeant. In H et ψ desunt verba indicium filii. Vid. Nott. Varr.—9 Alii dixit. In ed. Manut. deest.—10 Pro ad nonnulli ap. Ursinum reponunt apud. Dein, alii Læcam.—11 In σ desunt verba posterum diem. Pro nonarum C T nonam; χ nomen novum; ψ non novit. Vocab. No-

#### NOTÆ

<sup>1</sup> Hortensio] Hortensius alter Sulæ patronus fuit.

<sup>2</sup> Consularibus comitiis] Consularia comitia sunt, in quibus consules creantur.

<sup>3</sup> Inter falcarios] Vicus Romæ falcarius dictus est, quod ibi plures

erant falcarii. De his diximus orat. i. in Catil. § 8. not.

<sup>4</sup> M. Leccam] In Leccæ domo nocturni conventus a conjuratis habebantur.

<sup>5</sup> Catilinæ denuntiatione] Apud Leccam conjuratos Catiliua convocavit,

quæ nox omnium temporum conjurationis acerrima fuit atque acerbissima. Tum Catilinæ dies exeundi, tum ceteris<sup>12</sup> manendi conditio, tum descriptio totam<sup>13</sup> per urbem cædis atque iucendiorum constituta est: tunc tuus pater, Corneli, (id quod<sup>14</sup> tandem aliquando confitetur) illam sibi officiosam<sup>1</sup> provinciam depoposcit,<sup>15</sup> ut, cum prima luce consulem salutatum venisset,<sup>16</sup> intromissus meo more et jure amicitiae, me in meo lectulo<sup>17</sup> trucidaret.

**xix.** 53. Hoc tempore, cum arderet acerrime conjuratio; cum Catilina egredeleretur ad exercitum; Lentulus in urbe<sup>18</sup> relinquiceretur; Cassius incendiis, Cethegus cædi præponeatur; Autronio,<sup>19</sup> ut occuparet Etruriam, præscriberetur; cum omnia ordinarentur, instituerentur, pararentur;<sup>20</sup> ubi fuit Sulla, Corneli? Num Romæ? immo longe abfuit. Num in iis regionibus,<sup>1</sup> quo se Catilina inferebat? multo etiam longius.<sup>x</sup> Num in agro Camerti,<sup>2</sup> Piceno, Gallico; quas oras maxime<sup>z</sup> quasi morbus quidam illius furoris pervaserat? nihil vero minus: fuit enim, ut jam<sup>3</sup> ante dixi, Neapoli: fuit in<sup>4</sup> ea parte Italiæ, quæ maxime ea suspicione earuit.

**54.** Quid ergo<sup>5</sup> indicat, aut quid affert, aut ipse<sup>6</sup> Cornelius, aut vos, qui ab eo hæc mandata de-

.....

rembris in χψ deest. Edd. vett. nonis, unde Ern. mavult nonas.—12 In T cum ceteris. Lamb. cum ... cum ... cum.—13 σ tota.—14 C idque.—15 Deposcit Pith. poseit χ.—16 Ern. solus edidit e conjectura venisset: omnes aliae edd. reniret. Pro intromissus χ introductus.—17 C H S T σ et edd. nonnullæ ante Lamb. lecto.

CAP. XIX. 18 σ urbem.—19 Idem Ms. Antonius.—20 C instituerent et par. Lamb. instruerentur, par.—1 MSS. nonnulli et edd. pr. cum Lamb. legionibus, prob. Grævio. Dein, referebat Hervag. Vici. Manut. Lamb.—2 C Carmeti. Mox, pro morbus in σ moribus.—3 Hervag. jam omittit.—4 Nonnulli

#### NOTÆ

apud quos multa de eorum ignavia conquestus est.

<sup>1</sup> Officiosam] Ironia: munus enim et officium interficiendi Ciceronis consulis suscepserat.

<sup>2</sup> Is regionibus [legionibus] Legiones comparatae fuerant a Manlio ad Fænulas contra rempul.

<sup>x</sup> Multo longius] Manlii legiones e.

rantic Etruria: P. vero Sulla Neapoli. σ Camerti] Camers oppidum est in Umbria.

<sup>z</sup> Oras maxime] A Catilinariis motus excitati sunt in Gallia, in Agro Piceno, Bruttio, Apulia. In Agrum Picenum Q. Metellus Celer, in Apuliam Metellus Creticus missus est: in Gallia erat jam Murena.

fertis? Gladiatores emtos esse,<sup>a</sup> Fausti simulatione,<sup>b</sup> ad cædem ac tumultum. Ita prorsus:<sup>c</sup> interpositi sunt gladiatores, quos testamento patris videmus deberi.<sup>d</sup> Arrepta est familia; quæ si esset prætermissa,<sup>e</sup> posset alia familia Fausti munus præbere.<sup>f</sup> Utinam quidem, hæc ipsa<sup>g</sup> non modo iniquorum invidiæ, sed et æquorum<sup>h</sup> expectationi satisfacere posset! Properatum<sup>i</sup> vehementer,<sup>j</sup> cum longe tempus muneris abisset. Quasi vero tempus dandi muneris non valde appropinquaret. Nec opinante Fausto,<sup>k</sup> cum is neque sciret, neque vellet, familia est comparata.

55. At literæ<sup>l</sup> sunt Fausti, per quas ille precibus a P. Sulla petit, ut emat gladiatores, et ut hos ipsos emat; neque solum ad Sullam missæ, sed ad L. Cæsarem,<sup>m</sup> Q.

---

omittunt præpositionem *in*.—5 C *Quod ergo*.—6 Idem Ms. *ipso*.—7 Edd. nonnullæ tollunt interpunctionem post *prorsus*.—8 C *testimonio patris*; et Junt. Lamb. *deberi ridemus*. Tum, pro *Arrepta* Ms. Henr. Stephani, Hervag. Cam. Lamb. habent *At empta*. Vid. Nott. Varr.—9 ‘Posset alia familia Faustus munus præbere mira Schutzii suspicio. Ceterum alia milii quoque corruptum videtur, et substituendum vel *publica*, vel *conducta*, vel nomen aliquod proprium lanistæ tunc temporis omnibus noti. Nimis scil. incertum est hoc *alia familia*.’ Orell.—10 *Invidia esset aq. C H T σ χ ψ*, Franc. Dresd. Ven. 1480. 1483. Jnnt. *invidiæ*, sed *aq. e* conjectura Lambini dedit Orell.

## NOTÆ

<sup>a</sup> *Emtos esse*] A Sulla Cornelius dicebat emtos esse gladiatores; sed hanc calumniam Cicero refutat, quia non ad cædem faciendam, sed ad testamentum persolvendum comparati sunt.

<sup>b</sup> *Fausti simulatione*] Fanstus, inquietabant, ludos simulavit, ut Sulla hic gladiatores emeret ad cædem faciendam. Lucius vero Sulla dictator ex uxore Metella filium suscepit, quem Fanstum; et filiam, quam Faustam nominavit.

<sup>c</sup> *Prætermissa*] Si non esset emta hæc gladiatorum familia, posset alia emi, quæ posset exhibere munus gladiatoriu, quod Faustus testamento patris debebat.

<sup>d</sup> *Hæc ipsa*] Ait gladiatorum familiam illam non esse pertimescen-

dam, cum vix possit satisfacere in Indis æquorum hominum expectatio- ni, quos Fanstus exhibere debebat.

<sup>e</sup> *Properatum vehementer*] Id dici- tur tanquam objectum ab adversario, quod nempe properavit Sulla in emendis illis gladiatoribus, quos vi- debatur potius emere ad faciendam cædem, quam ad celebrandum mu- nus, cuius tempus longe aberat.


<sup>f</sup> *Nec opinante Fausto*] Objectio altera adversariorum, quod nesciente Fausto hæc gladiatorum familia com- parata est.

<sup>g</sup> *Literæ*] Responsio ad objectio- nem.

<sup>h</sup> *Ad L. Cæsarem*] Is Cæsar M. Antonii, qui postea triumvir fuit, avun- enlus fuit.

Pompeium,<sup>i</sup> C. Memmum;<sup>k</sup> quorum de sententia tota res gesta est. At præfuit familiæ<sup>l</sup> Cornelius.<sup>12</sup> Jam si in comparanda familia suspicio est nulla; quod præfuit,<sup>13</sup> nihil ad rem pertinet. Sed tamen munere servili obtulit se ad ferramenta<sup>m</sup> prospicienda:<sup>14</sup> præfuit vero nunquam; eaque res per Balbum,<sup>15</sup> Fausti libertum, omni tempore administrata est.

XX. 56. At enim Cincius<sup>16</sup><sup>n</sup> est ab hoc in ulteriorem Hispaniam missus, ut eam provinciam perturbaret. Primum Cincius, judices, L. Julio,<sup>17</sup> C. Figulo consulibus,<sup>o</sup> profectus est aliquanto ante furorem Catilinæ, et ante<sup>18</sup> suspicionem hujus conjurationis: deinde est profectus non tum primum, sed cum in iisdem locis<sup>19</sup> aliquanto ante eadem de causa aliquot annos fuisset: ac profectus est non modo ob causam, sed etiam necessariam causam,<sup>20</sup> magna ratione<sup>p</sup> cum Mauritaniæ rege contracta. [p. 178.]



Pro æquorum in s e quorum.—11 *Præparat* χ: *præparant* C et s.—12 Lamb. e conjectura, cum Oliv. et Schutz. deleverunt Cornelius, ita ut intelligatur P. Sulla. Mox, in imperanda fam. C: in *præparanda fam.* H ψ: *imperanda fam.* S χ: in *paranda fam.* T. Ven. 1483. Crat. Steph. Lamb. Dein Ven. 1483. Junt. nulla suspicio est. Car. Steph. omittit vocem nulla.—13 χ *præfert*: C T s, Pith. Franc. 2. Dresden. *profert*.—14 Lamb. *perspicienda*, prob. Orellio. Schmitzus conjectit *obtulit sc ad ferramenta muneri servi prosp.* Orell. totum locum ut corruptum notavit. Tum C *profuit vero*.—15 C s χ, Pall. omnes et edd. ante Grut. cum Orell. Bellum. *Pro libertum in T liberatum.*

CAP. XX. 16 *Situs* Dresden. *Cicinus* Franc. 1. *Situs* ex Euf. et Pall. non nullis (qui habent *Siccins*) dederunt Beck. Schutz. et Orell. Vid. Cort. ad Sallust. Catil. c. 21.—17 *Pro Julio in C Publio*.—18 H T s χ, Ven. 1483. Junt. non habent ante.—19 C in hisdem locis. Mox, ψ aliquot annis.—20 H

## NOTÆ

<sup>i</sup> Q. Pompeium] Sullæ nepos ex filia fuit Pompeius.

quibusdam ferreis.

<sup>k</sup> C. Memmum] P. Sullæ privignus fuit Memmius.

<sup>n</sup> At enim Cincius] Alind crimen objectum Sullæ, quod nempe Cincius missus sit in Hispaniam ad eam perturbandam.

<sup>l</sup> At præfuit familiæ] Altera objec-

<sup>o</sup> L. Julio, C. Figulo consulibus] A. U. C. 689. anno ante Ciceronem eos.

<sup>m</sup> Ad ferramenta] Per ferramenta intelliguntur sica, gladii, aliaque armorum genera ferrea. Aliquando etiam sumuntur pro instrumentis

<sup>p</sup> Magna ratione] Magna ratione contracta, id est magno ære contracto; quod videlicet rex Mauritaniæ Hiempsal debebat Cincio. Mau-

Tum autem,<sup>1</sup> illo profecto, Sulla procurante ejus rem et gerente, plurimis et pulcherrimis P. Cincii prædiis venditis, æs alienum ejusdem<sup>2</sup> dissolutum est: ut, quæ causa<sup>3</sup> ceteros ad facinus<sup>4</sup> impulit, cupiditas retinendæ possessio-  
nis, ea Cincio non fuerit, prædiis deminutis.<sup>4</sup><sup>q</sup> 57. Jam  
vero illud quam incredibile! quam absurdum! qui Romæ  
cædem facere, qui hanc urbem inflammare vellet, eum<sup>5</sup>  
familiarissimum suum dimittere ab se, et mandare<sup>i</sup> in ult-  
imas terras!<sup>r</sup> utrum<sup>k</sup> quo facilius Romæ ea, quæ cona-  
batur, efficeret, si in Hispania turbatum esset?<sup>l</sup><sup>7</sup> At hæc  
ipsa<sup>s</sup> per se, sine ulla conjunctione, agebantur. An in  
tantis rebus,<sup>t</sup> tam novis consiliis, tam periculosis, tam tur-  
bulentis, hominem amantissimum sui, familiarissimum, con-  
junctissimum officiis, usu, consuetudine, dimittendum esse  
arbitraretur?<sup>9</sup> Verisimile non est, ut, quem in secundis  
rebus, quem in otio secum semper habuisset, hunc in ad-

<sup>h</sup> Conjunctionem.<sup>k</sup> An ut.<sup>i</sup> Mittere.<sup>l</sup> Si Hispania turbata esset.

ob necess. causam. Pro magna in T magistra. Ms. Memmian. magna pecunia ratione; unde Lambinus edidit magnæ pecuniae rationale. In Ms. Steph. et Ven. 1480. magna ratione pecunia, quod et Sylvins in aliis MSS. scriptum esse dicit. Quidam conjectit magna fenerazione.—1 H σ χ Tu autem. χ quoque illo prefecta. In C deest copula ante gerente. —2 T caret ejusdem. C T et Hervag. omittunt est post dissolutum. In H S σ χ dissolvisti.—3 Pro causa H et ψ exhibent etiam.—4 Al. diminutis.—5 Pro eum C T cum; Lamb. eum tum.—6 Ms. Henr. Stephani, cum Lamb. Beck. Schutz. et Orell. amandare. Pro terras χ partes: et pro utrum C H T σ χ, Pith. Barb. Ven. 1480. 1483. habent virum.—7 Lamb. e Pith. et MSS. suis edidit in Hispaniam turbatum issit.—8 Dresd. At ipse: ed. Med. At ipsa: Lallem. conjectit An hoc ipsa. Mox, Schutz. conjectit sine illa conjunctione: Lamb. legi maluit sine ulla coitione, vel sine ulla concitatione; Orell. sine ulla conjuratione. Tom Ven. 1483. Med. agebatur.—9 Lamb. e Ms. Henr. Steph. recepit

## NOTÆ

ritania autem ea pars est Africæ,  
quæ finitima est Hispaniæ juxta Ga-  
des.

<sup>q</sup> Deminutis] Vendita sunt a Sulla  
Cincii plurima prædia, quibus æs  
contractum dissoluntum est.

<sup>r</sup> In ultimas terras] Ulteriorem His-  
paniam, ultimas terras elate dicit;  
neque enim tunc erat ultima imperii

Romani terra Hispania.

<sup>s</sup> At hæc ipsa] Objicit quod quæ  
Sulla agere conabatur, per se solus  
efficiebat.

<sup>t</sup> An in tantis rebus] Respondet ve-  
risimile non esse, ut in rebus tam  
periculosis Cincium amicum suum  
abire a se permitteret.

versis,<sup>10</sup> et in eo tumultu, quem ipse comparabat, ab se dimitteret. 58. Ipse autem Cincius<sup>u</sup> (non enim mihi deserranda est causa amici veteris atque hospitis) is homo est, aut ea familia<sup>11</sup> ac disciplina, ut hoc credi possit, eum<sup>12</sup> bellum reipublicæ facere voluisse? ut, cuius pater, cum ceteri deficerent finitimi ac vicini, singulari extiterit<sup>13</sup> in rempublicam nostram officio et fide, is sibi nefarium bellum contra patriam suscipiendum putaret?<sup>14</sup> cuius æs alienum videmus,<sup>15</sup> judices, non libidine, sed negotii gerendi studio esse contractum; qui ita Romæ debuit, ut in provinciis et in regnis maximæ ei pecuniae deberentur; quas cum peteret, non commisit, ut sui procuratores quicquam oneris,<sup>16</sup> absente se, sustinerent; venire omnes suas possessiones, et patrimonio se ornatissimo spoliari maluit, quam ullam moram<sup>y</sup> cuiquam fieri creditorum suorum. 59. A quo quidem genere, judices, ego nunquam timui, cum in illa reipublicæ tempestate versarer. Illud erat genus hominum horribile et pertimescendum, qui tanto amore suas possessiones amplexi<sup>17</sup> tenebant, ut ab his membra divelli citius ac distrahi posse diceres. Cincius nunquam sibi cognitionem<sup>z</sup> cum prædiis esse<sup>18</sup> existimavit suis: itaque se

---

dimitt. a se arb. Verba Verisimile non est e conjectura delevit Lamb.—10  $\chi$  hunc et in advers.—11  $\varsigma$  ut ea fam. Pro ac ante discipl. H  $\varsigma$ , Ven. 1480. 1483. aut;  $\chi$  ut.—12 Pro eum  $\chi$  habet ut eum; C T cun; H tum. Pro reipublicæ Gulielm. maluit populo Romano. Dein, T voluisse. Pro cuius in C ejus.—13  $\varsigma$  singuli, et C extiterint. Tum T in republica nostra.—14 Huldrie. conjectit pularit.—15  $\varsigma$  vidimus.—16 Idem Ms. ut si proc. quidquam honoris.—17 Lamb. complexi.—18 In  $\chi$  deest esse.—19 Pro armis  $\varsigma$  animo. Mox, Hervag. vendicavit.

## NOTÆ

<sup>u</sup> *Ipse autem Cincius]* Probat nou probable esse Cincinum voluisse bellum inferre reipub. cum pater ejus, ceteris deficientibus in bello Italico, summa fide semper fuisse in rem pub.

<sup>x</sup> *Negotii gerendi]* Non contraxit æs alienum, effundendo in libidines patrimonium, sed in Hispania cum rege Mauritaniæ negotiando.

<sup>y</sup> *Ullam moram]* Mora dicitur in jure cessatio, frustratio, et improba dilatio. Maluit autem vendere suas possessiones, quam tempore constituto non solvere.

<sup>z</sup> *Nunquam sibi cognitionem, &c.]* Cincius' prædia sua nunquam ita amavit, quin a se, quando opus fuit, alienaret.

non modo ex suspicione tanti sceleris, verum etiam ex omni hominum sermone, non armis,<sup>19</sup> sed patrimonio suo vindicavit.

**xxi.** 60. Jam vero, quod subjicit,<sup>20</sup> Pompeianos<sup>a</sup> esse a Sulla impulsos, ut ad istam conjurationem et<sup>b</sup> ad hoc nefarium facinus accederent;<sup>c</sup> id cuiusmodi sit, intelligere non possum. An tibi Pompeiani conjurasse videntur? quis hoc unquam dixit? aut quæ fuit istius rei vel minima suspicio? Disjunctis, inquit,<sup>d</sup> eos a colonis,<sup>e</sup> ut hoc dissidio,<sup>f</sup> ac dissensione facta, oppidum in sua potestate posset et Pompeianos habere. Primum, omnis Pompeianorum colonorumque dissensio, delata ad patronos<sup>g</sup> est, cum jam inventasset, ac multos annos esset exagitata:<sup>h</sup> deinde ita a patronis res cognita est,<sup>i</sup> ut nulla in re a ceterorum<sup>j</sup> sententiis Sulla dissenserit: postremo coloni ipsi sic intelligunt, non Pompeianos a Sulla magis, quam sese<sup>k</sup> esse defensos. 61. Atque hoc,<sup>l</sup> judices, ex hac frequentia colonorum,<sup>m</sup> honestissimorum hominum, intelligere potestis; qui adsunt, laborant: hunc patronum, defensorem, custodem illius coloniae, si in omni fortuna, atque in<sup>n</sup> omni honore in-

\* Djudicata est.

\*\*\*\*\*

**CAP. XXI.** 20 *Subicit C: objectit S: objicit H σ χ*, Dresd. Pith. Barb. Ms. Lamb. Ven. 1480. et 1483.—1 χ caret copia et. H non habet *hoc*.—2 σ accederent. Pro cuiusmodi in χ ejusmodi.—3 Pro *Disjunctis*, inquit χ habet inquam.—4 Al. *discidio*.—5 *Excogitati C H S T: excogitata σ χ*.—6 T quam a sese. In H deest esse.—7 χ hæc.—8 MSS. pauci et edd. ante Grav. non ha-

#### NOTÆ

<sup>a</sup> Pompeianos] Refutat Pompeianos a Sulla inductos fuisse ad conspirandum. Pompeii porro oppidum fuit in ora Campaniae apud Sarnum fluvium, prope Neapolim.

<sup>b</sup> A colonis] A veteribus civibus ejus oppidi disjunctisse novos colonos dicebant adversarii, ut eos in sua potestate Sulla haberet.

<sup>c</sup> Ad patronos] Refutat Cicero objectam Sulla's columnam, aitque rem totam delatam esse ad triumviros, qui eam coloniam deduxerunt, qui-

que illud oppidum subjecerunt populo Rom. Sie Marcellus Siciliae, Cato Hispaniae patroni fuerunt, a quibus illæ gentes domitæ sunt.

<sup>d</sup> Ceterorum] Qui nempe patroni erant, e quibus erat Sulla.

<sup>e</sup> Frequentia colonorum] Legati publice missi fuerant a Pompeianis et colonis ad istud judicium cum Sulla laudatione; qui mos ab omnibus provinciis observabatur, quoties eorum patroni vel magistratus in judicio periclitabantur.

columem habere non poterunt, in hoc tamen casu, quo afflictus jacet, per vos tutari conservarique cupiunt. Adsumt pari studio Pompeiani, qui ab illis etiam in crimen vocantur; qui ita de ambulatione<sup>10 f</sup> et de suffragiis suis cum colonis dissenserunt, ut idem de communi salute sentirent. 62. Ac ne<sup>11</sup> hæc quidem P. Sullæ mihi videtur silentio prætereunda esse<sup>12</sup> virtus, quod, cum ab hoc illa colonia deducta sit, et cum commoda colonorum a fortunis Pompeianorum reipublicæ<sup>13</sup> fortuna disjunxerit,<sup>g</sup> ita carus utrisque est atque jucundus, ut non alteros demovisse,<sup>14 h</sup> sed utrosque constituisse videatur.

XXII. At enim<sup>15</sup> et gladiatores,<sup>j</sup> et omnis ista vis, rogationis<sup>k</sup> Cæciliae causa comparabantur:<sup>16</sup> [p. 179.] atque in



bent præpositionem *in*.—9 *s conservari*, sine copula: Ald. Crat. Lamb. Grut. Græv. Oliv. Lall. *conservareque*.—10 *Ambitione* χ, ed. Mediol. Junt. Lamb. Vid. Nott. Varr.—11 Oliv. solus *At ne*. Pro *hæc* in C H T, Dresd. *hoc*.—12 *ς est*. In Dresd. deest.—13 Junt. Naug. Cam. Lamb. et Orell. *populi Romani*. Ceteri R. P. vel *reipublicæ*. Pro *disjunxerit* C H S *ς χ*, Barb. Pith. Dresd. Frane. I. 2. et edd. ante Grut. *diviserit*: nonnulli Pall. *dimeris*erit; alii *dijusserit*. Ceteri *dijunxerit* aut *disjunxerit*. Garaton., si quid mutandum fuerit, maynlt *dejunxerit*.—14 Al. *dimerisse*. Mox, *ς videantur*.

CAP. XXII. 15 *Enim non est in T.*—16 C *Cacilii causa comparabatur*.

#### NOTÆ

<sup>f</sup> *De ambulatione [ambitione]* Per ambitionem, magistratum petitum significat.

<sup>g</sup> *Reipublicæ fortuna disjunxerit [populi Rom. fortuna diviserit]* Populi Rom. fortuna fecit, ut Romani videntes essent, et Pompeiani parte agri mulctarentur.

<sup>h</sup> *Alteros demovisse*] Id est, Pompeianos agri parte abire coegerisse.

<sup>i</sup> *At enim et gladiatores*] Alind crimen, quod Cæciliū adjuverit ferentem rogationem pro ambitu, sive de restituendo Sullam in consulatum.

<sup>k</sup> *Rogationis*] Rogatio lex erat nondum a populo probata, sed ad cognoscendum et probandum proposita sub hac formula, ‘Velitis, jubeatis, Quirites.’ A C. Cassio, tribuno ple-

bis, C. Mario, et L. Flacco coss. A. U. C. 554. lex lata est, ‘ut quem populus damnasset, enive imperium abrogasset, in senatu ne esset.’ Contra hanc legem L. Cæcilius, tribunus plebis, postea intercessit, quia contra Cæciliū fratrem suum ab infesto tribuno plebis Cassio lata erat. Q. enim Cæilio, re in Cimbros male gesta, imperium consulaire erat abrogatum: arguebat ergo Sullam Torquatus, quasi et ipse damnatus de ambitu, una cum L. Cæcilio contra legem eam, et contra rempub. rogationem illam adjuvisset. Sed utrumque Cicero excusat ab eventu, nihil pertinaciter neque Cæciliū, neque Sullam, aut contra tempub. intercessisse, aut fecisse tollenda lege.

hoc loco in L. Cæciliūm, pudentissimum atque ornatissimum virūm, vehementer invectus est:<sup>17</sup> cuius ego de virtute et constantia, judices, tantum dico; talem hunc in ista rogatione, quam prouulgavit,<sup>18</sup> non de tollenda, sed de levanda calamitate fratris sui, fuisse, ut consultum esse voluerit<sup>19</sup> fratri, cum republica<sup>20</sup> pugnare noluerit; prouulgari impulsus amore fraterno, destiterit fratris auctoritate deductus. 63. Atque in ea re per L. Cæciliūm Sulla accusatur, in qua re<sup>1</sup> est uterque laudandus: primum Cæcilius, \* qui id prouulgari, in quo res judicatas videbatur voluisse rescindere, ut statueretur:<sup>1</sup> Sulla recte reprehendit.<sup>2</sup> Status enim reipublicæ maxime judicatis<sup>3</sup> rebus continetur. Neque ego tantum fraterno amori<sup>m</sup> dandum<sup>4</sup> arbitror, ut quisquam de salute<sup>s</sup> suorum consulat, communem relinquat. Nihil<sup>6</sup> de judicio ferebat: sed pœnam ambitus<sup>n</sup> eam<sup>7</sup> fere-



Tum atque hoc in loco Steph. atque hoc loco, sine præpositione, edd. aliæ ante Grut. cum Oliv. Lall. et Orell. In Dresd. legitur, *at hoc loco*. Pauli post, H S T  $\sigma$   $\chi$  et edd. ante Lamb. *prudentissimum*.—17  $\chi$  caret est.—18 Car. Steph. *prouulgarat*.—19 Græv. e Franc. I. 2. et ed. pr. recepit *ut consulere voluerit* ut conjecterat Gulielm. Pro *consultum* C S  $\sigma$   $\chi$ , Pitt. Dresd. Barb. Pall. et Ven. 1480. *consul*: et *pro voluerit* H *noluerit*.—20 Edd. ante Lamb. cum Verburg. et Oliv. *tamen cum republ.* Lamb. *cum republ.* *tamen*. Ceteri *tamen* omittunt. Mox in  $\sigma$   $\chi$  *prouulgavit*.—1 Pro re C habet *rep.*  $\chi$  *re p.*—2 Ms. Bergeri, *In qua re est utique laudandus per eum Cæcilius qui si prouulgavit: in quo res judicatas videbatur voluisse rescindere: restituueretur Sylla recte reprehendis.* Lamb. edidit, *primum Cæcilius, qui fratris calamitatem levare pœna legis mitiganda voluerit, laudem meretur: deinde Cæcilius, qui id prouulgavit, in quo res judicatas videbatur voluisse rescindere, ut Sulla restituueretur, Sulla recte reprehendit.* Ferratius Epp. p. 297. ita corrixit, *primum Cæcilius, qui laboraverat, ut frater restituueretur; deinde Cæcilius, qui id prouulgavit, in quo res jud. vid. vol. resc.* Sulla recte *repr.* In C deest *Cæcilius*. Loco prouulgari H et  $\psi$  habent *prouulgaret*; C S T  $\sigma$   $\chi$ , Franc. I. Dresden. *prouulgare*. Pro *ut statueretur* Ms. Ursini *ut tueretur*: unde Lall. conjectit *ut fratrem tueretur*, et Garaton. *ut re tueretur*: in ed. Nang. *ut restituerentur*. Franc. 2. et ed. 1472. *ut statueret Sulla recte repr.* Amicus quidam Ursini conjectit *in fratre tum Sulla, qui de se reprehenderit*. Vid. Nott. Varr.—3  $\sigma$  *indicatis*.—4 Idem Ms. *landandum*.—5 Quidam conjecterunt *dum saluti*.—6 Pto Nihil T habet *Inde*; Lamb. *Atqui nihil*; Ferratius conjectit *Nihil tamen*. C H S  $\sigma$   $\chi$  omittunt *præpositiōne* *ante judicio*.—7 Pro *eam*  $\chi$  *ipse*. Pro *cam* ferebat Lamb. et Orell. anc.

## NOTÆ

<sup>1</sup> *Ut statueretur*] Id est, ut res judicatae, et legibus sanctis, ne irritarentur.

<sup>m</sup> *Fraterno amori*] Sulla Cæciliūi fra-

ter fuit, vel quia ex eadem matre nati sunt, vel quia alterius sorori nupserat.

<sup>n</sup> *Sed pœnam ambitus*] Tulit legem

bat, quæ fuerat nuper<sup>8</sup> superioribus legibus constituta. Itaque hac rogatione, non judicum sententiam,<sup>9</sup> sed legis vi-  
tium corrigerbat. Nemo judicium reprehendit cum de poena  
queritur,<sup>10</sup> sed legem; damnatio enim est judicium,<sup>11</sup> quæ  
manebat; poena legis, quæ levabatur.<sup>12</sup> 64. Noli igitur  
animos eorum ordinum,<sup>o</sup> qui præsunt judiciis summa cum  
gravitate et dignitate, alienare a causa. Nemo labefactare  
judicium est conatus: nihil est ejusmodi promulgatum.  
Semper Cæcilius in calamitate fratris sui judicum<sup>13</sup> po-  
testatem perpetuandam, legis<sup>14</sup> acerbitatem mitigandam  
putavit. xxiii. Sed quid ego de hoc plura disputem?  
Dicerem fortasse, et facile et libenter dicerem. Si paulo  
etiam longius,<sup>p</sup> quam finis<sup>n</sup> quotidiani officii postulat, pietas  
et fraternus amor L. Cæcilium<sup>15</sup> protulisset;<sup>o</sup> implorarem  
sensus vestros;<sup>q</sup> uniuscujusque indulgentiam in suos testa-  
rer; peterem errato veniam L. Cæcilii<sup>16</sup> ex intimis vestris  
cogitationibus, atque ex humanitate communi. 65. Lex  
dies fuit<sup>r</sup> proposita<sup>17</sup> paucos; ferri copta nunquam: posita

<sup>n</sup> Honestas.<sup>o</sup> Prorexisset.

\*\*\*\*\*

toritate Ms. Memmian. dederunt auferebat. Verba sed poenam amb. eam fer. non sunt in H T.—8 Vocem nuper, Ernesto suspectam, delevit Schutz.—9 In s sententia.—10 Hervag. queritur.—11 ψ damnato, et C χ judicium.—12 H et ψ levabitur. Pro Noli Ern. conjectit Nemo legend.—13 T χ judicium.—14 Pal. 2. perpetuam quandam legis.

CAP. XXIII. 15 Franc. 1. 2. et ed. pr. L. Cælium. Dein T, Franc. 1. 2. et ed. pr. pertulisset: Gulielm. e Ms. Erf. maluit propulisset.—16 Schmitz. e suspicione Beckii delevit L. Cæcilii. Orell. uncis inclusit.—17 Pith. posita. Mox, pro ferri in Franc. 2. et ed. pr. fieri. In Franc. 1. 2. cæpta: nunquam est posita: Hervag. cæpta: nunquam pos. Loco posita Orell. e Ms. Erf. dedit depo-

## NOTÆ

C. Calpurnius Piso, consul cum M' Glabrone, ut ambitus damnati omni honoris petitione prohiherentur, certaque pecunia multerarentur. Ita Dio lib. xxvi. Novam huic poenam adjectit Cicero consul ex senatus auctoritate, ut exilium decem annorum adderetur.

<sup>o</sup> Eorum ordinum] Senatus et eques-  
ter ordo judicabant.

<sup>p</sup> Si paulo etiam longius] Id est, si Cæcilius fratris sui causa aliquantulum peccasset.

<sup>q</sup> Sensus restros] Obtestatur judi-  
ces, ut indicent quid sentirent, si es-  
sent in loco Cæcilii, et talen affec-  
tum erga fratrem haberent.

<sup>r</sup> Lex dies fuit] Jam Cæcilium non  
peccasse ostendit.

est in senatu; populum Romanum latuit. Cum in Capitolium nos<sup>3</sup> senatum convocassemus, nihil est actum prius: et id mandato<sup>18</sup> Sullae Q. Metellus prætor<sup>1</sup> se loqui dixit, Sullam istam rogationem<sup>19</sup> de se nolle ferri. Ex illo tempore L. Cæcilius multa de republica<sup>20</sup> egit: agrariae legi,<sup>4</sup> quæ tota a me reprehensa et abjecta est,<sup>5</sup> intercessorem<sup>x</sup> fore professus est: improbis largitionibus restitit: senatus auctoritatem nunquam impedivit; ita se gessit in tribunatu, ut, onere<sup>2</sup> deposito domestici officii,<sup>6</sup> nihil postea nisi de reipublicæ<sup>3</sup> commodis cogitarit. 66. Atque in ipsa rogatione, ne per vim quid ageretur,<sup>4</sup> quis tum nostrum Sullam aut Cæciliūm verebatur? nonne omnis ille terror,<sup>5</sup> omnis seditionis timor atque opinio, ex Autronii improbitate<sup>y</sup>

<sup>r</sup> Relicta cura rei domesticæ.



sita, prob. Gulielm. Lamb. proposita. Post latuit in ed. Hervag. comma ponitur. ‘Populum Romanum latuit] Magna hic est lectt. varietas. Franc. 2. ed. pr. 1472. et Ven. 1480., omissis his tribus verbis, habent relaturi cum in Cap. Pith. rel. lati cum in Cap. Barb. rel. lat. . . . reliquis literis exesis (ut fort. esset relaturi): C T senatu. relaturi cum in Cap. H senatum. rel. lateri cum in Cap. S senatu relateri, cum in Cap. σ χ senatu R. lateri cum in Cap. ed. Med. (præente Ven. 1480.) ferri cæpta: nunquam posita est in senatu: rogatio lata est: cum in Cap. ed. Vict. (s. Naug.) ferri cæpta, nunquam posita est in senatu, populum Romanum latuit. Grævius censuit verba posita est in senatu, et populum Romanum latuit spuria esse; Garatonus autem hæc omitti voluit, reliqua ita legi, deposita est in senatu, relaturi cum in Cap.’ Beck. Orellius auctoritate Ms. Teeg. ita dedit, senatu. Kalendis Januariis cum in Cap.—18 Pith. Lamb. Grav. et Orell. mandatu. Mox, pro prætor H, Dresd. Franc. 1. 2. pater.—19 Pro rogationem C T, Pith. cognitionem; σ χ cognationem. ‘Illa] Istam Ern. Beck. Schutz, errore typographicō, nam etiam Grut. illam.’ Orell. —20 Lamb. Schutz, et Orell. auctoritate dederunt e republ.—1 Ern. conjectit abjecta erat. Mox, Lamb. interc. se fore. Loco professus C H σ χ ψ, Pith. Dresd. Franc. 1. 2. ed. 1472. Med. Vict. habent perppersus.—2 C H T honore. —3 Lamb. e reipubl.—4 Ern. conjectit ageret vel agerent. Tum quis tamen nostrum MSS. nonnulli, Ven. 1483. Junt. Steph. Grut. Oliv. Lall. Beck. et Orell. quis tamen vestrum Crat. quis tandem vestrum Lamb. quis tum vestrum alii.—5 Verba omnis ille terror in edd. Mannt. et Lamb. omittuntur. In Ven. 1483. Hervag. Naug. legitur omnis terror ille. In T deest omnis ante

#### NOTÆ

<sup>4</sup> Nos] Consul fuit Cicero quo anno Cæcilius tribunus plebis fuit.

<sup>1</sup> Metellus prætor] Metellus Celer, post biennium, legitimo intervallo, cum Afranio consul fuit.

<sup>2</sup> Agrariae legi] Agrariam legem promulgaverat Rullus trib. pleb. con-

tra quam Cicero dixit.

<sup>x</sup> Intercessorem] Unius intercessio tribuni sufficiebat ad legem impediriendam, quam alii plures tribuni ferre voluissent.

<sup>y</sup> Ex Autronii improbitate] Autronius, damnatus ambitus, sperabat le-

pendebat? ejus voces, ejus minæ ferebantur: ejus aspectus, concursatio, stipatio, greges hominum perditorum, metum<sup>6</sup> nobis seditionesque afferebant. Itaque P. Sulla, hoc<sup>7</sup> importunissimo tum honoris,<sup>8</sup> tum etiam calamitatis socio atque comite, et secundas fortunas amittere coactus est, et in adversis sine ullo remedio atque allevamento<sup>9</sup> permanere.

**XXIV.** 67. Hic tu epistolam<sup>z</sup> meam sæpe recitas, quam ego ad Cn. Pompeium de meis rebus gestis et<sup>y</sup> de summa reipublicæ misi: et ex ea crimen aliquod in P. Sullam quæris: et, si furorem<sup>10</sup> incredibilem, biennio ante conceptum,<sup>x</sup> erupisse in meo consulato scripsi, me hoc demonstrasse<sup>s</sup> dicis, Sullam in illa fuisse superiore conjuratione.<sup>11</sup> [p. 180.] Scilicet is sum, qui existimem, Cn. Pisonem,<sup>b</sup> et Catilinam, et Vargunteium, et Autronium nihil scelerate, nihil audacter ipsos per sese sine P.<sup>12</sup> Sulla facere potuisse. 68. De quo etiam si quis dubitasset antea; num (id quod tu<sup>13</sup> arguis) cogitasset, imperfecto patre tuo, consule,<sup>c</sup> descendere<sup>d</sup> Kalendis Januariis<sup>14</sup> cum lictori-

<sup>z</sup> *Consulatus.*

<sup>y</sup> *Deminutione.*

<sup>s</sup> *Significasse.*

*seditionis.*—6 Pro metum Schutz. conjectit tumultum legend.—7 A Pith. abest hoc.—8 C allevamento.

**CAP. XXIV.** 9 Copula non est in C. Tum Teeg. cum Lamb. et Orell. de summa republica: Ven. 1483. de summa R. P.—10 *Ubi si fur.* Ms. Busbeq. et quia si fur. Pal. 1. et qui fur. Barb. Ven. 1480. Jntt. quia fur., omissis verbis et si, Pal. 5. unde Schutz. et Orell. dederunt et quia fur. *Pro furorem incredibilem* Thabet *incredibile.*—11 *H de me,* omissis verbis *hoc demonstr.* . . . *conjuratione.*—12 Prænomen P. in C et T deest.—13 *Quod non est in x, nec tu*

#### NOTÆ

gis beneficio, rem de se judicatam labefactari posse, aut pœnam ejus immuni.

<sup>z</sup> *Hic tu epistolam]* Objiebat Torquatus Sulla Ciceronis epistolam, quam ad Pompeium in Asia scripserrat, qua eum monebat de tota conjuratione, in eaque Sullam inter conjuratos nominari.

<sup>x</sup> *Biennio ante conceptum]* Duobus annis ante Ciceronis consulatum, pri-

ma Catilinea conjuratio facta est.

<sup>b</sup> *Cn. Pisonem]* Cotta et Torquato coss. cum Catilina et Autonio Piso conjuraverat.

<sup>c</sup> *Interfecto patre tuo, consule]* In priore conjuratione L. Torquatum et Cottam, cum consulatum inirent, interficere statuerant, et hunc per vim invadere.

<sup>d</sup> *Descendere]* Omnes fere viri nobiles in collibus habitabant; quare

bus?<sup>e</sup> Sustulisti hanc suspicionem, cum dixisti, hunc, ut Catilinam consulem efficeret, contra patrem tuum operas<sup>f</sup> et manum<sup>g</sup> comparasse. Quod si tibi ego confiteor,<sup>h</sup> tu mihi concedas necesse est, hunc, cum<sup>i</sup> Catilinæ suffragaretur, nihil de suo consulatu, quem judicio amiserat, per viu recuperando cogitavisse:<sup>j</sup> neque enim istorum facinorum tantorum, tam atrocium, crimen, judices, P. Sullæ persona suscepit.<sup>k</sup>

69. Jam enim faciam,<sup>l</sup> criminibus omnibus sere dissolutis,<sup>m</sup> contra atque in ceteris causis fieri solet,<sup>n</sup> ut nunc denique de vita hominis ac de moribus dicam. Etenim de principio<sup>o</sup> studuit animus occurrere magnitudini criminis,<sup>p</sup> satisfacere expectationi hominum; de me aliquid ipso,<sup>q</sup> qui accusatus eram, dicere: nunc jam revocandi estis eo, quo vos ipsa causa, etiam facente me, cogit animos<sup>r</sup> mentesque convertere. xxv. Omnibus in rebus, judices, quæ graviores maioresque sunt, quid quisque voluerit, cogitarit, admiserit, non ex crimen, sed ex moribus ejus, qui arguitur, est ponderandum. Neque enim potest quisquam<sup>s</sup> nostrum subito fingi, neque cajusquam repente vita mntari,



in 5.—14 C T Kalendas Januarias.—15 Franc. 1. operam.—16 Gothofred. et Lamb. confitebor.—17 Pto cum C et 5 tu.—18 χ recogitarisse.—19 Franc. 1. suscepit.—20 T Jam ego fac.—1 C soleret.—2 Lamb. et Schutz. a princ. Mox, C criminis.—3 De me aliquid, et de ipso edd. pleraque ante Grut. de me aliquid de ipso sex Oxoni. MSS. Barb. Franc. 1. 2. Ven. 1480. de me aliquid ipso Erf. Grut. et edd. seqq. Dein accus. erat C H T. Barb. Franc. 1. 2. Ven. 1480. et al. accus. est 5, Hervag. Nang. Manut. Lamb. accusator est Ms. Henr. Stephani: accusatus eram ex Erf. dedit Grut. cum edd. seqq.—4 Olim legebatur cogit, animis. Pro cogit . . . Onanibus, C aut omnibus; H cogit omnibus cum spatio; S 5 χ cogit animis omnibus; ψ cogit unimus omnibus.

## NOTÆ

cum veniebant, descendere in forum dicebantur.

<sup>e</sup> Cum lictoribus ] Consules, quia fuerant designati, lictores habebant.

<sup>f</sup> Operas et manum] Per operas et manum, servitia et ministeria, sive servos et ministros, sive satellites intelligit.

<sup>g</sup> Dissolutis] Postquam respondit

ad argumenta quæ contra Sullam objecta sunt, de illius jam vita et moribus agit.

<sup>h</sup> De principio] Ut de improviso, ita de principio dicuntur.

<sup>i</sup> Magnitudini criminis] Statuit ostendere Sullam non fuisse in hac coniuratione.

aut natura converti.<sup>6</sup> 70. Circumspicite paulisper mentibus vestris, ut alia omittamus, hosce ipsos homines, qui huic affines sceleri<sup>7</sup> fuerunt. Catilina contra rempublicam conjuravit. Cujus aures unquam hoc respuerunt conatum<sup>8</sup> esse hominem usque a pueritia non solum intemperantia et scelere, sed etiam consuetudine et studio<sup>9</sup> in omni flagitio, stupro, cæde versatum? Quis eum contra patriam pugnantem periisse miratur,<sup>10</sup> quem semper omnes ad civile latrocinium<sup>11</sup> natum putaverunt? Quis Lentuli<sup>12</sup> sociates cum indicibus,<sup>13</sup> quis insaniam libidinum, quis perversam atque impiam religionem recordatur, qui illum aut nefarie cogitasse, aut stulte sperasse<sup>14</sup> miretur? Quis de C. Cethego, atque ejus in Hispaniam profectione,<sup>15</sup> ac de vulnere Q. Metelli Pii cogitat, cui non ad illius poenam carcer ædificatus<sup>16</sup> esse videatur? Omitto ceteros, ne sit infinitum.<sup>17</sup>

71. Tantum a vobis peto, ut taciti de omnibus, quos conjurasse cognitum est, cogitetis: intelligetis,<sup>18</sup> unumquemque illorum prius a sua vita, quam nostra suspicione esse damnatum. Ipsum illum Autronium (quoniam ejus nomen finitimum<sup>19</sup> maxime est hujus periculo et criminis) non<sup>20</sup>

<sup>1</sup> *Conjurationi.*<sup>11</sup> *Cives occidentos.*<sup>2</sup> *Conjunctum.*

CAP. XXV. 5 H *cujusquam*.—6 ‘Post natura converti in Ven. 1480. est glossema, *Nemo repente sit summus, nemo repente turpissimus, haustum ex Juven. Sat. 11. 83.*’ Beck.—7  $\varsigma$  *sceleris*.—8 Ms. Ursini, Ven. 1480. Junt. *contaminatum*, et sic C supra lin. In CHS T  $\varsigma$   $\chi$ , Barb. Pith. deest usque.—9 Pro studio  $\chi$  *scelere*. Mox, C *flag. et stupro et cæde*. Pro *versatum* T *tum satum*; Erf. *grassatum*. Dein CHT  $\varsigma$  *Quis enim contra*.—10  $\chi$  *minatur*.—11 Pro *indicibus* T et Pith. *judicibus*; Lamb. *audacibus*.—12 *Aut nefarie aut stulte cogitasse* MSS. plerique et edd. ante Grut.—13  $\chi$  *ne sit in infin.* Franc. 1. *ne cui sit infin.* Post *infinitum* nonnullæ edd. comma ponunt, et seqq. his statim adjungunt. Pro *Tantum* in  $\chi$  *Tamen*. Paulo post, idem Ms. *tacite*.—14 CT  $\varsigma$   $\chi$  *Intelligitis*. Pro *illorum* H  $\chi$  *corum*.—15 Pro *non* in T *nam*. *Tum sua ante acta vita* Nang. Car. Steph. et Orell. *sua consuetudo ac vita* Junt. *sua consuetudo ac vita ante acta* Lamb. et Schutz. *sua consuetudine ac vita* H, Dresd.

## NOTE

<sup>1</sup> *Quis Lentuli*] Lentulus Sura primus fuit inter socios Catilinæ, et princeps occupandæ reipub.

<sup>1</sup> *In Hispanium profectione*] Cethegus profectus est in Hispaniam ad

Sertorium, qui contra patriam arma sumserat: quo in bello Metellus vulneratus est. Vide Catil. III.

<sup>16</sup> *Carcer ædificatus*] In carcere strangulatus est.

sua hæc vita convincit? semper audax, petulans, libidinosus:<sup>n</sup> quem in stuprorum defensionibus<sup>16</sup> non solum verbis uti improbissimis solitum esse scimus, verum etiam pugnis et calcibus;<sup>o</sup> quem exturbare homines e possessiōnibus, cædem facere vicinorum, spoliare fana sotorum, vi conatum<sup>17</sup> et armis disturbare iudicia, in bonis rebus omnes contemnere, in malis pugnare contra bonos, non reipublicæ cedere, non fortunæ ipsi succumbere. Hujus si causa non manifestissimis rebus<sup>18</sup> teneretur,<sup>y</sup> tamen eum mores ipsius ac vita convincerent. **xxvi. 72.** Agedum,<sup>19</sup> conferte nunc cum illis vitam P. Sullæ, vobis populoque Romano notissimam, judices, et eam ante oculos vestros proponite.<sup>20</sup> Ecquod<sup>1</sup> hujus factum aut commissum, non dicam audacius, sed quod cuiquam paulo minus consideratum videatur? Factum quæro?<sup>2</sup> verbum ecquod unquam ex ore hujus excidit, unde quisquam<sup>3</sup> posset offendii? At vero in illa gravi L. Sullæ victoria turbulentaque, quis P. Sulla mitior?<sup>p</sup> quis misericordior inventus est?<sup>4</sup> quam multorum hic<sup>s</sup> vitam est a L. Sulla deprecatus!<sup>q</sup> quam multi sunt

<sup>y</sup> *Probationibus convinceretur.*

*sua hac rita S x: sua ac vita s.* Denique, pro *convincit* in *s* *convirat*.—16 Panthagathus legi jussit detersionibus, ut est in Ms. Bergeri.—17 Lamb. et Schütz. deleverunt *conatum*. In C H T x, Barb. Ms. Ursini, Ven. 1483. Junt. *conatu*. Orell. locum esse corruptum censens, conjectit *coactis* legend.—18 Lamb. manef. in rebus. Mox, in C deest *ipsius*. Postea, C T et Steph. *convinceret*.

**CAP. XXVI. 19** *s Agendum*: Lamb. *Agitedum*. In S deest *conferte*. Postea, cum illius vitam C H S s, Dresd. Barb. et alii, Ven. 1480. 1483. Mediol. Steph. cum illius vita vitam Junt. Lamb. Grut. cum illis vita T.—20 *s* et Lamb. ponite.—1 C H x *Et quod*. Ita et paulo post in C.—2 Lamb. edidit minus considerate *vider*, *factum qu*, aut si *consideratum* *seretur*, *deleri* *vocab*. *factum jussit post vid*.—3 *Pro unde quisquam s habet in quo; x in quisquam*; Steph. *ut quisquam*; Junt. *unde vi quisquam*.—4 *Verba quis misericordior inventus est non agnoscent* MSS. et edd. ante Grut. qui ea inseruit auctoritate Ms. Erf. Vocem *quam* ante *multorum* Hervag. primus insernit ex Aul. Gel-

#### NOTÆ

<sup>n</sup> *Petulans, libidinosus]* De Autio-nii libidinibus et petulantia loquitur Plutarchus in Luculo.

<sup>o</sup> *Pugnis et calcibus]* Pugnis et calcibus, id est, omni contumeliae genere. De hoc proverbio Erasmus

scripsit.

<sup>p</sup> *Quis P. Sulla mitior]* Louge alter de Sulla loquitur, Off. l. ii. Loucum consule.

<sup>q</sup> *Vitam est a L. Sulla deprecatus]* Apud Sullam precibus suis a vita ci-

summi homines et ornatissimi,<sup>6</sup> et nostri<sup>7</sup> et equestris ordinis, quorum pro salute se hic<sup>7</sup> Sulla obligavit!<sup>8</sup> quos ego nominarem (neque enim ipsi<sup>8</sup> nolunt, et huic, animo gratissimo, adsunt): [p. 181.] sed quia majus est beneficium, quam posse debet civis civi dare, ideo<sup>9</sup> a vobis peto, quod potuit, tempori tribuatis,<sup>10</sup> quod fecit,<sup>11</sup> ipsi. 73. Quid reliquam constantiam vitæ commemorem? dignitatem?<sup>10</sup> liberalitatem? moderationem in privatis rebus? splendorem in publicis? quæ ita a fortuna deformata<sup>11</sup> sunt,<sup>12</sup> ut tamen a natura inchoata compareant. Quæ domus! quæ celebratio quotidiana!<sup>13</sup> quæ familiaris<sup>14</sup> dignitas! quæ studia amicorum!<sup>15</sup> quæ ex quoque ordine multitudo! Hæc diu multumque,<sup>13</sup> et multo labore quæsita,<sup>14</sup> una eripuit hora.<sup>a</sup> Accepit P. Sulla, judices,<sup>15</sup> vehemens vulnus et mortiferum; verumtamen ejusmodi,<sup>16</sup> quod videretur ejus vita et natura<sup>b</sup> accipere potuisse. Honestatis et dignitatis

<sup>z</sup> Familiariam.

\*\*\*\*\*

lio Noct. Att. vi. 16.—5 H et Dresd. hic omittunt.—6 s honoratissimi. H et T omittunt copulam ante equestris.—7 x huic.—8 Ipsi non est in H. Tum x volunt. T non habet et ante huic.—9 Pro ideo in C non.—10 H libertatum.—11 In H deest deformata. Pro inchoata x informata. In Franc. l. coacta, sed alia manus ascriperat, ‘Al. inchoata.’ Dein, H appearant. In Barb. Quæ domi, quæ.—12 Quidam, teste Orell., conjectit familiarium. In C familiariter.—13 C T Hoc diu: et MSS. plerique atque edd. veti. multum sine copula.—14 C quasitum. Pro hora in s dies.—15 Pro judices C et T inde. Tum Junt. Lamb. vulnus vehemens.—16 C T hujusmodi. Dein, videtur Ven.

#### NOTÆ

vium periculum avertit, cum alios prosciberet, alios trucidaret.

<sup>r</sup> Nostri] Senatorium ordinem significat.

<sup>s</sup> Hic Sulla obligavit] Hic noster Sulla se obligavit, fore ut non alias quam Sulla partes tuerentur, aut contra eum nihil molirentur et suscipierent.

<sup>t</sup> Tempori tribuatis] Quia odiosum erat dicere multis hunc Sullam Sulla dictatori addixisse, hoc idem mitigat, proposita temporis conditione, quo summa Lucius Sulla crudelitate in repub. dominabatur.

<sup>a</sup> Quod fecit] Quod civibus præstitit, ipsius bonitati tribendum est.

<sup>x</sup> Deformata sunt] Quia de ambitu condemnatus est, virtutes ejus deformatae sunt; quarum tamen principia a natura data, adhuc remanent.

<sup>y</sup> Celebratio quotidiana] Celebrabatur ejus domus conuentu honorum omnium antequam damnaretur.

<sup>z</sup> Studia amicorum] Studiosus amicorum fuit.

<sup>a</sup> Una eripuit hora] Cum ambitus damnatus est, perire totus ille dignitatis splendor visus est.

<sup>b</sup> Vita et natura] Condemnationis

habuisse nimis magnam judicatus est<sup>17</sup> cupiditatem: quam si nemo aliis<sup>c</sup> habuit in consulatu petendo, cupidior judicatus est hic fuisse, quam ceteri: sin etiam in aliis non nullis fuit iste consulatus amor; fortuna in hoc fuit fortasse gravior,<sup>18</sup> quam in ceteris. 74. Postea vero quis P. Sullam, nisi<sup>19</sup> mōerentem, demissum, afflictumque vidit? quis unquam est suspicatus, hunc magis odio, quam pudore hominum aspectum lucemque vitare? Qui cum multa<sup>20</sup> haberet invitamenta urbis et fori, propter summa studia amicorum, quæ tamen ei sola in malis restiterunt;<sup>a</sup> absuit ab oculis vestris;<sup>b</sup> et, cum lege retineretur,<sup>d</sup> ipse<sup>e</sup> se exilio pñne mulcavit. XXVII. In hoc vos pudore, judices,<sup>f</sup> et in hac vita, tanto sceleri locum fuisse creditis? Aspicite ipsum: contuemini os: conferte crimen<sup>e</sup> cum vita: vitam, ab initio ad hoc tempus explicatam, cum criminis recognoscite.<sup>g</sup> 75. Mitto rempublicam, quæ fuit semper Sulla carissima: hosne amicos, tales viros, tam cupidos sui, (per quos res ejus secundæ quondam erant ornatae,<sup>5</sup> nunc sublevantur adversæ) crudelissime perire voluit, ut cum<sup>6</sup> Lentulo et Catilina et Cethego foedissimam

<sup>a</sup> Remanserunt.

\*\*\*\*\*

1483. Crat. videatur conjectit qnidam ap. Orell.—17 C judicatum est. Ern. legi mavult judicetur. Ante ceteri C addit jam.—18 Dresden. fortuna eliam hoc fuit fort. grav.—19 Pro nisi<sup>f</sup> x non.—20 Mainz. et Gothofr. Qui dum multa. In C deest haberet. Mox<sup>f</sup> x restituerunt.—1 T et Lamb. nostris.—2 x ipsæ.

CAP. XXVII. 3 s, Junt. Ern. et edd. seqq. judices. Ceteri judicij. Vid. Nott. Varr.—4 Conferte .... recognoscite] Ita ex Ms. Erf. edidit Gruter. quem alii omnes secenti sunt. Fortassis<sup>f</sup> consensit. In MSS. plerisque aliis, ut Pall. Barb. C H S<sup>f</sup> x, edd. vett. ut Ven. 1480. 1483. conferte crimen cum vita usque ad hoc tempus explicata cum criminis recogn. Vulgata inde a Naug. usqne ad Grut. fuit, conf. cr. cum vita usque ad hoc tempus explicata: tum crimen recogn. atque ita Ms. T habet, idemque in Frane. I. ab aliena manu ascriptum fuit. Grut.—5 C S T<sup>f</sup> x ordinatae.—6 Pro cum in T tum. In x deest et ante

#### NOTÆ

accepto vulnere, naturam retinuit.

<sup>c</sup> Quam si nemo aliis] Excusat Sulla ambitionem, quod alii eadem quidem cupiditate consulatus ducti sunt; sed quod damnatus sit, et alii sint incolumes, ejus adversa fuit fortuna.

<sup>d</sup> Lege retineretur] Lex Calpurnia

reum ambitus tantum pecunia molebat; sed post hunc damnatum, lex Tullia adjecit exilium.

<sup>e</sup> Crimen] Conjurationis crimen, quo jam accusatur, non potuit enim ejus vita reperiri.

vitam ac miserrimam, turpissima morte proposita, degeneret?<sup>7</sup> Non cadit, non, inquam, cadit in hos mores, non<sup>8</sup> in hunc pudorem, non in hanc vitam, non in hunc hominem ista suspicio. Nova quædam illa immanitas exorta est; incredibilis fuit ac singularis furor: ex multis ab adolescentia collectis perditorum hominum vitiis repente tanta ista importunitas<sup>9</sup> inauditi sceleris exarsit. 76. Nolite, judices, arbitrari, hominum illum impetum et conatum fuisse: neque enim ulla gens<sup>10</sup> tam barbara, aut tam immanis unquam fuit, in qua non modo tot, sed unus tam<sup>11</sup> crudelis hostis patriæ sit inventus. Belluae quædam<sup>12</sup> illæ ex portentis immanes<sup>13</sup> ac feræ, forma hominum induæ, extiterunt.<sup>14</sup> Perspicite etiam atque etiam, judices: nihil enim est, quod in hac causa dici possit<sup>15</sup> vehementius: penitus introspicite Catilinæ, Autronii, Cethegi, Lentuli,<sup>16</sup> ceterorumque mentes. Quas vos in his libidines, quæ flagitia, quas turpitudines, quantas audacias, quam incredibiles furores, quas notas scelerum, quæ indicia<sup>17</sup> parricidiorum, quantos acervos facinorum reperietis? Ex magnis, et diuturnis,<sup>18</sup> et jam desperatis reipublicæ morbis ista repente vis erupit, ut, ea confecta et ejecta, convalescere aliquando et sanari civitas posset.<sup>19</sup> Neque enim est quisquam, qui arbitretur, illis inclusis in republica pestibus, diutius hæc stare<sup>20</sup> potuisse. Itaque eos non ad perficiendum scelus, sed ad luendas reipublicæ pœnas, Furiæ quædam incitaverunt.<sup>21</sup>

\*\*\*\*\*

*Catilina.* Mox, C vitam et mis.—7 *s* tegeret. A MSS. plerisque et edd. vett. absunt verba *Non cadit*, quæ Lambinus primus inseruit auctoritate Ms. Henr. Stephani.—8 H omittit *non ante verba in hunc pudorem*.—9 C rep. istæ tantum imp. In H deest *tanta*.—10 *s illa gens*.—11 Pro *unus tam* idem Ms. habet *unius causa*.—12 Pith. *quidem*.—13 Post *extiterunt* ed. Hervag. et al. comma ponunt.—14 H *posset*.—15 In x deest *Lentuli*.—16 C *judicia*.—17 H *Ex magn. diut.* T *Ex magnis et ex diut.* Post *morbis* in C plene interpungitur.—18 Ven. 1483. Ern. Beck. Schutz. et Orell. *posset*. Ceteri *possit*.—19 H *diut. hoc stare*: edd. ante Lamb. præter Ven. 1483. Junt. *diut. hoc imperium stare*.

## NOTÆ

<sup>1</sup> *Ex portentis immanes*] In prodigiis habentur ea animalia, quæ certe-

ris sui generis similia non sunt.

<sup>2</sup> *Furiæ quædam incitaverunt*] Pœ-

**XXVIII.** 77. In hunc igitur gregem vos nunc<sup>20</sup> P. Sullam, judices, ex his, qui cum hoc vivunt atque vixerunt, honestissimorum hominum gregibus, rejicietis? <sup>1</sup> ex hoc hominum numero,<sup>2</sup> ex hac familiari dignitate, in impiorum partem, atque in parricidarum cœtum<sup>3</sup> ac numerum transferetis? Ubi erit igitur<sup>b</sup> illud fortissimum<sup>4</sup> praesidium pudoris? [p. 182.] quo in loco nobis vita ante acta proderit? quod ad tempus existimationis partæ<sup>5</sup> fructus reservabitur, si in extremo discrimine ac dimicatione fortunæ deseruerit?<sup>6</sup> si non aderit? si nihil adjuvabit? 78. Quæstiones nobis servorum<sup>i</sup> ac tormenta accusator minitatur:<sup>7</sup> in quibus quanquam nihil periculi suspicamur; tamen illa tormenta gubernat dolor, moderatur natura cujusque<sup>k</sup> tum animi, tūm corporis; regit<sup>8</sup> quæsitor;<sup>l</sup> flectit libido;<sup>m</sup> corripit spes;<sup>n</sup> infirmat metus; ut in tot rerum angustiis nihil veritati loci<sup>9</sup> relinquatur. Vita P. Sullæ torqueatur:<sup>100</sup> ex ea quæratur, num quæ<sup>11</sup> occultetur libido, num quod lateat

**CAP. XXVIII.** 20 *X hunc.* Mox, Junt, ex iis.—1 *X ψ rejectis.*—2 *In X de-*  
*est numero.* Ante *ex hac fam.* H addit et. Pro *familiari X,* Ven. 1483. Jnt.  
*familiarum.*—3 Pro *catum s X habent cædem.*—4 Lamb. maluit *firmissimum,*  
prob. Garaton.—5 Pro *partæ X per te.*—6 *Deserit H S,* Barb. Ven. 1483.  
Grut. *deseritur Ven. 1480.* *deseruit C T,* Franc. 2. *deseret s ψ,* Lamb. Grav.  
Oliv. Lall. et Orell. *deseruerit ceteri.*—7 *X minatur.*—8 *T reget.* Tum *quæ-*  
*stor H S T s X.*—9 *s locus.*—10 Pro *torqueatur Barb. Pith.* Dresd. Franc. 1.2.  
omnes Pall. septem Oxonii. MSS. et edd. pr. *Torquate,* prob. Grutero.—11 T

## NOTÆ

nas improborum hominum divina voluntate expendi sæpe Cicero significat.

<sup>b</sup> *Ubi erit igitur?* Concludit quod si aliquando vita ejus ipsi profuit, hoc potissimum tempore proddesse debet.

<sup>i</sup> *Quæstiones nobis servorum?* Loquitur de quæstionibus quas accusator minabatur. Per quæstiones autem intelliguntur ea tormenta quæ ad scelerum et sociorum snorum veritatem eruendam adhibentur; quibus tamen non tantam fidem habendam esse contendit.

<sup>k</sup> *Moderatur natura cujusque]* Ut quisque est fidus vel infidus, fortis vel imbecillis, ita respondet.

<sup>l</sup> *Quæsitor]* Quæsitor præst quæstiōni, qui sæpe callida interrogatiōne decipit.

<sup>m</sup> *Libido]* Libido, id est, illius cupiditas qui quærit.

<sup>n</sup> *Spes]* Libertatis spes, et metus tormentorum sæpe veritatem depravant.

<sup>o</sup> *Vita P. Sullæ torqueatur]* Id est, exprimatur veritas ex anteacta vita Sullæ.

facinus, num quæ crudelitas, num quæ audacia : nihil erroris erit in causa, nec obscuritatis,<sup>12</sup> judices, si a vobis vitæ perpetuae vox, ea, quæ gravissima debet esse,<sup>13</sup> audietur. 79. Nullum in hac causa testem timemus: nihil quenquam scire, nihil vidisse, nihil audisse arbitramur. Sed tamen,<sup>14</sup> si nihil vos P. Sullæ fortuna movet, judices, vestra moveat: vestra enim, qui cum summa elegantia atque integritate vixistis,<sup>15</sup> hoc maxime interest, non ex libidine, aut similitate, aut levitate testium causas honestorum<sup>16</sup> hominum ponderari, sed in magnis disquisitionibus, repentinisque periculis, vitam uniuscujusque esse testem. Quam vos, judices, nolite armis suis spoliatam<sup>p</sup> atque nudatam objicere invidiæ, dedere suspicioni. Munite communem arcem<sup>17</sup> bonorum, obstruite perfugia<sup>18</sup> improborum: valeat<sup>19</sup> ad poenam et ad salutem plurimum, quam solam videtis ipsam ex vi sua naturaque facillime<sup>20</sup> perspici; subito flecti singique non posse. xxix. 80. Quid vero haec auctoritas, (semper enim de ea dicendum est;<sup>1</sup> quamquam a me timidemo diceque dicetur) quid, inquam, haec auctoritas nostra,<sup>2</sup> qui a ceteris coniurationis causis<sup>s</sup> abstinuimus, P. Sullam defendimus? nihil hunc tandem juva-

.....

*quam: x quod: al. eidd. qua, atque ita etiam in seqq. Pro quod x habet quæ.* —12 *H neque obse.* —13 *Barb. esse debet, prob. Garaton.* —14 *s Sed tum. In x deest si.* *Pro fortuna in Ms. Bergeri acta vita, ut Pantagath. volebat.* —15 *Vixistis atque integritate e Franc. l. dederunt Græv. et Lall.* —16 *H T x honestissimorum.* —17 *C artem: s aurem.* —18 *Profugia T: perfugio Lamb. e conjectura.* —19 *' Valeat haec Lambinus conjectit: sed fuit potius Ea valeat.'* Orell. —20 *H facile, et T prospici.*

*Cap. xxix. 1 C et T est omittunt. Mov, in H et modice: in C S s x modice sine copula. Paulo post, H S s x non habent inquam.* —2 *H T s vestra.*

## NOTÆ

<sup>p</sup> *Armis suis spoliatam]* Per arma intelligit vitæ anteactæ integritatem, quia velut armis defenditur Sulla.

<sup>q</sup> *Arcem]* Vitam ejus anteactam arcem vocat, quia munita est contra accusationes quæ contra eum afferri possunt.

<sup>r</sup> *Perfugia]* Falsos testes vocat perfugia, quia sperabant se per eos probaturos esse crimina quæ fingebant in Sullam.

<sup>s</sup> *A ceteris coniurationis causis]* Nullum alium ex conjuratis defendere Cicero voluit.

bit? *Grave*<sup>b</sup> est hoc dictum fortasse, judices, si appetimus aliquid; <sup>c</sup> si, cum ceteri de nobis silent, non etiam nosmet ipsi tacemus, grave: sed, si laedimur, si accusamur, si in invidiam vocamur; profecto conceditis,<sup>d</sup> judices, ut nobis libertatem<sup>e</sup> retinere liceat, si minus liceat dignitatem. 81. *Accusati sunt*<sup>f</sup> uno nomine<sup>g</sup> consulares; ut jam videatur honoris amplissimi<sup>h</sup> nomen plus invidiae, quam dignitatis afferre. Affuerunt, inquit, Catilinæ, illumque laudarunt. Nullatum<sup>i</sup> patebat, nulla erat cognita conjuratio: defendebant amicum, aderant supplici,<sup>j</sup> vitæ ejus turpititudinem in summis ejus periculis non insequebantur. Quin etiam parens tuus, Torquate, consul reo de pecuniis repetundis<sup>k</sup> Catilinæ fuit advocatus, improbo homini, at supplici;<sup>l</sup> fortasse audaci, at aliquando amico. Cui cum affuit post delatam ad eum primam<sup>m</sup> illam coniurationem; indicavit se audisse aliquid, non credidisse. At idem non affuit<sup>n</sup> alio in iudicio, cum adessent ceteri.<sup>o</sup> Si postea<sup>p</sup> cognorat ipse ali-

<sup>b</sup> *Efficax.*<sup>c</sup> *Consulatus.*

Pro qui C quia.—3 ‘*Grave est hoc dictum fortasse, judices; grave, si appet.*’ Huc *Grave* . . . *judices ex Ert. primus inseruit Gruter, male tamen cum Grav.* [Oliv. Lall.] Ern. Schutz. vocab. *grare* ante verba *si appet.* omittens. Restituit Beck. Schutz. præterea, nescio quo errore, tertium illud *grare* in fine clausule transpositum ante verba *si, cum ceteri.* Orell. *Pro ceteri* χ *ceteris.* Postea, C *taceamus.*—4 H S, Franc. 1. Lamb. *Grav.* Lall. *concedetis,* ut Ursinus conjecterat.—5 Post *Accusati sunt* Lamb. cum Orell. addit *omnes.* In ed. Junt. *Accusati sunt, quarto, num hic ille? sed omnes uno nomine cons.*—6 C H σ tamen.—7 H *supplices.*—8 Atque *suppl.* Franc. 1. ac *suppl.* C H σ χ. Pro *at* ante aliquando χ habet et; ψ ut.—9 Viet. Hervag. *primum.*—10 Pith. *Sed*

## NOTÆ

<sup>1</sup> *Appetimus aliquid]* Ex sua auctoritate in dicendo laudis erat appetens.

<sup>2</sup> *Libertatem]* Libertatem de se dicens postulat, si quis eum offendat, neque sibi fas sit de sua gloria dicere.

<sup>3</sup> *Accusati sunt uno nomine]* Catilina bis causam dixit: primum a Clodio repetundarum accusatus est; deinde a L. Lucentio inter sicarios reus factus est, quod fuerit in prima coniuratione: hunc autem aliosque conjuratos in iudicium vocatos, et con-

sulares viros Catilinæ affuisse, ceteris desuisse, ab iisque Catilinam laudatum, Cicero significat.

<sup>4</sup> *De pecuniis repetundis]* Catilina prætor Africam vexaverat, et a Pnb. Clodio repetundarum accusatus est; cumque consulatum peteret, repulsa passus est. Huic affuit Torquatus pater consul, Cicerone prætore.

<sup>5</sup> *At idem non affuit]* Torquatus pater non affuit Catilinæ, quando paricidii accusatus est.

<sup>6</sup> *Cum adessent ceteri]* Consulares

quid, quod in consulatu ignorasset; ignoscendum est iis, qui postea nihil audierunt. Sin illa<sup>11</sup> res<sup>b</sup> prima valuit; non inveterata, quam recens, debuit esse gravior. Sed, si tuus parens, etiam<sup>12</sup> in illa suspicione periculi sui,<sup>c</sup> tamen humanitate adductus advocationem<sup>d</sup> hominis improbissimi sella curuli atque ornamenti et suis<sup>13</sup> et consulatus honestavit; quid est, quamobrem consulares, qui Catilinæ affuerunt,<sup>14</sup> reprehendantur? 82. At iidem iis,<sup>15</sup> qui ante hunc causam de coniuratione dixerunt, non affuerunt. Tanto scelere astrictis hominibus, statuerunt nihil a se adjumenti, nihil opis,<sup>16</sup> nihil auxilii ferri oportere. [p. 183.] Atque, ut de eorum constantia atque animo in rempublicam dicam, quorum tacita gravitas<sup>17</sup> et fides de unoquoque loquitur, neque cujusquam ornamenta orationis desiderat; potest quisquam dicere unquam meliores, fortiores, constantiores consulares fuisse, quam iis temporibus<sup>e</sup> et periculis quibus pæne oppressa est res publica? Quis non de communi salute apertissime,<sup>18</sup> quis non fortissime, quis non constantissime sensit? Neque ego præcipue de consula-

*postea.*—11 T *Sed illa.* ‘Legebatur olim in ed. pr., Ven. 1480. Hervag. Naug. prioribus Manut. Lamb. Verburg. *Sin illa res de pecuniis repetundis (nonn. res pecuniis de repetundis) prima val.* atque ita etiam Pal. 1. Franc. 2. exhibent. Sed in al. codd. Lambini, Pall. Barb. (etiam Oxonn. ut videtur), Ven. 1483. Rom. Brix. Med. Junt. Ald. deest glossema hoc de pecuniis repetundis, atque deleri Lamb. et Manut. jusserunt, quibus Græv. Oliv. Ern. Lall. obseruenti sunt.’ Beck.—12 Pro parens  $\chi$  pater; et pro etiam C esset. Postea, H  $\varsigma$   $\chi$  peric. tui.—13 C sui.—14 H adfuerant.—15 In  $\varsigma$  deest iis.—16 C nihil operis. Pro ferri in  $\chi$  ferre.—17  $\chi$  gratia.—18 H aptissime, et mox sentit.—

## NOTÆ

plurimi affuerunt Catilinæ in causa de repetundis. Id vero proponit Cicero tanquam dictum a Torquato, ut Cicero consulares purget.

<sup>b</sup> *Sin illa res [de pecuniis repetundis]* Id est, si defensio veteris criminis de repetundis valnit, valere etiam recentis debet defensio: at prior valnit; ergo et posterior, quia recens erat et minus consularibus cognita.

<sup>c</sup> *Periculi sui*] Catilina vulnerat interficere omnes consulares.

<sup>d</sup> *Advocationem*] Dicit Torquatum advocatum venisse in causam Catilinæ. In iudiciis enim tum privatis tum publicis id moris fuit, ut amici reo præsentiam commodarent, ut eorum auctoritate judices moverentur. Dicit autem Torquatum affuisse Catilinæ cum omnibus consulis ornamentis.

<sup>e</sup> *Iis temporibus*] Tempora notat quibus haec secunda coniuratio facta est.

ribus dispuo:<sup>19</sup> nam hæc et hominum ornatissimorum, qui prætores fuerunt,<sup>f</sup> et universi senatus, communis est laus; ut constet, post hominum memoriam nunquam in illo ordine plus virtutis, plus amoris in rempublicam, plus gravitatis fuisse. Sed quia sunt descripti consulares,<sup>g</sup> de his tantum mihi dicendum putavi, quod satis esset; attestante memoria<sup>20</sup> omnium,<sup>d</sup> neminem esse ex illo honoris gradu, qui non omni studio, virtute, auctoritate, incubuerit ad rempublicam conservandam. XXX. 83. Sed quid? ego, qui Catilinam non laudavi, qui reo Catilinæ consul non<sup>e</sup> affui, qui testimonium de conjuratione dixi in alios, adeone vobis alienus a sanitate,<sup>2</sup> adeo oblitus constantiæ meæ, adeo immemor rerum a me gestarum esse videor, ut, cum consul bellum gesserim cum conjuratis, nunc eorum ducem<sup>b</sup> conservare<sup>3</sup> cupiam, et in animum inducam,<sup>4</sup> cuius nuper ferrum retuderim, flammamque restinxerim, ejusdem nunc causam vitamque defendere? Si, medius fidius,<sup>i</sup> judices, non me ipsa respublica, meis laboribus et periculis conservata, ad gravitatem animi et constantiam sua dignitate<sup>5</sup> revocaret; tamen hoc natura est insitum, ut, quem

<sup>d</sup> *Testimonio memorie omnium.*



19 Pro dispuo H S τ χ dico sese dispuo. Pro nam Pith. habet sed. τ, Steph. Lamb. non habent copulam ante hominum.—20 Attestantem memoriam C H S T τ χ, Ms. Vict. Pall. Ven. 1483. Grut. Verburg. ad testandam mem. Lamb. e conjectura. Ceteri ut Ern. In marg. ed. Lugd. memoratur lectio, ‘Al. adstantem.’ Gulielm. malnit antestantem mem.

CAP. XXX. 1 In C deest non ante adfui. Pro de conjuratione χ conjurationis.—2 Verba a sanitate non sunt in T.—3 Servarem T: servare C H S τ χ, Pith. Dresd. Franc. 1. 2. Paris. et edd. pr. pleræque, cum Græv. Lall. Beck. Schutz. et Orell.—4 χ deducam. In C deest nuper, pro quo H habet nunc. Tum recunderim τ: recuderim χ. Postea, τ flammamque perstrinxerim.—5 C

#### NOTÆ

<sup>f</sup> *Qui prætores fuerunt]* L. Val. Flaccus, L. Pointinus, qui in ponte Mulvio Allobroges, Gallorum legatos, ad Catilinam properantes, intercepserunt.

<sup>g</sup> *Sunt descripti consulares]* Oratione Torquati designati et reprehensi sunt illi consulares.

<sup>h</sup> *Eorum ducem]* Non est probabile

Ciceronem, qui bellum conjuratis indixit, volnissee Sullam defendere, qui si fuisset in conjuratione, ipsorum dux extitisset.

<sup>i</sup> *Medius fidius]* Antiqua jurandi formula per Deum fidium; subanditur autem ‘juvet;’ quasi dicat, Me Deus fidius juvet.

timueris, quicum de vita fortunisque contenderis,<sup>e</sup> cuius ex insidiis evasceris, hunc semper oderis. Sed, cum agatur honos meus amplissimus, gloria rerum gestarum singularis; cum, quoties quisquam est in<sup>f</sup> hoc scelere convictus, toties renovetur memoria per me inventæ salutis; ego sim<sup>g</sup> tam demens? ego committam, ut ea,<sup>h</sup> quæ pro salute omnium gessi, casu magis et felicitate a me, quam virtute et consilio gesta esse videantur? 84. Quid ergo? hoc tibi sumis, dicet fortasse quispiam, ut, quia tu defenderis,<sup>i</sup> innocens judicetur? Ego vero, judices, non modo nihil<sup>j</sup> mihi assumo, in quo quispiam repugnet; sed etiam, si quid ab omnibus<sup>k</sup> conceditur, id reddo ac remitto. Non in ea re-publica versor, non iis temporibus caput meum obtuli pro patria<sup>l</sup> periculis omnibus, non aut ita sunt extinti, quos vici, aut ita grati, quos servavi, ut ego<sup>m</sup> mihi plus appetere coner, quam quantum omnes inimici invidique patientur. 85. Grave<sup>n</sup> esse videretur,<sup>o</sup> eum, qui investigarit conjurationem, qui patefecerit, qui oppresserit,<sup>p</sup> cui senatus singularibus verbis gratias egerit,<sup>q</sup> cui uni togato<sup>r</sup> supplicationem decreverit, dicere in<sup>s</sup> judicio, ‘Non defenderem, si conjurasset.’ Non dico id, quod grave est: dico illud, quod, in his causis conjurationis, non auctoritati assumam, sed pudori meo:<sup>t</sup> ‘Ego ille conjurationis investigator atque ulti, certe non defenderem Sullam, si conjurasse ar-

<sup>e</sup> Qui conatus sit te occidere.      <sup>f</sup> Arrogas.

<sup>h</sup> Non quod auctoritas, sed modestia permittit.

<sup>g</sup> Efficax.

gravitate.—6 Lamb. delevit præpositionem *in*.—7 In H et T *sum*.—8 Ea non est in H.—9 H *defendis*.—10 C *non nihil*.—11 Pro *omnibus* H *hominibus*. Mox, C *reddo et rem*. Postea, C H *in mea republ.*—12 C H S T  $\chi$  *patriæ*.—13 C  $\varsigma$   $\chi$  et edd. nonnullæ *eo*.—14 H S T  $\varsigma$  et quadam edd. vett. *ridetur*. In ed. Hervag. *Grave esse cum rideretur*.—15 C *patefecit*, qui *oppressit*.—16 H omittit præpositionem *in ante judicio*. Pro non idem Ms. habet *omniuo*.

#### NOTÆ

<sup>k</sup> *Gratias egerit*] Cum Allobroges et Umbrenus ad Pontem Mulvium sunt deprehensi, ad Ciceronem ad-dicti sunt. Senatus autem ei *gratias* egit, in æde Concordiæ tunc ha-

bitus. Vide tertiam Catilin.

<sup>l</sup> *Cui uni togato*] Ciceroni suppli-catio decreta est propter detectam conjurationem, cum nemini togato unquam talis honos decretus fuisse.

bitrarer.<sup>1</sup> Ego, judices, de tantis omnium periculis cum quærerem omnia, multa audirem, non crederem omnia, caverem omnia: dico hoc, quod initio dixi, nullius indicio,<sup>17</sup> nullius suspicione, nullius literis<sup>18</sup> de republica P. Sullæ rem ullam ad me esse delatam. **XXXI.** 86. Quamobrem vos, Dii patrii ac penates,<sup>19</sup> qui huic urbi atque huic imperio præsidetis, qui hoc imperium, qui hanc libertatem, populumque Romanum, qui hæc tecta atque templa, me consule, vestro numine auxilioque servastis, testor, integro me animo ac libero,<sup>n</sup> P. Sullæ causam defendere; nullum a me sciente facinus occultari; nullum<sup>20</sup> scelus susceptum contra salutem omnium defendi ac tegi. [p. 184.] Nihil de hoc consul comperi, nihil suspicatus sum, nihil audivi. 87. Itaque idem ego ille,<sup>i</sup> qui vehemens<sup>i</sup> in alios, qui inexorabilis in ceteros esse<sup>2</sup> visus sum, persolvi patriæ, quod debui; reliqua jam a me meæ perpetuæ consuetudini naturæque debentur. Tam sum misericors, judices, quam vos; tam mitis, quam qui lenissimus.<sup>3</sup> In quo vehemens fui vobiscum, nihil feci, nisi coactus: reipublicæ præcipitanti<sup>k</sup> subveni: patriam demersam extuli: misericordia civium adducti, tunc suimus tam vehementes, quam necesse fuit: salus esset omnium amissa una nocte, nisi esset severitas

<sup>i</sup> Severus.

<sup>k</sup> Periclitanti.

—17 σ χ *judicio*.—18 χ, Ven. 1480. Junt. Ern. Schntz. et Orell. *nullius lit.* Omnes alii MSS. et edd. *nullis lit.* Dein, Ms. ap. Lamb. *de reatu P. Sullæ*; nude vir doctus ap. eum *de conjuratione P. Sullæ*, ipse Lamb. *de conjuratu P. Sullæ* legi voluerunt. In Dresd. Franc. 2. ed. 1472. Ven. 1480. *de rep. Sullæ*: Ven. 1483. et al. *de R. P. Sullæ*: Batb. *de re p. Sullæ*: Lamb. Beck. Schntz. et Orell. *de P. Sulla*: septem Oxon. MSS. Crat. Grut. Grav. Oliv. Lall. *de re P. Sullæ*.

CAP. XXXI. 19 C T *patr. et pen.* In H et ψ *deest huic*.—20 C *testum nullum*.—1 Lambinus *ego idem ille*.—2 *Esse non est in H*.—3 σ χ *levissimus*.

#### NOTÆ

<sup>m</sup> *Dii patrii ac penates*] Per Deos patrios et penates intelligit urbis custodes, ut sunt Jupiter Capitolinus et Minerva, qui a Cicerone nominantur in oratione pro Domo sua.

<sup>n</sup> *Integro me animo ac libero*] Testatur se vere et sincere, nullo amore impulsum, Sullæ causam defendere; nam amor libernum sæpe et integrum animum esse non sinit.

illa suscepta. Sed ut ad sceleratorum poenam amore reipublicæ sum adductus, sic ad salutem innocentium voluntate deducor.<sup>4</sup>

88. Nihil video esse in hoc P. Sulla, judices, odio dignum, misericordia digna multa. Neque enim nunc<sup>5</sup> propulsandæ calamitatis suæ causa<sup>6</sup> supplex ad vos, judices, confugit; sed ne qua generi<sup>7</sup> ac nomini suo nota nefariæ turpitudinis inuratur. Nam ipse quidem, si erit vestro iudicio liberatus, quæ habet<sup>8</sup> ornamenta, quæ solatia reliquæ vitæ, quibus lætari et perfrui possit? Domus erit, credo,<sup>9</sup> exornata: aperientur majorum imagines: <sup>p</sup> ipse ornatum<sup>9</sup> ac vestitum recuperabit. Omnia, judices, hæc amissa sunt: omnia generis, nominis, honoris insignia atque ornamenta unius iudicii calamitate occiderunt.<sup>10</sup> Sed ne extinctor patriæ, ne proditor, ne hostis appelletur, ne hanc labem tanti sceleris<sup>11</sup> in familia relinquat, id laborat,<sup>1</sup> id metuit; ne denique hic miser, conjurati, et conscelerati, et proditoris filius nominetur:<sup>9</sup> huic puero, qui est ei vita sua multo carior, metuit,<sup>12</sup> cui honoris integros fructus non sit traditurus, ne æternam<sup>13</sup> memoriam dedecoris relinquat.

89. Hic vos orat, judices, parvus,<sup>14</sup> ut se aliquando, si non integra fortuna, at afflita,<sup>15</sup> patri suo gratulari sinatis. Huic misero notiora<sup>16</sup> sunt iudiciorum itinera et fori, quam

<sup>1</sup> Curat.



<sup>4</sup> H adducor.—<sup>5</sup> In HT ψ deest nunc.—<sup>6</sup> Causæ. Mox, σ omittit *judices*.—<sup>7</sup> C generi.—<sup>8</sup> Schutz. e conjectura Ernesti recepit *habebit*.—<sup>9</sup> H *ornamentum*. Dein, C *recuperavit*.—<sup>10</sup> Cæciderunt H: conciderunt Ms. Henr. Stephani.—<sup>11</sup> Pith. et Ms. Henr. Stephani cum Lamb. Ern. Beck. Schntz. tanti sceleris. Ceteri tanti generis. Pro familia C *familiam*.—<sup>12</sup> Verba ne denique . . . mctuit ex Erf. primus inseruit Gruter.—<sup>13</sup> Lamb. ne ei æternam.—<sup>14</sup> Septem Oxonn. MSS. *patruus*.—<sup>15</sup> C σ χ ut *afflita*,—<sup>16</sup> Pro *notiora* σ *gratiiora*. Mox, verba campi et ex Erf. primus inseruit Gruter. *Scholæ et discipl.* e Ms. Henr. Steph.

#### NOTÆ

<sup>o</sup> *Credo*] Ironia est.

<sup>p</sup> *Aperientur majorum imagines*] Jus imaginis tantum habnere, qui curules magistratus gesserant: ut autem apertis armariis in quibus illæ conservabantur, festis diebus ostende-

bantur exornatæ; ita cum advenierat aliqua familie calamitas, claudebantur.

<sup>q</sup> *Filius nominetur*] Aderat iudicio Sullæ filius ad excitandam judicium commiserationem.

Campi et disciplinarum.<sup>m</sup> Non jam de vita P. Sullæ, iudices, sed de sepultura contenditur.<sup>n</sup> Vita erepta est superiore judicio; nunc, ne corpus ejiciatur, laboramus. Quid enim est huic reliqui, quod eum<sup>o</sup> in vita hac teneat? aut quid est, quamobrem hæc cuiquam vita videatur?  
**XXXII.** Nuper is homo fuit in civitate P. Sulla, ut nemo ei se neque honore, neque gratia, nec fortunis anteferret:<sup>p</sup> nunc, spoliatus omni dignitate, quæ erepta sunt, non repetit: quod fortuna in malis reliqui fecit, ut cum parente, cum liberis, cum fratre,<sup>r</sup> cum his necessariis lugere<sup>s</sup> suam calamitatem licet, id sibi ne eripiatis, judices, vos obtestatur.<sup>t</sup> 90. Te ipsum jam, Torquate, expletum<sup>z</sup> esse<sup>z</sup> hujus miseriis, par erat. Etsi nihil aliud Sullæ nisi consulatum abstulissetis, tamen eo<sup>z</sup> vos contentos esse oportebat: honoris enim contentio<sup>o</sup> vos ad causam, non inimicitiae deduxerunt.<sup>u</sup> Sed cum huic omnia cum honore detracta sint,<sup>v</sup> cum in hac fortuna misera<sup>6</sup> ac luctuosissima destitutus sit; quid est, quod expetas<sup>7</sup> amplius? Lucisne hanc usuram<sup>8</sup> eripere vis, plenam lacrymarum atque moeroris, in qua cum maximo cruciatu atque dolore retinetur?<sup>9</sup> Libenter reddiderit,<sup>s</sup> adeunta ignominia foedissimi<sup>10</sup> criminis.<sup>p</sup> An vero inimicum ut expellas?<sup>t</sup> cuius ex miseriis,

<sup>m</sup> Scholarum.<sup>n</sup> Saturatum.<sup>o</sup> Ambitio.<sup>p</sup> Conjurationis.

recepit Lamb.—17 Pith. conditur.—18 In H deest eum. Tum, Lamb. in hac vita.

CAP. XXXII. 19 Steph. Lamb. neque fort. et s uferret.—20 Pro lugere C H T s x jungere.—1 H et ψ obtestamur.—2 Omittunt esse quinque Oxoni. MSS. Ven. 1483. Junt. Cam. et Car. Steph. Tum, ‘Par erat] Ita pro olim vulg. pateat, qnod est etiam in sex Oxoni. (excepto ψ), e suo Ms. ediderunt Stephanus, secundo enim Lambino, atque Gruterus ex Erf. cum omnibus recentt. edd. Sed Gothofredus in marg. ed. Lugd. repugnat, et rescribi vult sat (s. satis) erat.’ Beck.—3 x eos.—4 T duxerunt.—5 In x deest sint.—6 Lamb. miserrima.—7 Expectas H S T s x, Pith. expectat C.—8 Lamb. hujus usuram.—9 H ψ quam cum max. cruc. atque dol. retinet.—10 s fidelissimi.—

## NOTÆ

<sup>r</sup> Cum fratre] Cæcilins Sullæ frater fuit, quia ex eadem matre fuit filios.

<sup>s</sup> Libenter reddiderit] Hanc lucis

usuram reddimus, cum morimur, quia hanc a Deo accepimus.

<sup>t</sup> Ut expellas] In exitium abibant,

qui condeuinabantur.

si esses crudelissimus, videndo fructum caperes majorem, quam audiendo.<sup>11</sup> 91. O miserum et infelicem illum diem, quo consul omnibus centuriis<sup>12</sup> P. Sulla renuntiatus est! o falsam spem! o volucrem fortunam! o cæcam cupiditatem! o præpostoram<sup>x</sup> gratulationem! quam cito illa omnia<sup>13</sup> ex lætitia et voluptate ad luctum et lacrymas<sup>14</sup> reciderunt, ut, qui paulo ante consul designatus fuisset, retineret<sup>15</sup> repente nullum vestigium pristinæ dignitatis! Quid enim erat mali, quod huic, spoliato honore, fama, fortunis,<sup>16</sup> deesse videatur? [p. 185.] aut cui novæ calamitati<sup>17</sup> locus ullus relictus esset?<sup>18</sup> Urget eadem fortuna, quæ cœpit: reperit<sup>19</sup> novum mœrorem: non patitur hominem calamitosum, uno modo afflictum, uno in luctu perire. XXXIII. 92. Sed jam impudor egomet, judices, dolore animi, ne<sup>20</sup> de hujus miseria plura dicam. Vestræ jam sunt partes, judices: in vestra mansuetudine atque humanitate causam totam repono. Vos, rejectione<sup>21</sup> interposita,<sup>y</sup> nihil suspicantibus nobis,<sup>z</sup> repentina in nos<sup>1</sup> judices conseditis, ab accusatoribus delecti<sup>2</sup> ad spem acerbitalis,<sup>a</sup> a fortuna nobis ad præsidium

<sup>11</sup> C majoremque audiendo.—<sup>12</sup> Gulielm. conjecit illa omnia legend.—<sup>13</sup> C luct. et ad lacr. ψ luct., ad lacr.—<sup>14</sup> s retinet. Mox, in eodem Ms. deest pristinæ.—<sup>15</sup> s fortuna.—<sup>16</sup> Idem Ms. calamitatis.—<sup>17</sup> Ms. Henr. Steph. rel. esse: Lamb. rel. esse putaretur: Schutz. e conjectura Ernesti rel. erat. Pro Urget in C Viget.—<sup>18</sup> Hervag. Cam. repetit. Mox, Pith. hominem calamitoso imo modo afflictum imo in luctu per.

CAP. XXXIII. <sup>19</sup> X nec.—<sup>20</sup> Vos et reject. Ven. 1483. Lamb. Grut. Græv.

#### NOTÆ

<sup>u</sup> *Omnibus centuriis]* Populus Rom. a Servio Tullio rege in classes et centurias distributus est, id est, centenos homines. Hæ autem centuriae ita divisæ magistratus majores creabant in Campo Martio comitiis centuriatis. De hoc dictum est orat. pro Muren. § 1. not.

<sup>x</sup> *O præpostoram]* Præposternum id dicitur, quod mutato et perverso ordine sit, aut dicitur.

<sup>y</sup> *Rejectione interposita]* Facta iudicium sortitione, licebat accusatori et reo recusare quos sibi incommo-

dos putabant: ex iis autem qui rejiciebantur, conjiciebat facile populus Rom. qui causæ suæ consideret, aut qui vellet judices corrumperet: deinde fiebat subsortitio aliorum judicium, in locum eorum qui rejecti erant.

<sup>z</sup> *Nihil suspicantibus nobis]* Nullos judices rejecerat, quia causam Sulla desperabat.

<sup>a</sup> *Spem acerbitalis]* Credebant adversarii acerbiores fore in Sullam judices.

innocentiae constituti. Ut ego, quid de me populus Romanus existimaret, quia severus in improbos<sup>3</sup> fueram, labo-ravi, et, quæ prima innocentis mihi defensio est oblata, suscepi; sic vos severitatem judiciorum,<sup>b</sup> quæ per hos menses in homines audacissimos facta est,<sup>4</sup> lenitate ac misericordia mitigate. 93. Hoc cum impetrare a vobis<sup>5</sup> ipsa causa debet; tum est<sup>6</sup> vestri animi atque virtutis<sup>7</sup> declarare, non esse eos vos, ad quos potissimum, interposita rejec-tione, devenire convenerit.<sup>7</sup> In quo ego, judices, vos, quan-tum meus amor in vos postulat, tantum hortor, ut communis studio, quoniam<sup>8</sup> in rebus<sup>9</sup> conjuncti sumus,<sup>c</sup> mansuetudine et misericordia vestra<sup>10</sup> falsam a nobis crudelitatis famam repellamus.

<sup>a</sup> Fortitudinis.

\*\*\*\*\*

Oliv. Lall.—1 C ros. Mox, χ conseedetis.—2 Lamb. dilecti.—3 σ sev. et im-probos.—4 Lamb. legi mavult facta sunt.—5 H Hæc. σ omittit a vobis.—6 C T tamen est: H tum et.—7 C convenit.—8 Idem Ms. quin.—9 Pro rebus MSS. plerique et edd. ante Grut. cum Lall. et Orell. habent repubica.—10 Lamb. nostra. Mox, H σ χ a vobis.

#### NOTÆ

<sup>b</sup> Judiciorum] Per judiciorum acer-bitatem nota de coniuratis judicium qui in carcere interficti sunt; pau-cis enim mensibus post Ciceronis consulatum hæc causa acta est.

<sup>c</sup> In rebus [In repub.] conjuncti su-mus] Senator erat Cicero, ad quem enī ceteris pertinebat reipub. ad-ministratio.



M. TULLII CICERONIS  
PRO A. LICINIO ARCHIA  
POETA  
ORATIO XXVI.

---

---

ARGUMENTUM.

A. Licinius Archias fuit Antiochenus, qui cum poëtica floreret laude, et ab omnibus pñne Italæ populis expeteretur, in primisque apud principes quosdam Romanos esset gratiosus, hoc etiam eorum opera consecutus est, ut civitate Romana donaretur. Sed ei controversiam de civitate postea movit Gratius quidam, eumque rem fecit lege Plautia Papiria de civitate, qua cautum erat, ut, qui fœderatis civitatibus ascripti essent, si tum, cum lex ferebatur, in Italia domicilium habuissent, et LX. diebus apud prætorum essent profissi, ii demum cives haberentur. Hujus igitur causa suscepta, Cicero, commemorata Archiæ secum et summis hominibus familiaritate, omnia adversarii arguimenta diluit ac refellit, sed leviter et non nisi perfunctorie. Itaque, ut justæ orationis mensuram impleret, arripuit occasionem, cum in humanitatis in primisque poëticæ facultatis, tum in ipsius Archiæ laudes digrediendi, ostenditque, dignissimum civitate Romana Archiam esse.

I. 1. Si quid est in me ingenii,<sup>a</sup> judices, quod sentio

NOTÆ

\* *Si quid est in me ingenii]* Nihil potentius est ad conciliandos auditorum animos oratori, quam modesta de se commemoratio; nec ad alienandos, quam vana de se ostentatio:

hæc autem singularis fuit in Cicerone modestia, ut in plerisque ejus orationibus, ac præcipue pro Quintio, Corn. Balbo, &c. videre est.

quam sit<sup>a</sup> exiguum; aut si qua exercitatio dicendi, in qua me non inficiar mediocriter esse versatum; aut si hujuscē<sup>b</sup> rei<sup>c</sup> ratio aliqua, ab optimarum artium studiis ac disciplina profecta,<sup>d</sup> a qua ego nullum confiteor ætatis meæ<sup>e</sup> tempus<sup>b</sup> abhorruisse; earum rerum omnium<sup>c</sup> vel in primis hic A. Licinius<sup>f</sup> fructum a me repetere prope suo jure<sup>g</sup> debet.<sup>d</sup> Nam quoad longissime potest mens mea respicere spatium præteriti temporis, et pueritiae memoriam recordari ultimam, inde usque repetens,<sup>h</sup> hunc video mihi principem,<sup>b</sup> et ad suscipiendam, et ad ingrediendam<sup>i</sup> rationem horum studiorum extitisse.<sup>j</sup> Quodsi hæc vox, hujus hortatu præceptisque conformata,<sup>k</sup> nonnullis aliquando saluti fuit; a quo<sup>l</sup> id accepimus, quo ceteris opitulari et alios<sup>m</sup> servare

<sup>a</sup> *Dicendi.*<sup>b</sup> *Auctorem.*<sup>c</sup> *Formata.*

CAP. I. 1 In σ deest sit.—2 Pro hujuscē C hujus; H hujusmodi; χ hujusmodi; ψ 2. hujuscēmodo.—3 H discipline, et ψ 2. profecto. Idem Ms. a quo ego.—4 Pro meæ ψ 1. in eo. ψ 2. omittit tempus.—5 Franc. 1. et Dresd. *Aulus Licinius Archias*.—6 σ pro suo jure: ψ 2. prope sua vitæ.—7 Verba inde usque repetens Hulsemanno suspecta sunt.—8 In C ad me ingred. rat. istorum stud. exstis. —9 H S χ ψ 1. Ven. 1483. Junt. confirmata; et sic Ms. in Zuicca-viensi Scholastica Bibliotheca. Mox, pro aliquando σ aliis. Hulseman. con-

## NOTÆ

<sup>b</sup> *Ætatis meæ tempus*] Bonarum artium studiis deditus semper ut qui maxime fuit Cicero. Adolescens philosophiæ operam dedit Romæ, seseque tradidit Philoni eradicendum, admirabili quodam ad philosophiam studio concitatus, ut ipse in Bruto ait. Certe de eo scribit Plutarchus, in discendo ejus ingenium ita elinxisse, tantumque sibi nominis et gloriæ inter pueros fecisse, ut parentes, eum visendi gratia, commemoret, ad ludum venisse solitos; quod philosophandi desiderium semper habuit: posteaquam enim ad rempubl. accessit, quod otii supererat, philosophiæ dabat; et cum respubl. perturbata Cæsaris dominatione fuit, dum silebant oratores, iterum philosophiæ

vacavit.

<sup>c</sup> *Earum rerum omnium*] Si quid ingenii et exercitationis, rationis et artis in Cicerone fuit, id totum accep-tum ad Archiam refert.

<sup>d</sup> *Prope suo jure debet*] Archias ille præceptor fuit Ciceronis. Puer autem Cicero, cum imprimis poësi delectaretur, Pontinum Glancum tetra-metris composuit, quem sua etiam ætate extitisse Plutarchus ait.

<sup>e</sup> *Ad suscipiendam et ad ingrediendam*] Suscepit ductus consiliis Archiæ, et ingressus est labore et exercitatione continua, studium literarum.

<sup>f</sup> *Alios*] Ait se edoctum fuisse ab Archia eloquentiam, quæ eos sublevavit qui suo patrocinio indigebant.

possemus,<sup>11</sup> huic profecto ipsi, quantum est situm in nobis, et opem, et salutem ferre debemus. 2. Ac, ne<sup>12</sup> quis a nobis hoc ita dici forte miretur, quod alia quædam in hoc facultas<sup>g</sup> sit ingenii, neque hæc<sup>13</sup> dicendi ratio aut disciplina; ne nos<sup>h</sup> quidem huic uni<sup>i</sup> studio penitus unquam dediti fuimus.<sup>14</sup> Etenim omnes artes, quæ ad humanitatem pertinent, habent quoddam commune vinculum, et quasi cognatione<sup>15</sup> quadam inter se continentur.<sup>k</sup> II. 3. Sed ne<sup>16</sup> cui vestrum mirum esse videatur, me in quæstione legitima,<sup>l</sup> et in judicio publico,<sup>m</sup> [p. 186.] cum res agatur<sup>17</sup>

\*\*\*\*\*

jecit aliquanto.—10 C omittit *a quo*. Dein, in  $\psi$  ceteros.—11  $\psi$  2. possimus.—12 Pro Ac ne in Znicav. Nec.  $\psi$  2. caret hoc.—13 Schutz, e conjectura atque hæc. Tum CHS x  $\psi$  1. 2. edd. Naug. Mannt. Lamb. rat. nec discipl. Postea, pro uni, quod Ern. Beck. Schnitz, dederunt e conjectura Lambini, cuncti habent MSS. et edd. etiam Grut. Græv. Oliv. Lall. Orell. qui vocem esse corruptam notavit. In Ms. Bergeri *rincti*. Passerat, cum in MSS. Memmii invenisset partim *cuncto*, partim *curæ et*, prætulit *huic curæ et studio*. Heumann. deleri cuncti maluit, atque deest in C. Vid. Nott. Varr.—14  $\varsigma$  dediti sumus: Pantagath. dediti fuerimus. In Ms. Bergeri *nunquam ded. fuerimus*. Pro Etenim Gulielm. conjectit sed enim.—15  $\psi$  2. *cogitatione*.

CAP. II. 16 Znicav. Sed nec: Ms. ap. Græv. Si ne. Weiske e suspitione delevit *estrum*. C et  $\psi$  2. omittunt *esse*.—17 Ms. Ambrosian. agitatur; unde Mains fecit *agitetur*. Mox,  $\varsigma$  et  $\psi$  2. *lætissimum*: Ms. Ambrosian.

#### NOTÆ

<sup>g</sup> *In hoc facultas*] Archias cum omnium quasi consensus doctrinarum concentusque reperitur.

<sup>h</sup> *In questione legitima*] Quæstio legitima ea causa dicitur, quæ legibus constituta est, et quæ quærendi et vocandi quempiam in judicium postulat.

<sup>i</sup> *Uni [cuncti]* Aptius *uni* legeretur, et ita reponendum Lambinus censem. <sup>m</sup> *In judicio publico*] Publica judicia dicta sunt, quæcumque aut magistratus ipsi ius dicentes decreverunt, aut judices a magistratu ius dicente dati de jure statuerunt. Quoniam autem ius aliud privatum fuit, aliud publicum, propterea judicia alia privata, alia publica extiterunt; privata quidem de controversiis inter cives; publica vero de crimini bus agebant.

<sup>l</sup> *Ne nos*] Oratores.

<sup>i</sup> *Uni [cuncti]* Aptius *uni* legeretur, et ita reponendum Lambinus censem.

<sup>k</sup> *Continentur*] Omnes artes inter se uniri contendit, et loquitur de hac omnium disciplinarum encyclopediâ, quam ex sententia Platonis exponit sic lib. III. de Orat. ‘Est etiam illa Platonis vera, et tibi, Catule, certe non inaudita vox, omnem doctrinam harum ingennarum et humanarum artium uno quodam societatis vinculo contineri: ubi enim perspecta vis est rationis ejus, qua causa rerum atque exitus cognoscuntur, mirus quidam

apud prætorem<sup>n</sup> populi Romani, lectissimum virum, et apud severissimos judices,<sup>o</sup> tanto conventu hominum ac frequentia,<sup>18</sup> hoc uti genere dicendi, quod non modo<sup>19</sup> a consuetudine judiciorum, verum etiam a forensi sermone abhorreat; quæso<sup>20</sup> a vobis, ut in hac causa mihi detis hanc veniam,<sup>d</sup> accommodatam huic reo, vobis,<sup>i</sup> quemadmodum spero, non molestam; ut me pro summo poëta atque eruditissimo homine<sup>z</sup> dicentem, hoc concursu hominum literatissimorum,<sup>p</sup> hac vestra humanitate,<sup>3</sup> hoc denique prætore exercente judicium, patiamini de studiis humanitatis ac literarum paulo loqui liberius; et in ejusmodi<sup>e</sup> persona, quæ, propter otium ac studium, minime in judiciis periculisque tractata<sup>4</sup> est,<sup>f</sup> uti prope novo quodam et inusitato genere dicendi. 4. Quod si mihi a vobis tribui concedique sentiam; perficiam profecto, ut hunc A. Licinium non modo non segregandum, cum sit civis, a numero civium; verum etiam, si non esset, putetis asciscendum fuisse.<sup>5</sup>

III. Nam ut primum ex pueris excessit Archias, atque ab iis artibus,<sup>6</sup> quibus ætas puerilis ad humanitatem informari solet, se ad scribendi<sup>7</sup> studium contulit; primum

<sup>d</sup> Potestatem.

<sup>e</sup> Tali.

<sup>f</sup> Nunquam habuit experientiam judiciorum.



rectissimum.—18 H et freq.—19 In eodem Ms. deest modo.<sup>t</sup> C et Zuccav. omittunt præpositionem ante consuetudine.—20 ψ 2. quæro.—1 Idem Ms. nobis.—2 Pro homine ψ 2. hanc. In Zuccav. ac erud. homine.—3 ψ 2. humilitate. In Zuccav. ac vestra human.—4 Schutz. e conjectura Ilgenii jactata.—5 ξ assistendum fuisse. Barb. a m. pr. omittit fuisse, prob. Garatou, sed a manu recentiori additur esse.

#### NOTÆ

<sup>n</sup> Apud prætorem] De numero prætorum, et de eorum potestate, jam dictum est in orat. pro Lege Manil. § 5. not. Loquitur de urbano, apnd quem de controversiis civium agebatur.

<sup>o</sup> Severissimos judices] Dabatur judices a prætore, apnd quos nullus misericordiae et lenitatis locus est.

<sup>p</sup> Hominum literatissimorum] Con-

venerant ad illud judicium fere omnes illi qui bonarum literarum studiis erant dediti, quod non solum Archiæ, verum etiam literarum, literatorumque omnium causa agi videretur.

<sup>q</sup> Iis artibus] Grammatica, rhetorica, poësis, historia, geographia, artes sunt, quibus ad humanitatem excoluntur animi, et quasi novam formam accipiunt.

Antiochiae<sup>1</sup> (nam ibi natus est, loco<sup>2</sup> nobili, celebri<sup>3</sup> quondam urbe et copiosa, atque eruditissimis hominibus liberalissimisque studiis affluent) celeriter antecellere<sup>9</sup> omnibus ingenii gloria contigit: post in ceteris Asiae partibus, cunctaque Graeciæ,<sup>10</sup> sic ejus adventus celebrabantur, nt famam ingenii expectatio hominis, expectationem ipsius adventus admiratioque<sup>11</sup> superaret. 5. Erat Italia tunc<sup>12</sup> plena Græcarum artium<sup>5</sup> ac disciplinarum: studiaque hæc<sup>13</sup> et in Latio<sup>14</sup> t vehementius tum colebantur, quam nunc iisdem in oppidis; et hic Romæ, propter tranquillitatem<sup>6</sup> reipublicæ,<sup>15</sup> non negligebantur. Itaque hunc et Tarentini,<sup>x</sup> et

*et Genere.*

CAP. III. 6 Edd. nonnullæ his art.—7 Znicceav. scribendum.—8 Orell. cum ed. Junt. ita distinxit, primum Antiochiae (nam ibi natus est loco nobili;) celebri, &c. Ante celebri Crat. et Tollius addunt et. In C deest copia ante copiosa.—9 Lamb. conjectit cel. ei ut antecelleret: Ern. maluit cel. ei antecell. aut pro contigit legi cœpit: unde Schmitz. dedit cel. ei antecell. Dein C ingenii gloria contingit. In Znicceav. quoque contingit.—10 Barb. 1. Lamb. et Schmitz. cunctaque Graeciæ, probb. Lallem. et Orell. Pro sic ejus C habet sit ejusque. Tum celebratur C H s: celebrabatur S T χ, ψ 1. 2. Znicceav. cum Oliv. et Lall. Vocem ingenii post famam e suspicione delevit Weiske.—11 Pal. 9. Erf. Dresd. admirationenque: χ admiratio. Golielm. maluit, ut famam ingenii expectatio, expectationem hominis ipsius, &c. Pro hominis Weiske mavult hominum.—12 Ed. Junt. Erat tum Italia.—13 ψ 2. studioque hoc.—14 C et s Latino. Pro colebantur ψ 2. celebratur. Dein, quam tunc s, et hisdem in opp. C.—15 Pro

#### NOTÆ

<sup>r</sup> *Antiochiae*] Antiochia urbs Syriæ metropolis, quam Strabo lib. xvi. a Selenco Nicanore conditam ait.

<sup>s</sup> *Græcarum artium*] Ex Græcia in Italianam, tanquam ex fonte, omnes artes liberales profluxerunt; sed maxime post eversam Carthaginem.

<sup>t</sup> *In Latio*] Ante sociale bellum, literæ in Latio floruerunt. Latium separatum fuit ab Italia: nam universa Italia sic dividebatur, nt ejus proprie pars Latium diceretur, a Tiberi usque L millium pass. longitudo, qua in parte Roma fuit. Altera pars nomen universale retinuit, et Italia dicta est. Hinc alii Latini, alii Italici. Tertia, Gallia citerior, in provinciæ formam redacta. Hinc

jura quatuor, provincialium, Italicum, Latinorum, Qniritium, sive ciuum Rom.

<sup>u</sup> *Romæ, propter tranquillitatem*] Primi Romani literas neglexerunt, sed poëtas præcipue, uni arti militari dediti. Unde Cato in oratione M. Nobiliori, tanquam probrum objicit, quod in provinciam poëtas duxisset. At cum tranquillior facta est respublica, contulerunt se Romani ad disciplinas excolendas, quas a Græcis acceperunt.

<sup>x</sup> *Tarentini, &c.*] Tarentini populi sunt in Majore Græcia, id est, in Calabria et Campania ad oram maritimam, Siciliam versus, ubi sita Neapolis est.

Rhegini,<sup>16</sup> et Neapolitani, civitate ceterisque præmiis donarunt:<sup>17</sup> <sup>y</sup> et omnes, qui aliquid de ingenii poterant judicare, cognitione<sup>18</sup> atque hospitio<sup>z</sup> dignum existimarunt. Hac tanta celebritate famæ cum esset jam absentibus<sup>19</sup> notus, Romam venit, Mario consule et Catulo.<sup>a</sup> Nactus est primum consules eos, quorum alter<sup>b</sup> res ad scribendum maximas, alter cum res<sup>20</sup> gestas,<sup>c</sup> tum etiam studium atque aures adhibere posset. Statim Luculli,<sup>d</sup> cum prætextatus<sup>e</sup> etiam tum<sup>f</sup> Archias esset, eum domum suam receperunt.

\*\*\*\*\*

*reipublicæ Zuicav. Erf. Franc. 1. 2. Dresd. Pith. duo Barb. et Ven. 1480. populi Romani; C & populi R. ψ 2. P.—16 ‘Et Tarentini, et Rhey. &c.] Excudit hic et Locrenses. Polysyndeton adhibuit auctor, ut multitudinis sensum lectori magis imprimeret. Cur ergo huic consilio repugnans Locrenses, quos § 10. addit, hic omiserit? Weiske. In eddl. nouillis Rheygni.—17 ψ 2. do-narent.—18 Idem Ms. et cogn.—19 Heumannus et Ern. maluerunt absens, prob. Weiske. Post venit Hulsemann. posuit punctum, et verba *Mario cons. et Cat. nactus est*, &c. conjunxit. Heumann. est deleti jussit, prob. Weiske. Postea, pro eos Zuicav. habet ejusmodi.—20 C H x et Schutz. *tum res.*—1 C*

## NOTE

<sup>y</sup> *Civitate donarunt]* Ex jure Romano, nemo dnarum civitatum civis esse poterat: de quo vide orat. pro Cæcina. At inter alias civitates quisque diversarum jure gaudere poterat. Tarentini vero, Rhegini, et Neapolitani erant civitate donati.

<sup>z</sup> *Hospitio]* Mos invaluerat illis temporiibus, ut urbium diversarum cives jus inter se privati hospitiū contraherent. Vide orat. pro Rose. Amer. § 15. not.

<sup>a</sup> *Mario consule et Catulo]* A. U. C. 651. Marius et Catulus coss. fuerunt.

<sup>b</sup> *Quorum alter]* Marius quartum jam consulatum agebat, et capto Jurgurtha, devictis Cimbris, Teutonis, et Ambronibus, scribendi maxima argumenta dederat. De rebus ejus gestis vide Plutarchum in ejus vita.

<sup>c</sup> *Alter cum res gestas]* De Catulo magnifice loquitur, tum in libro de Claris Oratoribus, tum in lib. iii. de Orat.

<sup>d</sup> *Luculli]* Lucius et Marcus Lucullus fratres fuere. Lucius autem de Mithridate et Tigrane, Marcus vero de Macedonia triumphavit. De Lucio scribit Plutarchus, plurimos pulcherrimosque coëgisse libros, et studio cuique bibliothecam suam perpetuo apernisse, ibique loquendo, legendo, disputando, diem jucunde, Græcos posuisse, quos fovebat, colebat, conviviis excipiebat: denique proprios lares, liberam Græcorum, qui Romanam veniebant, aulam fecisse.

<sup>e</sup> *Prætextatus]* Vestis fuit puerorum nobilium et ingenuorum apud Romanos prætexta, qua utebantur ad annum decimum quintum. Credibile est proiectiori ætate fuisse Archiam; at dici a Cicerone ‘prætextatum,’ quod, licet juvenis, tam propter ingenium et doctrinam, apud Luculos receptus est, et donatus civitate.

Sed etiam hoc<sup>2</sup> non solum ingenii ac literarum, verum etiam naturae atque virtutis, ut domus, quae hujus adolescentiae prima fuerit,<sup>3</sup> eadem esset familiarissima senectuti.<sup>f</sup> 6. Erat temporibus illis jucundus<sup>g</sup> Q.<sup>4</sup> Metello, illi Numidico,<sup>h</sup> et ejus Pio filio:<sup>i</sup> audiebatur a M. AEmilio:<sup>k</sup> vivebat cum Q. Catulo,<sup>l</sup> et patre, et filio: a L. Crasso<sup>m</sup> colebatur:<sup>n</sup> Lucullos vero, et Drusum,<sup>n</sup> et Octavios,<sup>o</sup> et Catonem,<sup>p</sup> et

---

*etiam cum: ψ 2. etiam dum, nt Heumann, volebat. Pro Archias Wyttensbach. conjectit Marcus legend. Dein & esse. Präpositionem in ante domum C, Zniecev. Dresd. Franc. 1. 2. duo Barb. Pariss. et edd. vett. cum Lamb. Manut. Grut. Oliv. Lall. et Weiske.—2 Edd. ante Gruter. cum Weiske Sed enim hoc. C et Schutz. omittunt etiam, quod Orell. uncis includit. In ed. Laub. Elenim hoc: in Franc. 1. Sed et hoc: Dresd. Sed fuit hoc. Tom in C legitur non solum nunc; in ψ 2. hoc non solus. Post virtutis S χ ψ 1. Ven. 1483. Junt. Lamb. Oliv. Lall. Schutz. addunt fuit. Garaton. aut legi vult, Sed est hoc . . . virtutis, ut, &c. aut Sed jam hoc . . . virtutis fuit, ut, &c.—3 & ψ 2. Zniecev. adul. prima fuit. Reizius scribebat adul. prima patuerit, prob. Ilgenio Op. Philos. 11. p. 96. Weiske legi mavult adul. prima facerit, aut adolescentiam foverit.—4 Prænomen Q. omittunt C &, Zniecev. Junt. Lamb. Pro Numidico in ψ 2. Muudico. Postea, ‘Pio] Heumann. monet h. l. adjectivum esse, ideoque minuscula litera initiali scribendum. Nam si cognomen esset, scribi debuisse ejus filio, Pio. Fortassis fuit, Pio, ejus filio (ut et Hgen. censuit, et Lamb. dedit), aut e gloss. accessit Pio, quod mihi verisimilius videtur.’ Beck. Schutz. dedit et ejus filio Pio.—5 χ filio et a L. Crasso col. Dein, Zniecev.*

## NOTÆ

<sup>f</sup> *Familiarissima senectuti]* Vult ostendere Cicero tanta fuisse probitate Archiam, ut eandem landem, quam sibi juvenis vindicaverat, ad extremam usque senectutem retinuerit.

<sup>g</sup> *Illis jucundus]* Multa grata sunt, quæ non sunt jucunda; at nihil jucundum esse potest, quod non sit gratum.

<sup>h</sup> *Metello Numidico]* Q. Cæcilius Metellus Numidicus appellatus est, quod consul duobus præliis Jugurthan fuderit, et totam Numidiā vastaverit. Hic, Plutareho referente, Lucullorum avunenlus fuit.

<sup>i</sup> *Pio filio]* Q. Metellus, Numidici filius, Pius dictus est, quod precibus suis redditum ab exilio patris obtinuerit.

<sup>k</sup> *M. AEmilio]* AEmilius Scæurus princeps senatus fuit, et magnæ vir-

apnd Romanos auctoritatis.

<sup>l</sup> *Q. Catulu]* Orator fuit et consul Q. Catulus.

<sup>m</sup> *L. Crasso]* Lucius Crassus magnus orator fuit, quem in lib. de Orat. loquentem indicit Cicero.

<sup>n</sup> *Drusum]* M. Catonis is Drusus avunenlus fuit, quem tribunum plebis, initio belli socialis, domi interfectum fuisse Velleius scribit.

<sup>o</sup> *Octavios]* Tres fuere Octavii; Cnaeus, qui cum Cinna consul fuit, et quem, leges perniciose molientem, ex urbe expulit: alter Cnaeus, non eodem patre natus, qui Curionis in consulatu collega fuit: Lucius, Cnaei frater, qui cum Cotta consnl fuit.

<sup>p</sup> *Catonem]* Hic Cato pater Uticensis fuit, qui semetipsum interfecit.

totam Hortensiorum domum, devinctam consuetudine cum teneret, afficiebatur summo honore; quod eum non solum colebant, qui aliquid<sup>6</sup> percipere atque audire studebant, verum etiam, si qui forte simulabant. 1v. Interim<sup>7</sup> satis longo<sup>7</sup> intervallo, cum esset cum L. Lucullo<sup>8</sup> in Siciliam profectus,<sup>9</sup> et cum ex ea provincia cum eodem Lucullo decederet, venit Heracleam.<sup>9r</sup> Quæ cum esset civitas æquissimo jure ac fœdere,<sup>s</sup> ascribi se in eam civitatem voluit: idque,<sup>10</sup> cum ipse per se dignus putaretur, tum auctoritate et gratia Luculli ab Heracleensibus<sup>11</sup> impetravit. 7. Data est civitas Silvani<sup>12</sup> lege et Carbonis,<sup>t</sup> ‘Si qui fœderatis civitatibus ascripti fuissent; si tum,<sup>13</sup> cum lex ferebatur, in Italia domicilium habuissent; et, si sexaginta diebus<sup>14</sup> u apud prætorem essent professi.’ [p. 187.] Cum hic domi-

<sup>h</sup> Postea.

\*\*\*\*\*

*Lucullus vero, et Drusus, et Octavius.* — 6 ψ 2. qui etiam aliquid; et nonnullæ edd. vett. perc. aut audire.

CAP. IV. 7 Lamb. longo satis.—8 Schutz. tacite edidit cum M. Lucullo. Vid. varr. lectt. paulo infra. Tum, *in Ciliciam prof. C. in Ciliciam prof.* edd. vett. panæ, cum Weiske, probb. Tollio, Cellario, et Ilgenio. Panlo post, ψ 2. *ex eadem provincia.* — 9 Erachiam<sup>s</sup> : Heraclean<sup>x</sup>. Heracleam edd. ante Ern. — 10 Pro idque C idenque; s itaque. Postea, pro tum C cum; s ψ 2. tamen. — 11 s Erachiensibus : MSS. nonnulli et edd. ante Ern. Heraciensibus, constanter. — 12 Grut. cum edd. recentt. e conjectura Hotomanni et Manutii dedit *Silvani*: nonnulli *Sylvani* : MSS. plerique et edd. ante Grut. cum Schutz. *Silani*. In C *Sillana* : H x *Syllani* : S et Zuicav. *Sillani* : ψ 2. *Villani*. Mox, C *Carbanis*. — 13 ψ 2. si tamen. Paullo post, C in *Italianum*. — 14 Lamb. conjectit sexag.

## NOTÆ

<sup>q</sup> *Siciliam [Ciliciam] profectus*] L. Lucullus quæstor in Asiam profectus est, et prætor Siciliam, ac consul Asiam obtinuit; enm Archias in eas provincias secentus est.

<sup>r</sup> *Heracleam*] Heraclea civitas Italæ in Campania finibus fuit, ubi Tarentum, Rhegium, aliæque civitates, de quibus supra. Strabone teste, primum Troja, sed postea inductis Tarentinorum coloniis, Heraclea dicta est. Cum autem haberet ius civitatis Romanæ hæc urbs Heraclea, atque inter ejus cives ascriptus esset Archias, certe jure civitatis Roma-

næ fruebatur: nam fœderatæ civitates eodem quo Romani privilegio nte- bantur.

<sup>s</sup> *Æquissimo jure ac fœdere*] Fœdus illud enm Heraclea sanctum est Pyrrhi temporibus, Fabricio consule, A. U. C. 475.

<sup>t</sup> *Silvani lege et Carbonis*] Cn. Pompeio Strabone et L. Porcio Carbone coss. M. Plautius Silvanus et Cn. Papirius Carbo, tribuni plebis, legem tulere de peregrinis, ut hic subjacet; ‘Si qui fœderatis,’ &c.

<sup>u</sup> *Sexaginta diebus*] Tria legis capi- ta fuerunt; si quis fœderatæ civitati

cilium Romæ multos jam annos<sup>15</sup> haberet, professus est apud prætorem, Q. Metellum, familiarissimum suum. 8. Si nihil aliud, nisi<sup>16</sup> de civitate ac lege, dicimus, nihil dico amplius: causa dicta<sup>i</sup> est: quid enim horum infirmari, Grati,<sup>17</sup> potest? Heracleæne esse tum ascriptum negabis? Adest vir summa<sup>18</sup> auctoritate, et religione, et fide, M. Lucullus, qui se non opinari,<sup>x</sup> sed scire; non audivisse, sed vidisse; non interfuisse, sed egisse dicit. Adsunt Heracleenses legati,<sup>y</sup> nobilissimi homines, (hujus judicij<sup>19</sup> causa, cum mandatis, et cum publico testimonio venerunt) qui hunc [ascriptum] Heracleensem dicunt. Hic tu tabulas<sup>20</sup> desideras Heracleensium publicas; <sup>z</sup> quas Italico

<sup>i</sup> *Defensa.*

.....

post diebus. Pro prætorem, quod in H deest, s<sup>r</sup> habet Ro. Po.—15 Znicav. jam antea annos.—16 In ψ 2. deest nisi. Puteanns et Hotomannus malnerunt de cir. hac lege dic. Vir doctus ap. Beck. conjectur legend. de ciritate Heracleæ dicimus. Idem periodorum transpositionem proposuit, Cum hic domicilium . . . familiarissimum suum. Data est civitas . . . professi. Si nihil aliud, &c. Verba ac lege Beckio suspecta sunt. Pro dicimus in χ diximus.—17 Gratia S s<sup>r</sup> ψ 2. duo Barb. tres MSS. Grævii, et plerique MSS. Gruteri, atque Ven. 1480. 1483. et al. Gracci H: Gracchi χ: a Gracchis Franc. 1. Gracche Junt. Naug. Manut. Lamb. et Schntz. Crasse Hulsemann. legi jussit. Mox, pro Heracleæne in C, Dresd. Franc. 1. 2. Heracleæ non: et pro tum H tu; MSS. nonnulli et edd. ante Gruter. eum. In Pith. legitur, Heracleæ ne esse putatis ascriptum tum negabis.—18 Ante summa C addit præpositionem in. Mox, H ac fide. Tum, L. Lucullus Naug. Cam. Lamb. Beck. et Orell. Vid. paulo supra.—19 Qui hujus jud. edd. pleræque ante Grut. qui cum edd. seqq. delevit pronomen qui, quod abest a MSS. et edd. Ven. 1480. 1483. Junt. Mox etiam Cellar. et Henmannus pronomen qui ante verba hunc ascrip. omiserunt, ut in Pal. 2. deest, prob. Grut. Ceterum, Hulsemann. interpunktionem tacite inntavit ita, Adsunt Her. legati! Nobilissimi homines hujus . . . venerunt, qui hunc, &c. C et s<sup>r</sup> omittunt præpositionem ante publico. In H deest hunc. Dein, Lamb. legi voluit ascriptum Heracleæ esse dic. unde Schntz. dedit ascriptum Heracleæ dic. Ascriptum Ernesto, et Heracleensem Beckio suspecta sunt. Orell. notavit esse corruptum. In Barb. 1. qui Heracleensem ascriptum dic. in Barb. 2. qui ascriptum Heraciensem dic.—20 C H S χ ψ 2. Franc. 1. Dresd.

## NOTÆ

ascriptus esset, si in Italia domicilium haberet, si sexaginta diebus censum apud prætorem professus esset, id est, intra diem sexagesimum post latam legem professus esset, se civem Romanum esse.

<sup>x</sup> Non opinari] Leviter aliquando

opiniones a rei veritate alienæ concipiuntur. Affert testimonium Luculli.

<sup>y</sup> Adsunt Heracleenses legati] Loens a testibus, in quo multum roboris et firmamenti est.

<sup>z</sup> Tabulas publicas] In tabulis pub-

bello,<sup>a</sup> incenso tabulario,<sup>b</sup> interisse scimus omnes. Est ridiculum,<sup>c</sup> ad ea quæ habemus, nihil dicere; quærere, quæ habere non possumus;<sup>c</sup> et de hominum memoria tacere, literarum memoriam flagitare: et, cum habeas amplissimi viri religionem,<sup>d</sup> integerimi municipii<sup>e</sup> jusjurandum fidemque, ea, quæ depravari nullo modo possunt, repudiare; tabulas,<sup>f</sup> quas idem dicis solere corrumpi, desiderare. 9. At domicilium in Italia non habuit is, qui tot annis ante civitatem datam, sedem omnium rerum<sup>f</sup> ac fortunarum suarum Romæ collocavit?<sup>g</sup> At non est professus. Immo vero<sup>h</sup> iis tabulis professus,<sup>g</sup> quæ solæ ex illa profes-

Pith. Barb. 1. Ven. 1483. *tabellas*. In Zuccav. *Hic tum tabulas*. Hulsemann. post *tabulas* posuit interrogatiois notam, quam post *omnes* Cellar. et Heumann. posuerant.—1 ψ 2. *Et ridiculum*. In σ deest *nihil*. Postea, Zuccav. etiam de *hom. mem.*—2 In Zuccav. deest *municipii*. Tum pro *ea quæ σ eaque*. Postea, C *pravari*.—3 σ *repudians*, et C *tabellas*. Mox, H *desiderari*.—4 [At . . . habuit? Is qui . . . collocavit?] Distinxii cum Ilgenio, Beck. Schntz. Schwæter. Ceteri At . . . habuit is, qui . . . collocavit? Fortasse legend. At . . . non habuit. Non habuit is . . . collocavit? Pro At Lamb. An. Pro Romæ, e Lambini conjectura, Ernest. Beck. Schntz. in Italia, nimis andacter. Delevit Romæ Tollius.<sup>j</sup> Orell. In C H S σ χ ψ 2. Franc. 2. Barb. 1. 2. Zuccav. deest ante. Franc. 1. et Pith. tot annis civitate data: Ms. Lamb. tot annos civitate data. ψ 2. caret ac ante *fortun.* Postea, in Zuccav. *collocat*. Denique, Pith. et Franc. 1. *An non est prof.*—5 Pro vero ψ 2. *nota*. Tum Zuccav, his

## NOTÆ

licis omnia acta publica civitatis, et omnium civium nomina continebantur.

<sup>a</sup> *Italico bello*] Spe civitatis obtinendæ, Italiae populi dejecti, tandem facta conspiratione, populo Rom. bellum intulerunt, quod et sociale dictum est, et Marsicum, quod a Marsis primum sit excitatum.

<sup>b</sup> *Incenso tabulario*] Tabularium locus est ubi servabantur tabulae publicæ.

<sup>c</sup> *Quærere quæ habere non possumus*] Ostendit ridiculum esse tabulas quærere quæ perierunt, quæque dumtaxat proferuntur, ut per eas præteriorum memoria conservetur, cum præsertim recens sit memoria Archiam esse civitate donatum; et ha-

beantur testimonia Luenlli, Heraclensem, &c.

<sup>d</sup> *Religionem*] Per religionem intelligit juramentum, quia juratus testis dicebat testimonium, quod tunc religiosum putabatur.

<sup>e</sup> *Municipii*] Municipium oppidum est jure civitatis Romanæ donatum, quod alio nomine Plinius oppidum civium Romanorum appellavit.

<sup>f</sup> *Sedem omnium rerum*] Constituit vivere et mori Romæ Archias: argumentatur a domicilio sive loco.

<sup>g</sup> *Iis tabulis professus*] Curavit nomen suum in eas tabulas referri, sicut lex præscribebat; non in eas tabulas, quæ negligentius asservabantur a prætore, et in quibus plures sape nomina sua furtum inscribe-

sione, collegioque<sup>6</sup> prætorum, obtinent publicarum tabularum auctoritatem. v. Nam cum Appii tabulæ<sup>h</sup> negligenter asservatæ<sup>7</sup> dicerentur, Gabinii, quamdiu incolmis fuit,<sup>i</sup> levitas, post damnationem<sup>k</sup> calamitas,<sup>8</sup> omnem tabularum fidem resignasset;<sup>l</sup> Metellus,<sup>m</sup> homo sanctissimus modestissimusque omnium,<sup>9</sup> tanta diligentia fuit, ut ad L. Lentulum<sup>10</sup> prætorem et ad judices venerit, et unius nominis<sup>11</sup> litura<sup>n</sup> se commotum esse dixerit. His igitur tabulis nullam litarum in nomen<sup>12</sup> A. Licinii videtis. 10. Quæ cum ita sint,<sup>13</sup> quid est, quod de ejus civitate dubitetis,<sup>14</sup> præsertim cum aliis quoque in civitatibus fuerit ascriptus? Etenim cum mediocribus multis,<sup>o</sup> et aut nulla,<sup>15</sup> aut humili

\*\*\*\*\*

*tabulis.* In C deest professus, et deleri Tollius malebat.—6 C collegiorumque. Mox, obtinet H: detinent Barb. 2.

CAP. V. 7 *Obserrate* 5, Dresd. *observare* C. Mox, C 5 χ ψ 1. et MSS. Ursini Gabii, unde Ursinus conjectit *Gavii*. Cf. pro Sext. c. 3. In H Glabrii: S *Grabrii*: ψ 2. Vabrii: alii Gabinii.—8 Zuccav. potius damn. calamitatis. Tum 5 omnium tab. Postea, ψ 2. resignasse.—9 Lamb. omniumque modestissimus.—10 Wyttensbach. conjectit P. Lentulum legend. In ed. Hervag. deest prænomen.—11 C H ψ 1. 2. Dresd. Zuccav. duo Barb. Ven. 1480. 1483. hominis. In 5 deest. A Barb. 1. abest esse.—12 Barb. 1. Zuccav. et Tollius in nomine, ut volebant Lamb. et Heumann.—13 ψ 1. ita fuit.—14 χ et ψ 2. dubitatis. In C deest *cum ante aliis*. Lamb. delicit præpositionem ante civitatibus. Tum, Zuccav. *descriptus*.—15 Pith. *multi*, sed aut nulla. Mox, χ præditus. In Erf. *gratuito gravat civitatem*; unde Grævius conjectit *gratuito non gratae civitatem*. Pro in Græcia Heumann. legi maluit *Græci*. Dein, χ

#### NOTÆ

bant; sed in eas tabulas quæ a Metello, viro sanctissimo, asservatæ sunt. Probat autem tabulis professum esse Archiam.

<sup>h</sup> *Appii tabulæ*] Appius et Gabinius prætores fuernnt, cum Archias professus est.

<sup>i</sup> *Incolmis fuit*] Qui nondum condemnatus in iudicio est, dicitur incolmis.

<sup>k</sup> *Post damnationem*] Bis quidem vocatus fuit in iudicium Gabinini: 1. a Pub. Sulla de ambitu, sed absolutus: 2. quod Ptolemaëm in regnum reduxisset: cuius causam egit Ciceron.

<sup>l</sup> *Resignasset*] Tabulæ evulgatae

sunt post damnationem et calamitem Gabinii, quia antea erant tabulæ ejusmodi prætoris annulo obsignatae.

<sup>m</sup> *Metellus*] Apud Metellum prætoreni Archias professus est.

<sup>n</sup> *Unius nominis litura*] In iis tabulis minus tantum nominis litura reperita est, qua se commotum Metellus dixit: at in Archiae nomine nulla erat.

<sup>o</sup> *Cum mediocribus multis*] Argumentum a minore ad majus facit: si civitate donati sunt levioris artis homines; certe et ea donatus est Archias, qui præstantissimis artibus ornatus est.

aliqua arte præditis, gratuito<sup>p</sup> civitatem in Græcia<sup>q</sup> homines impertiebantur, Rheginos credo,<sup>16</sup> aut Locrenses,<sup>r</sup> aut Neapolitanos, aut Tarentinos, quod scenicis artificibus<sup>s</sup> largiri solebant, id huic, summa ingenii prædito gloria, noluisse. Quid? cum ceteri,<sup>18</sup> non modo post civitatem datam, sed etiam post legem Papiam,<sup>19t</sup> aliquo modo in eorum municipiorum tabulas irrepserint;<sup>20u</sup> hic, qui ne utitur quidem illis, in quibus est scriptus, quod semper se Heracleensem<sup>1</sup> esse voluit, rejicietur? 11. Censu[n]s nostros requiris<sup>x</sup> scilicet: est enim obscurum,<sup>2</sup> proximis censoribus, hunc cum clarissimo imperatore, L. Lucullo, apud

\*\*\*\*\*

et ψ 2. *impartiebant*: H et Barb. 2. *impertiebant*, ut Lambinus volebat.—16 Weiske suspicatur post *credo addendum statuemus*, aut *credo mutandum in credamus*.—17 s *artificiis*. In Pith. deest huic. Post noluisse Erf. addit *scilicet credendum est*.—18 C *ceteris*.—19 s *Appiam*: Barb. 1. *Papiriam*, ut Augustin. vel scribi voluit, vel in Ms. invenit.—20 *Rescripserunt C*: *irrepserunt* S x et ed. Hervag. *irrexerunt* s. Tum, in ψ 2. deest qui. Pro ne H S x ψ 2. et nonnullæ edd. vett. enm Græv. nec.—1 Post Heracleensem Ven. 1480. 1483. Junt. addunt esse. Pro *voluit* in ψ 2. *noluit*. Tum s *rejiceretur*.—2 Lamb. *requiris*. *Scilicet est obsc.* Hulsemann. e conjectura Ilgenii dedit *requiris*. *Scilicet: est enim obsc.* &c. Barb. 1. *requiritis*. *Est enim obsc.* &c. In

#### NOTE

<sup>p</sup> *Gratuito*] Sine merito, et artis alicujus gloria civitatem concedebant: quidni concedetur tam insigni viro?

<sup>q</sup> *In Græcia*] Magnam Græciam intelligit, quæ pars erat Italiae, cuius initium erat a Latii finibns, et ad Tarentum usque et Cumas extendebatur.

<sup>r</sup> *Locrenses*] A Locrensibus etiam civitate donatus est Archias: populi autem illi sunt in extrema Italiae ora, quæ Magna Græcia dicta est.

<sup>s</sup> *Scenicis artificibus*] Artes intelligit viles et abjectas: argumentatur a minori ad majus.

<sup>t</sup> *Post legem Papiam*] Primum lege a Petronio latum erat, ut omnes peregrini jure civitatis carerent. Hanc iterum Papius tribunus plebis, coss. Cotta et Manlio, A. U. C. 688. re-

stauravit. De utraque lib. III. de Off. loquitur.

<sup>u</sup> *Tabulas irrepserint*] Cam aliqui curaverint, ut nomen suum vel prætorum negligentia, vel fraude in tabulis publicis latenter inscriberetur; cur non obtinebit Archias, &c.

<sup>x</sup> *Censu[n]s nostros requiris*] Negabat aduersarius a censoribus Archiam censum esse: mos enim fuit apud Romanos, ut quinto quoque anno capita civinm Romanorum censerentur. Respondet autem Cicero ideo censum non esse, vel quia Roma aberat, quando censebatur populus, vel quia eo præsente censendi ratio neglecta est. Censu[n]s autem non confirmat jus civitatis, hoc est, non facit neque confirmat civem, sed tantummodo indicat cum qui sit census.

exercitum fuisse; superioribus,<sup>y</sup> cum eodem quæstore fuisse<sup>z</sup> in Asia; primis,<sup>4</sup> Julio et Crasso,<sup>z</sup> nullam populi partem esse censam.<sup>5</sup> Sed, quoniam census non jus civitatis confirmat,<sup>6</sup> ac tantummodo indicat, eum, qui sit census, ita<sup>7</sup> se jam tum gessisse pro cive;<sup>a</sup> iis temporibus,<sup>8</sup> quæ tu criminaris, ne ipsius<sup>b</sup> quidem judicio<sup>9</sup> eum in civium Romanorum jure esse versatum; et testamentum<sup>10</sup> sæpe fecit<sup>c</sup> nostris<sup>11</sup> legibus, et adiit hæreditates<sup>d</sup> civium Romanorum, et in beneficiis ad ærarium<sup>e</sup> delatus est a L. Lucullo prætore et consule. vi. Quære argumenta,<sup>f</sup> si

\*\*\*\*\*

Zuicav. quoque deest scilicet.—3 In H x ψ 1. 2. desunt verba *superioribus* cum eodem quæst. fuisse. Pro quæstore<sup>5</sup> habet quæ scilicet.—4 C in primis. Verba Julio et Crasso Mauntio suspecta sunt.—5 H S x, Zuicav. Pall. aliquot, Ven. 1480. 1483. et al. censitam.—6 In marg. ei Gothofred. ‘fort. confert.’ Pro ac in σ et ψ 2. at.—7 Lamb. delevit ita, quod Orell. uncis includit.—8 Zuicav. his temp. Pro quæ C quem; Lamb. per quæ; Schütz. quibus. Tollius et Grævius conjecterunt queis legend.—9 Ilgen. contendit indicio legend. Pronomen eum in C H S σ ψ 2. deest.—10 ψ 2. testem.—11 Lamb. nobis. Mox H x hæreditatem. Ante ad ærarium x addit et. In Zuicav. legitur, in beneficio ad ær. est, omisso delatus. Postea, in Pith. a L. Lucullo P. R. consule; unde Græv. conjectit a L. Lucullo proconsule.

## NOTÆ

<sup>y</sup> Superioribus] L. Martius Philip-  
pus et M. Perpenna lustrum sexage-  
simum sextum fecerunt, quo tem-  
pore in Asia Archias fuit cum Lu-  
culo quæstore. Censura deinde in-  
termissa fuit usque ad annum sex-  
centesimum septagesimum tertium,  
quo L. Gellius, Cn. Lentulus censores  
lustrum sexagesimum septimum fe-  
cerunt, cum Lucullus in Asia bellum  
contra Mithridatem administrabat:  
et hi sunt quos Cicero ‘proximos’  
appellat.

<sup>z</sup> Julio et Crasso] L. Julius Cæsar,  
P. Licinius Crassus censores fuere,  
Cn. Pompeio et Porcio Catone coss.  
anno urbis 664.

<sup>a</sup> Gessisse pro cive] Gerit se pro  
cive, qui jure civitatis utitur, sive  
civis sit, sive non sit.

<sup>b</sup> Ipsius] Archiæ judicio contendebat  
adversarius eum non esse civem

Romanum.

<sup>c</sup> Testamentum fecit] A testamento  
facto, ab adita hæritate, et a dela-  
tione ad ærarium, probat Archiam  
civem esse Rom. Porro testamen-  
tum facere, et accipere quid testa-  
mento, ad cives tantum pertinebat;  
utroque jure peregrini privabantur.

<sup>d</sup> Adiit hæreditates] Licebat quem-  
libet, modo civis Romanus esset, hæ-  
redem facere.

<sup>e</sup> In beneficiis ad ærarium] Archias  
delatus est inter eos qui beneficium  
aliquid accipere debebant. Id enim  
moris fuit, ut milites propter rem  
bene gestam ab imperatore ad æra-  
rium deferrentur, et aliquod suæ ge-  
nerositatis præminim acciperent.

<sup>f</sup> Quære argumenta] Ita fidit suæ  
cansæ Cicero, ut moneat adversa-  
rium nunquam posse invenire argu-  
menta satis valida, quibus persua-

qua potes: nunquam enim hic<sup>12</sup> neque suo, neque amicorum judicio revincetur.<sup>k</sup>

12. Quæres<sup>13</sup> a nobis,<sup>g</sup> Grati, cur tantopere hoc nomine<sup>14</sup> delectemur. Quia suppeditat nobis, ubi et animus<sup>15</sup> ex hoc forensi strepitu reficiatur, et aures convicio<sup>h</sup> defessæ conquiescant. An tu existimas aut suppetere nobis<sup>16</sup> posse, quod quotidie dicamus, in tanta varietate rerum, nisi animos nostros doctrina excolamus; aut ferre animos<sup>17</sup> tantam posse contentionem,<sup>18</sup> nisi eos doctrina eadem relaxemus? Ego vero fateor, me his studiis esse deditum. [p. 188.] Ceteros pudeat, si qui ita se<sup>19</sup> literis abdiderunt, ut nihil possint ex his neque ad communem afferre fructum, neque in aspectum lucemque proferre: me autem quid pudeat, qui tot annos ita vivo, judices, ut ab nullius unquam<sup>i</sup> me<sup>20</sup>

<sup>k</sup> Convincetur.

\*\*\*\*\*

CAP. VI. 12 In ψ 1. deest hic. Mox, C nec amicorum. Ilgenius indicio scribi jubet. Deinde, Lamb. convincetur.—13 χ Quære: Lamb. et Weiske Quæreris, nt Heumann. volebat. Tum, Gratti Erf. Pith. Pal. 9. Gracchi H χ et plerique Pall. Gracche Dresd. Franc. 1. 2. Zniccav. nonnulli Pall. et edd. multæ: a Gracchi ψ.—14 Edd. nonnullæ nomine, errore typographico.—15 C H σ χ ubi animus ex hoc for. Pith. ubi etenim lex hoc for. σ ubi etenim lex hæc for. Dresd. ubi etenim vox hoc for. Barb. 2. ubi etenim vox hæc for. Franc. 1. ubi vox hæc for. Mox, Zniccav. aut aures. Pro convicio σ cum ritio. In χ et ψ 2. deest defessa.—16 ψ 2. notis.—17 In Pith. desunt verba nostros doctr. excol., aut ferre animos.—18 C a m. sec. extencionem. Postea, σ relapsemus.—19 Zniccav. si quid se ita: Junt. Lamb. si qui se ita. Tum, ψ 2. abdicaverunt.—20 Ut a nullo unquam me C: ut nullius unquam me H χ ψ 2. ut a nullis unquam

#### NOTÆ

deat Archiam poëtam civem non esse.

<sup>g</sup> Quæres a nobis] Occupatione transit ad Archiæ commendationem, cum digressione in laudein literum.

<sup>h</sup> Convicio] Convicium proprie maleductum illud est, quod accusator reo objicit præter crimen quod causæ proprium est, et quod nihil habet propositum præter contumeliam.

<sup>i</sup> Ut ab nullius unquam [ut ab illis nullo me unquam] Locum depravatum putat Petrus Victorius Var.

Lect. II. 9. et sic reponendum esse, ut a nullius unquam me tempore, aut commodo, aut otium meum abstraxerit, &c. ostendit enim quod literis incubuerit, et nemini obsuerit; nec se esse e genere illorum hominum, qui his studiis vehementer delectati, cuncta officia et publica et privata deserunt; sed semper se præsto fuisse iis qui opera sua uti vellent, et temporibus commodisqne eorum diligenter servisse, nec a muneribus illis potuisse aut otio avelli, aut voluptate avocari, aut somno retardari; quare liberum

tempore aut commodo,<sup>1</sup> aut otium meum abstraxerit, aut voluptas avocarit,<sup>2</sup> aut denique somnus retardarit? 13. Quare quis tandem me reprehendat, aut quis mihi<sup>3</sup> jure succenseat, si, quantum ceteris ad suas res obeundas, quantum ad festos dies<sup>4</sup> ludorum celebrandos, quantum ad alias voluptates, et ad ipsam requiem animi et corporis conceditur temporum;<sup>5</sup> quantum alii tribuunt tempestivis conviviis;<sup>6</sup> quantum denique<sup>6</sup> aleæ,<sup>1</sup> quantum pilæ; tantum mihi egomet ad hæc studia recolenda<sup>7</sup> sumsero? Atque hoc adeo mihi concedendum est magis, quod ex his studiis hæc quoque censemur<sup>8</sup> oratio<sup>m</sup> et facultas; quæ quantacunque in me,<sup>9</sup> nunquam amicorum periculis defuit. Quæ si cui<sup>10</sup> levior videtur; illa quidem certe, quæ summa sunt, ex quo fonte hauriam,<sup>11</sup> sentio. 14. Nam, nisi multorum

<sup>1</sup> Repetenda.



me  $\zeta$ : ut nullo unquam me Barb. a m. sec. ut ab illis nullo me edd. vett. non nullæ.—1  $\psi$  1. 2. Dresd. Franc. 2. Barb. 2. Zuicav. Ven. 1480. 1483. Junt. Crat. Lamb. Græv. Oliv. Lall. *commodum*, post quam vocem nonnulli putant verbum excidisse.—2 Dresden. *voluntas*, et C. cum Zuicco, *advocaverit*. Mox,  $\psi$  2. *retardat*.—3  $\zeta$  me. Pro *quantum* idem Ms. habet *quam*.—4  $\chi$  *festum die-rum*. Tum, C *quantunque*.—5 Quinque Oxonn. MSS. Nang. Manut. Cam. Lamb. Oliv. Lall. *temporis*, ut Heinmann. volebat. Mox, Lamb. *intempestivis*.—6 In C deest *denique*. Pro *aleæ* Pith. *alreolo*, prob. Grævio.—7 *Recolenda* non est in  $\chi$ . Tum, C *Atque hæc ideo mihi hoc conced.* Pro *adeo* S  $\zeta$ , Barb. 1. 2. Zuicav. Ven. 1480. 1483. Nang. habent *ideo*; Lamb. co. Heinmann. legi malebat *Atque id eo*.—8 C H S  $\zeta$   $\chi$   $\psi$  2. Barb. 1. 2. Ven. 1483. Junt. Crat. Vict. Manut. Lamb. Weiske, Orell. *crescit*: edd. nonnullæ *crescit*: al. *crescat*: T,  $\psi$  1. Zuic. Ms. Grut. Ven. 1480. Herv. Cam. Grut. et edd. seqq. præter Weiske et Orell. *censemur*. Pro *oratio* Grævius *conjectit ratio legend*.—9 *Quan-tac. in me est* Junt. Crat. Lamb. *quantac. est in me* Franc. 1. et sex Oxonn. MSS. cum Oliv. Lall. Beck. et Orell.—10  $\zeta$  *cuiquam*. Pro *levior* H  $\chi$  *lenior*; Ms. Bergeri *lautior*, ut Pantagathus volebat. Tollus *conjectit leriora legend*.

#### NOTÆ

esse omni culpa; nam quod tempus poneret in literis, bonisque artibus perdiscendis, statim accurate docet; atque id cum sua magna laude, turpique nota eorum qui longe aliam vitam, quam describit, sequeruntur.

<sup>k</sup> *Tempestivis [intempestivis] convi-viis*] Intempestiva seu immoderata convivia hic appellat, quæ ad voluptatem et luxuriam præter valetudinis

leges celebrantur.

<sup>l</sup> *Aleæ*] Alea vulgo dicitur, quicquid fortunæ committitur.

<sup>m</sup> *Censemur [crescit] oratio*] Quintilianus x. 1. ait poëtarum lectionem oratoribus conferre plurimum. Ostendit antem hic a causis efficientibus eloquentiam literis instrui, et vitam institui.

præceptis, multisque literis<sup>12</sup> mihi ab adolescentia suasissem, nihil esse in vita magnopere expetendum, nisi laudem atque honestatem; in ea<sup>13</sup> autem persequenda<sup>14</sup> omnes cruciatus corporis, omnia pericula mortis atque exilii,<sup>14</sup> parvi esse ducenda; nunquam me pro salute vestra<sup>15</sup> in tot ac tantas dimicationes,<sup>16</sup> atque in hos profligatorum<sup>17</sup> hominum quotidianos impetus objecisset. Sed pleni<sup>18</sup> omnes sunt libri, plenæ sapientium voces, plena exemplorum vetustas; quæ jacerent in tenebris omnia, nisi litterarum lumen accederet.<sup>16 p</sup> Quam multas nobis imagines,<sup>19</sup> non solum ad intuendum,<sup>17</sup> verum etiam ad imitandum, fortissimorum virorum, expressas,<sup>p</sup> scriptores et Græci et Latini reliquerunt! quas ego mihi semper in administranda republica proponens, animum<sup>18</sup> et mentem meam ipsa cogitatione hominum excellentium<sup>19</sup> conformabam.

VII. 15. Quæreret quispiam, Quid? illi ipsi summi viri, quorum virtutes<sup>q</sup> literis proditæ sunt, istane doctrina, quam

<sup>m</sup> Inquirenda.      <sup>n</sup> Perditorum.      <sup>o</sup> Exempla.  
<sup>p</sup> Veras.      <sup>q</sup> Cogitando de hominibus excellentibus.

\*\*\*\*\*

Mox, ψ 2. certa.—11 Chauriamus.—12 ψ 2. nullisque literis. Post adolescentia γ addit sua. Verba mihi ab adolescentia in H et χ desunt. Tum, Lamb, et Tollins persuasissēm, probb. Heumann et Weiske. Porro, C nihil est.—13 Zuicav. omittit verba in ea. Dein, in γ et ψ prosequenda.—14 Pith. exilia. Pro parvi ψ 2. parvius, et mox dicenda. In Zuicav. quoque dicenda.—15 ψ 2. nostra. Post tantas idem Ms. addit gentes. Zuicav. non agnoscit verba in tot.—16 Accederet C S, Barb. I. Zuicav. Dresd. Pith. Erf. Ven. 1480. 1483. Jnt.—17 Pro intuendum ψ 2. retinendum, et pro virorum C hominem. Zuicav. omittit præpositionem ante imitandum. Pro expressas in γ oppressas; et pro scriptores C H χ scriptiones, γ scripturas.—18 ψ 2. animam. Pio mean H in ea.—19 Zuicav. excellentium. In χ deest. Tum confirmabam C H S.

#### NOTÆ

<sup>n</sup> Tantas dimicationes] Intelligit dissensiones quæ illi fuerunt in reipub. administratione, enī Catilina, et enī ceteris conjuratis.

<sup>o</sup> Sed pleni] A testimoniis per traductionem idem de literis probat.

<sup>p</sup> Lumen accederet] Multa illustrata

literis sunt, quæ vindicantur ab oblivione.

<sup>q</sup> Virtutes] Per virtutes, res gestas, et egregia fortitudinis facinora intelligit, quæ passim a Cicerone virtutis nomine exprimuntur.

tu laudibus<sup>20</sup> effers, eruditii fuerunt? Difficile est hoc de omnibus confirmare: sed tamen<sup>1</sup> est certum, quid respondeam. Ego multos homines excellenti animo ac virtute fuisse, et sine doctrina, naturæ<sup>2</sup> ipsius habitu prope divino, per seipso et moderatos et graves extitisse fateor: etiam illud adjungo, saepius ad laudem atque virtutem naturam<sup>3</sup> sine doctrina, quam sine natura valuisse doctrinam. Atque<sup>4</sup> idem ego contendo, cum ad naturam eximiam atque illustrem accesserit<sup>5</sup> ratio quædam conformatioque doctrinæ, tum illud nescio quid præclarum ac singulare solere existere.<sup>6</sup> 16. Ex hoc esse hunc numero, quem patres nostri viderunt, divinum hominem, Africanum;<sup>r</sup> ex hoc<sup>7</sup> C. Lælium,<sup>s</sup> L. Furium,<sup>t</sup> moderatissimos homines et continentissimos; ex hoc fortissimum virum, et<sup>8</sup> illis temporibus doctissimum, M. Catonem<sup>u</sup> illum senem; qui profecto, si nihil<sup>v</sup> ad percipiendam colendamque virtutem literis adjuvarentur, nunquam se ad earum studium contulissent.<sup>10</sup> Quodsi non hic tantus fructus ostenderetur,<sup>11</sup> et si ex his

<sup>r</sup> Apparere.

.....

CAP. VII. 20 A Barb. 1. abest *landibus*.—1 Pro *tumen*, quod in Barb. 1. deest, Barb. 2. habet *mīhi*. Pro *quid*, in  $\varsigma$  *de quo*, in *Zniécav.* *quod*.—2  $\chi$  *natura doctrina*. Copulan et ante verba *sine doctr.* deleri maluit Lamb. (ut in C deest), reponi autem ante verba *per semetipos*. Schutz. legi maluit *fuisse sine doctrina et nat.*—3  $\psi$  2. *naturamque*.—4 Ilgen. legi mavult *Atqui aut At.*—5 Pro *accesserit* C *ex crescere*. Tum,  $\varsigma$   $\psi$  2. Dresden. Pith. *oratio*. Paulo post, MSS. pauci et edd. ante Manut. cum Grut. *confirmatioque*.—6 Lamb. *existere solere*. Post *ex hoc*  $\varsigma$  addit *enim*.—7 Pro *ex hoc* in  $\varsigma$  legitnr *at*; et pro L. ante *Furium* in  $\psi$  2. *vel*. Dein, *modestissimos homines* C S et edd. ante Grut. Præterea, post *ex hoc* H addit *esse*.—8 Pro *et ante illis* H et  $\chi$  habent *in*. C H S  $\varsigma$   $\psi$  2. et ed. Hervag. omittunt *prænomen* ante *Catonem*.—9 Pro *si nihil* C *nisi*. Mox, Pith. *colendam sine copula*. In H deest *literis*. Tum, Tollius et Jac. Gronov. maluerunt *adjuvaremur*.—10 C *contulisset*.—11  $\chi$  *ostendetur*.

## NOTÆ

<sup>r</sup> *Africanum*] Pauli Æmilii filius Minor Africanus dictus est: is, ut ait Cicero lib. 1. de Off. ‘eloquentia cumulavit bellicam gloriam.’

<sup>s</sup> *C. Lælium*] Hic Lælius Sapiens nominatus est, quem in libro de Claris Orat. Scipione illustriorem eloquentia fuisse ait.

<sup>t</sup> *L. Furium*] Eodem lib. de Claris Orat. ait Cicero, quod ‘L. Furius perbene Latine loqui putabatnr, literatiusque quam ceteri.’

<sup>u</sup> *M. Catonem*] Cato vir gravissimus fortissimusqne fuit. In extrema senectute literis Græcis operam dedit, et Latinas pæne senex didicit.

studiis delectatio sola peteretur; tamen, ut opinor, hanc animi adversionem<sup>12</sup> humanissimam ac liberalissimam<sup>x</sup> judicaretis. Nam ceteræ<sup>13 y</sup> neque temporum sunt, neque ætatum omnium, neque locorum;<sup>14</sup> [p. 189.] hæc studia adolescentiam agunt, senectutem oblectant, secundas res ornant, adversis perfugium ac<sup>15</sup> solatium præbent, delectant domi, non impediunt foris,<sup>16</sup> pernoctant nobiscum, peregrinantur, rusticantur.

**17.** Quodsi ipsi hæc<sup>17</sup> neque attingere, neque sensu nostro gustare possemus, tamen ea mirari debebemus, etiam cum in aliis videremus. **VIII.** **Quis** nostrum<sup>18</sup> tam animo agresti ac duro fuit, ut Roscii<sup>z</sup> morte nuper non commoveretur?<sup>19</sup> qui cum esset senex mortuus, tamen, propter excellentem artem ac venustatem,<sup>a</sup> videbatur omnino mori



Mox, S pateretur. In  $\varsigma$  deest *ut ante opinor*.—12 MSS. plerique, Ven. 1483. Junt. Crat. Græv. *animadversionem*: Naug. Cam. Lamb. Oliv. Lall. e conjectura Lazari Bonanici dederunt *animi remissionem*. Muretus maluit *animi aversionem*. Heumannus deleri jussit, ut ad pronomen *hanc* subintelligatur *delectationem*, quod jam Gifanius inter Epp. Mureti II. 23. conjecterat. A Gallo quodam grammatico ad marginem ascriptum esse *animi diversionem* sospicatur idem Heumann. Vide P. Victorior Varr. Lect. xxix. 7. Verba ac *liberalissimam* in  $\varsigma$  desunt.—13 Pro ceteræ C  $\chi$  certe; S, Zniccaev. Ven. 1483. Junt. Crat. ceteræ res;  $\varsigma$  ceteræ rerum. Mox, Zniccaev. sint.—14 In H atque locorum. Ante hæc studia Grævius auctoritate Ms. Erf. inseruit at. Tum. pro agunt quinque Oxoni. MSS. et alii, atque Naug. Cam. Lamb. Manut. Veiburg. Oliv. Lall. Weiske, et Orell. habent alunt; Schreter. e conjectura Gulielmii acuunt.—15 Pro *perfugium* ac C *hoc*; H *profugium* ac.—16 Heumann., quem offendunt verba *nou imp. foris*, scribi maluit *delectant domi, foris pernoctant nobiscum, peregr. rust.*

**CAP. VIII.** 17 C et  $\varsigma$  carent hæc. In H et  $\chi$  hæc attingere nequimus sensu nostro. Tum, C *gustare possumus*. In H verba *gustare poss.* desunt. Pro *lamen*  $\psi$  2. cum. Porro, C omittit præpositionem ante aliis.—18 H  $\chi$  *restrum*, et Ms. Ambrosian. cum Lamb. *animo tam agr.* In C *agreste*.—19 Ambrosian.

#### NOTÆ

De illius eloquentia pluribus agit Cic. in Claris Oratoribus, et in lib. de Senect.

\* *Liberalissimam*] Delectatio ex studiis dignissima est homine liberiliter educato.

y *Nam ceteræ [cetera]* Alia studia non pertinent ad omnia tempora, neque ad omnes ætates et omnia loca;

at studia poëtica hæc universa compleuntur.

<sup>z</sup> *Roscii*] Is est Roscius comœdus ille, pro quo Cicero dixit; et quem Q. Catulus, vir ille gravissimus, oriente sole pulchriorem judicabat, licet oculis perversissimis esset.

<sup>a</sup> *Venustatem*] Habuit hanc venustatem in motibus corporis, quos adeo

non debuisse. Ergo ille corporis motu<sup>20</sup> tantum amorem sibi conciliarat a nobis omnibus; nos<sup>1</sup> animorum incredibilis motus celeritatemque ingeniorum negligemus? 18. Quoties ego<sup>2</sup> hunc Archiam vidi, judices, (utar enim vestra benignitate, quoniam me in hoc novo<sup>3</sup> genere dicendi tam diligenter attenditis<sup>4</sup>) quoties ego hunc vidi, cum literam scripsisset<sup>4</sup> nullam,<sup>5</sup> magnum numerum optimorum versuum de his ipsis<sup>5</sup> rebus, quæ tum agerentur, dicere ex tempore! quoties<sup>6</sup> revocatum<sup>b</sup> eandem rem dicere, commutatis verbis atque sententiis! Quæ vero<sup>7</sup> accurate cogitateque scripsisset, ea sic vidi probari,<sup>8</sup> ut ad veterum scriptorum laudem pervenirent. Hunc ego non diligam? non admirer? non omni ratione defendendum putem? Atqui<sup>9</sup> sic a summis hominibus eruditissimisque accepimus, ceterarum rerum studia, et doctrina, et præceptis, et arte constare; poëtam natura ipsa valere,<sup>c</sup> et mentis viribus excitari, et quasi divino quodam spiritu inflari.<sup>10</sup> Quare

<sup>a</sup> Auditis.<sup>t</sup> Nihil omnino scripsisset.

move-retur. Pro cum esset Grut. legi maluit qui etsi.—20 Nonnulli ap. Græv. ille corp. motus: alii illo corp. motu. Mox, ed. Wald. conciliat. In H omittitur a nobis.—1 Schröter. hos e conjectura Ernesti. Ilgeu. Opp. p. 110. maluit num anim. et Döring. at nos anim. Pro animorum C amicorum, et pro incre-dibiles<sup>z</sup> moderabiles. Tum, H celeritatem sine copula: x celebritatemque. De-nique, negligimus H S x ψ 2.—2 C caret ego.—3 Idem Ms. omittit novo. Dein, attendatis<sup>z</sup>.—4 z suscepisset.—5 Zuccav. Jnnt. Lamb. et Orell. de iis ipsis. Pro tum in z tamen. Dein, C H S x, Zuccav. agebantur.—6 Post quoties C addit ego. In Ms. Ursini revocatam.—7 Pro vero x nec. Mox, alii cogitatoque.—8 x probare. Tum, idem Ms. perrenaret, ut volebat Henmann. Porro, nonnullæ edd. vett. Hunc non ego dil.—9 z, Znic. Schröet. et Schutz. Atque. Dein, S sic ea a summ. C et z sic ea summ. Pro eruditissimisque C eruditisque; S liberalissimisque.—10 z et unus Pariss. inflammari: reliqui Pariss. septem Oxonn. MSS. Grævii et Gruteri MSS. atque Barb. 2. edd.

## NOTÆ

eleganter exprimebat, ut, qui in aliquo artificio excelleret, is in suo genere Roscius diceretur. Vide Cic. lib. I. de Orat.

<sup>b</sup> Revocatum] Postulatus Archias ut aliter dicaret, tam facile alia verba et sententias proferebat, ut non aliter res scripta fuisse videretur.

<sup>c</sup> Poëtam natura ipsa valere] Affert Cicero quod vñlo celebratur de poëtis, ‘poëtam nasci, oratorem fieri.’ Certe idem Cic. lib. I. Tusc. Quæst. poëtam grave plerumque carmen sine cœlesti aliquo mentis instinctu fundere non potat.

suo jure noster ille Ennius sanctos appellat poëtas,<sup>d</sup> quod<sup>11</sup> quasi Deorum aliquo dono atque munere commendati<sup>12</sup> nobis esse videantur. 19. Sit igitur,<sup>13</sup> judices, sanctum apud vos, humanissimos homines, hoc poëtæ nomen, quod nulla unquam barbaria violavit. Saxa et solitudines<sup>e</sup> voci<sup>14</sup> respondent; bestiæ saepe immanes cantu flectuntur<sup>g</sup> atque consistunt: nos, instituti rebus<sup>15</sup> optimis, non poëtarum voce moveamur? Homerum Colophonii<sup>h</sup> civem esse dicunt suum;<sup>16</sup> Chii suum vindicant;<sup>i</sup> Salaminii<sup>k</sup> repetunt; Smyrnæi<sup>l</sup> vero suum esse confirmant (itaque etiam<sup>17</sup> de-

Rom. Brix. Med. Ven. 1483. Grut. et edd. seqq. *inflari*. Ceteri *afflari*. Vid. Nott. Varr.—11 In H et Zniccav. deest *quod*.—12 Gulielm. conjectit *commo- dati*, prob. Grutero. In Pith. deest *nobis*.—13 ψ 2. Sic igitur. Mox, σ *poëta*. Tum, Κ *nunquam ullam barbariam*: Zniccav. *nunquam ulla barbaria*.—14 *Voce* MSS. et edd. ante Nang. qui cum edd. seqq. e Quintiliano dedit *voci*.—15 Pro *rebus* Weiske conjectit *moribus* legend.—16 Zniccav. dicunt esse suum. Pro *Chii* ψ 2. habet *Hii*. Ante suum Lamb. addit *ut*. Pro *vindicant* H et S *Judicant*. Porro, C H χ *Salamini*. Pro *Smyrnæi* C *Simcerinii*; H *Smyrni*; χ *Smyrnii*; Ms. *Lambini* *Zugræni*. Pro *confirmant*, alii *confidentur*.—17 Pro itaque etiam σ *idque esse*: Henmann. legi maluit *atque etiam*. Pro itaque Ant. Augnstinus legendum conjectit *Ietæque*, h. e. qui iusulam Ion incolunt. Tum, pro ejus Lamb. edidit *ei*; et pro *oppido* in χ *urbe*.

## NOTÆ

<sup>d</sup> *Sanctos appellat poëtas*] Plato poëtas Deorum filios et interpretes vocat.

<sup>e</sup> *Saxa et solitudines*] Cum agat in hac oratione pro poëta Cicero, poëtice etiam loquitur: nam si oratorie loqueretur, vitiosa hæc haberetur oratio, utpote parum veritati conformis.

<sup>f</sup> *Voci [roce] respondent*] Saxa scilicet per echo respondent: cum enim vox in aliquod corpus solidum et concavum vehementius impulsa est, eadem remittitur, et eundem nostris auribus sonum reddit.

<sup>g</sup> *Bestiae cantu flectuntur*] Alludit ad Orphei fabulam, quem poëtæ dixerunt tigres, leones, sylvas, arbores suæ testudinis sono demulcissem. Quo figmento voluerunt indicare, quanta sit poësis snavitas ad demulcendos

hominum vel agrestissimorum animos.

<sup>h</sup> *Colophonii*] Colophon, unde Colophonii dicti sunt, urbs fuit Ioniæ, celebris Apollinis oraculo, et Nicandri poëta patria.

<sup>i</sup> *Chii suum vindicant*] Chio insula fuit Maris Ægæi, et nobilissima, si Stephano credimus, Ionum urbs.

<sup>k</sup> *Salaminii*] Salaminii populi in Cypro insula.

<sup>l</sup> *Smyrnæi*] Smyrna urbs Ioniæ fuit.

Omnes illi quidem populi civem suum Homerum esse contendunt, at enim Chii ceteris æquius sibi vindicare debent, vel vetustissimorum scriptorum testimonio. Certe Plato in Ione apud Chios Homeridas ab ipsa Homeri stirpe fuisse commemorat; et, quod scite Homerum expoli-

lubrum ejus in oppido dedicaverunt); permulti alii præterea pugnant inter se atque contendunt. ix. Ergo illi alienum,<sup>m</sup> quia poëta fuit, post mortem etiam<sup>18</sup> expetunt: nos hunc vivum,<sup>19</sup> qui et voluntate et legibus noster est, repudiamus? præsertim cum omne olim studium atque omnē ingenium contulerit Archias ad populi Romani gloriam laudemque celebrandam? Nam et Cimbricas<sup>20</sup> res adolescens attigit,<sup>n</sup> et ipsi illi C. Mario,<sup>o</sup> qui durior ad hæc studia videbatur, jucundus<sup>1</sup> fuit. Neque enim<sup>p</sup> quisquam

---

CAP. IX. 18 C vero etiam. In H deest.—19 ψ 2. virum. Edd. vett. et qui vol. Pro legibus H et χ lege. Mox, repudiemus H χ: repudiamus CS 5 ψ 2. Erf. Franc. 1. 2. Dresd. Zuccav. duo Barb. quinque Pall. ed. Wald. Med. Ven. 1480. 1483. Junt. Græv. Beck. Weiske, Schröter. Schütz. et Orell.—20 ψ 2. et si Simbricas. Tum, C et ψ 2. attingit. Porro Zuccav.

## NOTÆ

verit, se vel hoc uno nomine dignum ait, qui ab Homeridis aurea corona detur. Huic consentit Strabo lib. xiv. huic Ptolemæus Hephaestio in excerptis apud Photium, qui ex Hypermone historico refert Homeri servum a Chiis mille drachinis mulatum fuisse, quod mortuum Homerum non exussisset. Julins Pollux ix. 6. ait, apud Chios monetam fuisse, cui nomen Homerus, et illorum numisma, ex una parte Homeri effigie, et ex alia sphinge expressum esse. In eadem sunt sententia Simonides, Pindarus, Theocritus, Euthymenes, Constantinus imperator, Themistius, Clandianus, Paulus Silentarius, qui Homerum vatem Chium appellarunt; quorum omnium testimonia fuse prosecutus est Leo Allatius, vir doctissimus, in libello quem de Homeri patria conscripsit. Hinc forte nata est de Homero inter civitates contentio, quod variis temporibus fuerint Homeris, omnes quidem, aut literis, aut arte aliqua conspicui. Nam præter hunc nostrum Homerum

*Delph. et Var. Clas.*

*Cicero.*

duo floruerunt apud Chios; medicinae scientia alter, alter magica clara: apud Salaminos quartus institutrix arte vir ditissimus; quintus pictura apud Colophonios, sextus juris civilis scientia, septimus musica apud Athenienses, octavus apud Mæonios Græcarum linguarum peritia floruit.

<sup>m</sup> Ergo illi alienum] Isti populi Homerum, licet externum, post mortem habere quasi civem suum voluerunt; igitur Romani Archiam, qui legibus Romanis utitur, civem repudiare non debent.

<sup>n</sup> Cimbricas res attigit] Bella contra Cimbros gesta descripsit; in quo gloriam Romani nominis extulit.

<sup>o</sup> Mario] Hic Archias Mario gratus et jucundus extitit, qui ab hoc genere studiorum abhorrire videbatur: et ab ipsa illa lingua Græca, qua utebatur Archias, et studio et voluntate alienissimus fuit, ut refert de eo Sallustius.

<sup>p</sup> Neque enim] Reddit rationem cngrati sint poëtæ; quia videlicet versi-

5 L L

est<sup>2</sup> tam aversus a Musis, qui non mandari versibus æternum suorum laborum facile præconium patiatur.<sup>3</sup> Themistoclem<sup>4</sup> illum, summum Athenis virum, dixisse aiunt, cum ex eo quæreretur, quod<sup>4</sup> acroama,<sup>5</sup> aut cuius vocem libentissime audiret; ‘Ejus, a quo sua virtus optime prædicaretur.’ Itaque ille Marius item eximie<sup>6</sup> L. Plotium<sup>7</sup> dilexit, cuius ingenio putabat ea, quæ gesserat, posse celebrari. 21. Mithridaticum vero bellum,<sup>8</sup> magnum atque difficile, et in<sup>6</sup> multa varietate terra marique versatum, totum ab hoc expressum est:<sup>9</sup> qui libri non modo L. Lucullum, fortissimum et clarissimum virum, verum etiam populi Romani nomen illustrant.<sup>7</sup> Populus enim Romanus aperuit, Lucullo imperante,<sup>x</sup> Pontum,<sup>y</sup> et regiis quondam opibus, et ipsa natura regionis vallatum: populi Romani exercitus, eodem duce, non maxima manu<sup>y</sup> innumerabiles Armeniorum<sup>z</sup> copias fudit: populi Romani laus est, urbem

\*\*\*\*\*

*etiam ipsi: in C deest copula;—1 ψ 2. jucundius.—2 C et χ omittunt est.*  
*Dein, in C adversus.—3 Junct. et Lamb. præc. facile pat.—4 σ non habet*  
*quod. Tum, ἀκροάτας C, supraser. ‘i. anscultorem:’ χ acroma; in H deest,*  
*relicto spatio. Erf. qualia carmina quod acroma.—5 In σ, Zuicav. Pith.*  
*Franc. 1. 2. et duobus Barb. omittitur item, ac in Barb. 1. eximie. Lamb.*  
*dedit, Itaque Marius ille item eximie L. Plautium. In Ms. Ambrosian. L. Clo-*  
*dium.—6 Zuicav. præpositionem omittit.—7 σ lustrant.—8 In ψ 2. deest*  
*Pontum. Tum, C regii quondam operibus. In H et σ deest ipsa ante natura.*

## NOTÆ

bus suis clarorum virorum gloriam  
æternæ hominum memoriæ commendant.

<sup>4</sup> *Themistoclem*] Themistocles dux Atheniensis fuit tantus, ut nemo ei Græcorum anteferatur; pauci pares putentur, ut de eo Nepos scripsit.

<sup>5</sup> *Acroama*] Acroama vox, narratio et recitatio est, quæ instrumentis musicis permixta est, tuncque a voce distinguitur.

<sup>6</sup> *Plotium*] Plotius a Suetonio inter claros rhetores numeratur: alius est etiam Plotius poëta et philosophus non ignobilis.

<sup>1</sup> *Mithridaticum bellum*] De hoc bello fuse in orat. pro Lege Manil. dictum est.

<sup>9</sup> *Expressum est*] Ab hoc poëta carmine descriptum fuit illud bellum.

<sup>x</sup> *Lucullo imperante*] De eo in orat. pro Lege Manil. et de Ponto, Mithridatis regno, dictum est.

<sup>y</sup> *Non maxima manu*] Cum Tigra-  
nes maximo instructus exercitu venientem cum longe inferiori Lucullum  
vidisset, dixisse fertur, si legati veni-  
rent, satis quidem multos; si vero  
pugnaturi, pau eos admodum esse.

<sup>z</sup> *Armeniorum*] Armeniorum rex

amicissimam Cyzicenorum,<sup>9</sup> <sup>a</sup> ejusdem consilio, ex omni impetu<sup>10</sup> regio, ac totius belli ore ac faucibus<sup>b</sup> creptam esse atque servatam: <sup>11</sup> [p. 190.] nostra semper feretur et prædicabitur, L. Lucullo dimicante, cum intersectis ducibus depressa hostium classis, et incredibilis<sup>12</sup> apud Tenedum<sup>c</sup> pugna illa navalis:<sup>13</sup> nostra sunt tropæa, nostra monumenta, nostri triumphi. Quare,<sup>14</sup> quorum ingenii<sup>d</sup> hæc feruntur, ab iis populi Romani fama celebratur. 22. Carus fuit Africano superiori<sup>15</sup> noster Ennius: <sup>e</sup> itaque etiam<sup>16</sup> in sepulcro<sup>f</sup> Scipionum putatur is esse constitutus



—9 C Ciminerorum:  $\varsigma$  Agicenorum:  $\psi$  1. Cigitenoram.—10 C ex omni etiam imp. Pro ac totius in H et Znicav. a totius; Heumann. legi mavult ac atrocis.—11 Naug. Hervag. Cam. Manut. Lamb. conservatum.—12 Heumann. scribi jussit, classis est, incred.—13 C navali.—14  $\varsigma$   $\chi$   $\psi$  1. Franc. 2. et edd. pr. Quia: Erf. et Pith. Que, unde Grævius etiam suspicatus est legi posse, Quæ quorum ing. fer. omisso pronom. hæc. In  $\chi$  feruntur. Pro iis in Znicav. his. Paulo post,  $\psi$  1. celebrabatur.—15 In  $\varsigma$  deest superiori.—16 Heumann. maluit atque etiam. Mox, C caret esse. Tum e marmore. At iis laudibus e conjectura Honorati Fascitelli dederunt Manut. Lamb. et edd. seqq. præter Schntz. qui e conjectura Ilgenii recepit e marmore. At ejus laud. Ceteri et

## NOTÆ

erat Tigranes. De copiarnm ejus internecione dictum est in orat. pro Lege Manil.

<sup>a</sup> *Urbem Cyzicenorum*] Vide orat. pro Lege Manil. § 20. not.

<sup>b</sup> *Belli ore ac faucibus*] Elegans metaphora, a feris animantibus ducta, quarum in fauces incidere extremi est periculi. Hanc autem civitatem cum sibi Mithridates Asiæ januam fore putaret, qua effracta tota provincia pateret, eo omnem belli impetum converterat.

<sup>c</sup> *Apud Tenedum*] Vide orat. pro Murena, § 34. not.

<sup>d</sup> *Quorum ingenii*] Hinc concludit quanto in honore habendus sit Archias, et ceteri viri ingeniosi et eruditii, qui Romanorum ducum res gestas, et populi Romani gloriam celebrant.

<sup>e</sup> *Noster Ennius*] Ennius antiquus poëta, Rudiis Calabriæ oppido natus,

carmine Annalium libros, atque alia multa scripsit, quæ omnia, præter aliqua eorum fragmenta, temporum vetustate perierunt. De eo sic cecinit Horatius Epist. I. 11. ‘Ennius ipse pater nunquam nisi potus ad arma Prosiluit dicenda.’ Is autem carus fuit in primis Scipioni Africano; nam, ut Valerius Max. VIII. 1. ait, ‘superior Africanus,’ qui ab Africa devicta dictus est, ‘Ennii poëtæ effigiem in monumentis Corneliae gentis collocari voluit, quod ingenio ejus opera sua illustrata judicaret.’ Hunc consentit Ovidius, cum canit, ‘Ennius emeruit, Calabris in montibus ortus, Contignus ponit, Scipio magne, tibi.’

<sup>f</sup> *In sepulcro*] Sepulcrum Africani erectum erat in Via Appia intra prium ab urbe lapidem.

e marmore. At iis laudibus certe non solum ipsi, qui laudantur,<sup>17</sup> sed etiam populi Romani nomen ornatur. In cœlum hujus proavus<sup>g</sup> Cato tollitur: magnus<sup>18</sup> honos populi Romani rebus adjungitur.<sup>19</sup> Omnes denique illi Maximi,<sup>h</sup> Marcelli,<sup>20</sup> Fulvii, non sine communi omnium nostrum laude decorantur. x. Ergo<sup>1</sup> illum, qui hæc fecerat, Rudium hominem,<sup>i</sup> majores nostri in civitatem receperunt;<sup>k</sup> nos<sup>2</sup> hunc Heracleensem, multis civitatibus expetitum,<sup>l</sup> in hac<sup>3</sup> autem legibus constitutum, de nostra civitate ejiciemus?<sup>4</sup>

-----

*marmoratis laudibus.* Gnielmins suspicatus est aliquid excidisse. Lamb. monet, nonnullos verba e marmore, aut e marmoratis, delenda putasse. Gro-nov. conjectit legend. const., et in atrio. At iis laud. Henmann. mavult e marmore. Ac iis laud. et Schroeter. e marmore. At illius laud. Pro constitu-tus nonnulli, teste Gruter, institutus.—17 C H, Pith. ipse qui laudatur. In marg. ed. Gothofred. ‘Forte ipsorum.’ Pronomen qui non est in S, nec etiam in ψ 2.—18 Heumann. corredit, *In cœlum cum hujus proav.* Cato toll. quam magn. &c.—19 H populo R. adj. Pith. Dresd. Franc. 1. 2. Znicens. et ed. pr. populo Romano adj. χ, ψ 2. Barb. 2. populi Romani adj.—20 Znicens. Mar-cellii, Maximi. Tum, Heumann. corrigit, *nonne communi . . . decorantur?* In H et χ deest nostrum.

CAP. X. 1 ψ 2. *Ego.* In C et Ms. ap. Græv. qui hoc fec. Pro Rudium hominem, Znicens. rudem tum honorem; ψ 2. et MSS. nonnulli Grævii rudem tamen honorem; alius rudem tu hominem; C H S χ rudem tum hominem; Σ eun-dem tamen hominem; Ms. Ambrosian. eum Schröter. et Orell. Rudinum hominem, ut volebat Ant. Augustinus. Mox, Σ in civitate.—2 Pro nos in ψ 2. nunc. Tum, Lamb. a multis civ.—3 Znicens. in hanc. Ante legibus natus Ms.

## NOTÆ

<sup>g</sup> *Hujus proavus]* Designatur aliquis forte ex iis qui huic causæ aderant, aut patroni aut iudices. Hic antem est Cato Major, in quo Livius ait tantam vim animi ingenioque fuisse, ut nulla ars neque privata neque publica rei gerendæ ei defucrit. In bello summissus imperator fuit, in pace juris peritissimus, in causis orandis eloquentissimus.

<sup>h</sup> *Illi Maximi, &c.]* Loquitur de illis qui bello Punico secundo victoriis insignes funere, quosque suis carminibus mirifice Ennius celebravit. Hi fuere præsertim Q. Fabius Maximus, qui ennectando restituit rem; M. Claudius Marcellus, qui docuit Han-

nibalem vinci posse; Q. Fulvius Flac-cus, qui Capuam illustri Victoria recipit.

<sup>i</sup> *Rudium hominem]* Rudiae porro si-tæ sunt in Calabria in Salentinis, ci-vitas a Græcis condita, Eunii patria: quia antem hic præclarissima duenm illorum facinora versibus suis con-scripserat, donatus est civitate: an-igitur par est ejici Roma Archiam, &c.

<sup>k</sup> *In civitatem receperunt]* Ennius donatus est civitate Romana a filio M. Fulvii, quem contra Ætolos bel-lum gerentem secutus erat.

<sup>l</sup> *Multis civitatibus expetitum]* Su-perius vidimus a Reginis, Locensi-

23. Nam si quis minorem<sup>m</sup> gloriæ fructum putat ex Græcis<sup>s</sup> versibus percipi, quam ex Latinis, vehementer errat; propterea, quod Græca leguntur in omnibus fere gentibus,<sup>n</sup> Latina suis finibus, exiguis sane,<sup>o</sup> continentur. Quare si res hæ,<sup>p</sup> quas gessimus, orbis terræ regionibus definiuntur;<sup>q</sup> cupere debemus, quo manuum<sup>r</sup> nostrarum tela pervenerint, eodem gloriam famamque penetrare;<sup>t</sup> quod cum<sup>u</sup> ipsis populis, de quorum rebus scribitur, hæc ampla sunt; tum<sup>v</sup> iis certe, qui de vita, gloriæ<sup>w</sup> causa, dimicant, hoc maximum et periculorum<sup>x</sup> incitamentum est, et laborum. 24. Quam multos scriptores rerum suarum magnus ille Alexander secum habuisse dicitur!<sup>y</sup>

\*\*\*\*\*

Grævii addit præpositionem *de*.—4 H ejicimus.—5  $\varsigma$  et *Græcis*.—6 C plane.  
 —7 *Res ex Ven.* 1480. Junt. Lamb. Schutz. et Orell.—8  $\psi$  *regionibus tibi deferuntur*.—9 Ante *manuum* MSS. plerique et edd. ante Lamb. cum Græv. Oliv. Lall. addunt *minus*, quod omittunt H S. Pal. 2. 3. Franc. 1. Barb. 1. Lamb. Ern. Beck. Weiske. Schutz. et Orell. Schreiter. e conjectura Heumannii edit. quo *minus manum...* eo tamen *glor*. Pantagathus, servato *minus*, maluit *eodem tamen glor*. Tollius, qui *minus* delevit, voluit *eodem quoque glor*. Guilielm. conjectit quo *eminus man*. et Gruterus quo *ominus man*. Hotomannus desiderari aliquid ratus conjectit *eodem nominis nostri glor*. Præteirea, H *perver-*  
*nerunt*.—10 In H  $\chi$  *tum*. Heumannus censebat *populis delend*.—11  $\varsigma$  et  $\psi$  2. *tamen*.—12 C *vitæ gloria*.—13 Idem Ms. *periculosum*. In  $\varsigma$  omittitur *est*.—

#### NOTÆ

bus, Neapolitanis, &c. civitate donatum fuisse Archiam, a quibus summe expeditus fuerat.

<sup>m</sup> *Nam si quis minorem*] Occipatio est, qua docet eos errare, qui minorem putabant ex Græcorum, quam Latinorum scriptis gloriam colligi, ideoque minoris faciendum Archiam, qui Græce scripsit.

<sup>n</sup> *Leguntur in omnibus gentibus*] Græca lingua ubique erat in usn. Certe Diodorus Sieulus, et Cæsar in Commentariis docent, a Gallis ipsis auditam fuisse, cum Latina illis adhuc esset ignota. Sed crescente in dies imperio Romano, illa tandem, inquit Plinius, ‘una cunctarum gentium in toto orbe patria facta est.’

<sup>o</sup> *Quo manuum [quo minus manuum]*

Videtur, tollendam esse hanc partitulam *minus*, quæ sensu officit. Sic itaque argumentatur Cicero; cum constet Græcam linguam magis patere quam Latinam, nostraque arma factaque pervagata sint universum orbem, optare debemus, quo manuum nostrarum tela pervenerint, eodem gloriam, famamque penetrare. Hoc eximie præstare potest Græcus sermo; Latinus minime. Quare fovenodus est omnique honore afficiendus Licinius, qui ea lingua poëma scribit, ac fortia Romanorum facta celebrat.

<sup>p</sup> *Secum habuisse dicitur*] Probat quanto in honore apud magnos viros poëtæ fuerint, exemplo Alexandri Magni, qui licet habuerit secum mul-

Atque is<sup>a</sup> tamen, cum in Sigeo ad Achillis tumulum astitisset, ‘O fortunate,’ inquit, ‘adolescens,<sup>r</sup> qui tuæ virtutis Homerum præconem inveneris !’<sup>14</sup> Et vere: nam, nisi Ilias illa<sup>s</sup> extitisset; idem tumulus, qui corpus ejus<sup>t</sup> contexerat, nomen etiam obruisset. Quid? noster hic Magnus,<sup>t</sup> qui cum virtute fortunam adæquavit,<sup>16</sup> nonne Theophanem Mitylenæum,<sup>u</sup> scriptorem<sup>v</sup> rerum suarum, in concione militum civitate donavit? et nostri illi fortis viri, sed rustici ac milites,<sup>x</sup> dulcedine quadam gloriæ<sup>18</sup> commoti, quasi participes ejusdem<sup>19</sup> laudis, magno illud clamore approbaverunt? 25. Itaque, credo,<sup>y</sup> si civis Romanus Ar-

<sup>14</sup> H χψ 2. Pith. Zuiicav. inveneras. Mox, H σχ, Barb. 1. 2. MSS. Gruteri, Ven. 1480. nisi illi ars illa exst. C nisi illi ars illa astitisset: S ψ 2. Ven. 1483. nisi illi ars exst. Erf. nisi ars illa exst. Crat. nisi illi ars exst. illa. Muretus conjecit nisi Ilias exst. illa, ut Manni, et Lamb. dederunt.—15 Zuiicav. omittit ejus. —16 In σ æquavit.—17 C H S χ Mitylenum, et σ cum Zuiicav. scriptiōnem. Mox, pro militum Pith. mylicum; al., teste Grævio, ylicium. Tum C

## NOTÆ

tos poëtas, et impolitos quidem, tamen eorum scriptis ita delectabatur, ut eos muneribus cūmularet: unde Horatius de eo cavit, ‘Gratus Alexander regi magno fuit ille Chœrilus, iuclitis qui versibus, et male natis, Rettulit acceptos, regale numisma, Philippos.’

<sup>a</sup> Atque is] Alexander Magnus gratulatus fuit Achilli felicitatem suam, cum ad Sigeum, promontorium Trojæ, venisset, ubi dicitur fuisse illius sepulcrum.

<sup>r</sup> O fortunate adolescens] Duabus de causis quidem felix fuit: 1. propter virtutem suam egregiam; 2. quod virtutem illam egregiam Homerus prædicavit, cuius beneficio apud posteros perpetua futura est, ut sequentia verba indicant.

<sup>s</sup> Itias illa] Ilias opus Homeri nobilissimum fuit, ab eo dicta, quod bellum contineat apud Ilium, quod inter Græcos gestum est et Trojanos

ob raptam Helenam.

<sup>t</sup> Noster hic Magnus] Probat ab exemplo Pompeii Magni, qui, cum in Hispaniam ad periculosissimum bellum proficiseretur, lege lata a L. Gellio Publicola, et Cn. Cornelio Lentulo, potestatem obtinuit donandi civitate, qui bene se strenueque gessissent in bello.

<sup>u</sup> Theophanem Mitylenæum] Theophanes ille fuit historicus et poëta, qui res gestas a Pompeo versibus celebravit, a quo communis militum consensu jus civitatis obtinuit.

<sup>x</sup> Sed rustici ac milites] Ex Catone, in libro de Re Rustica, ex agricolis viri fortissimi et strenuissimi milites sunt, utpote qui magis quam urbani laboribus tolerandis assueti sunt.

<sup>y</sup> Itaque, credo] Ironia: si enim Archias donatus non fuisse civitate, id facile beneficium ab aliquo imperatore, Metello nempe obtinuisse, cui familiaris fuit; vel a Sulla, qui

chias legibus<sup>20</sup> non esset, ut ab aliquo imperatore civitate<sup>1</sup> donaretur, perficere non potuit. Sulla, cum Hispanos et Gallos donaret;<sup>2</sup> credo,<sup>2</sup> hunc petentem repudiasset: quem nos in concione vidimus, cum ei<sup>3</sup> libellum malus poëta de populo<sup>4</sup> subjecisset, quod epigramma in eum fecisset tantummodo alternis versibus longiusculis,<sup>5</sup> statim ex iis rebus, quas tunc vendebat,<sup>b</sup> jubere<sup>6</sup> ei præmium tribui sub ea conditione, ne quid postea scriberet. Qui sedulitatem<sup>x</sup> mali poëtæ duxerit<sup>s</sup> aliquo tamen præmio dignam, hujus<sup>6</sup> ingenium et virtutem in scribendo<sup>7</sup> et copiam non expetisset? 26. Quid?<sup>a</sup> a Q. Metello Pio, familiarissimo suo, qui civitate multos<sup>8</sup> donavit, neque per se, neque per Iuculos impetravisset? qui præsertim<sup>c</sup> usque eo de suis rebus scribi cuperet, ut etiam Cordubæ natis<sup>d</sup> poëtis, pingue

<sup>a</sup> *Vulgaris.*<sup>x</sup> *Diligentiam.*

\*\*\*\*\*

civitatem.—18 C gloria.—19 Znicceav. ejus.—20 In ψ deest *legibus*. Znicceav. omittit præpositionem ante *aliquo*.—1 C ciritati. Mox, Ern. conjectit *perf.* non potuisse. Post *Sulla* S addit vero.—2 Schutz. e suspicione delevit *credo*. Tum, in C repudiasse.—3 Pro *cum ei* in Znicceav. et Ven. 1480. *cui cum*. Tollius e conjectura Gulielmi delevit *malus*.—4 S, Ambrosian. Ven. 1480. et 1483. *jussit*. Pro *ei* C *eum*, et pro *sub H* et Ambrosian. *sed*.—5 σ duxerunt. In *H* deest *præmio*.—6 H S T σ χ ψ 2. Pith. Barb. 2. Ven. 1483. Grut. *cujus*.—7 C *virtus scrib.* Mox, H *copia*, et C *appetisset*; H χ extitisset: σ *expetis-* sent. Tum, H et S *Quod*. Pro præpositione *a* ψ 2. habet nisi. In C legitur, *Quid?* a Q. Metello, familiarissimo Pio filio.—8 ψ 2. *civitates multas*.—

## NOTÆ

etiam in malos poëtas liberalis fuit.

<sup>z</sup> *Hispanos et Gallos donaret*] Probat exemplo Sullæ, qui cum milites Gallos et Hispanos, quorum erat usus in bellis opera, civitate donarit, haud dubie Archiam civitate donavisset, si hanc ab illo gratiam Archias petivisset; quod confirmat exemplo maii poëtæ, &c.

<sup>a</sup> *Alternis versibus longiusculis*] Id est, hexametris et pentametris, vel illis versibus quales ab Horatio plurimi scripti sunt.

<sup>b</sup> *Quas tunc vendebat*] Dedit illi ex

bonis civium Rom. quæ sub hasta vendebat in foro, quod Marii partibus studuisserint: id invidiose contra Sullam dicit.

<sup>c</sup> *Qui præsertim*] Probat Archiam potuisse obtainere civitatem a Metello, qui cum summa laudis cupiditate flagraret, incultos poëtas ad res suas celebrandas assumisit.

<sup>d</sup> *Cordubæ natis*] Corduba urbs in Hispania Bætica, in qua nati sunt plures eruditio viri clarissimi, inter quos potissimum duo Senecæ et Lucanus commendantur.

quiddam<sup>9</sup> sonantibus atque peregrinum,<sup>e</sup> tamen aures suas dederet.<sup>g</sup> xi. Neque enim est hoc dissimulandum, quod obscurari non potest,<sup>10</sup> sed præ nobis ferendum: trahimur omnes laudis studio;<sup>11</sup> et optimus quisque maxime gloria ducitur. [p. 191.] Ipsi illi<sup>12</sup> philosophi, etiam illis libellis, quos de contemnenda gloria scribunt,<sup>13</sup> nomen suum inscribunt: in eo ipso, in quo<sup>14</sup> prædicationem nobilitatemque despiciunt, prædicari de se, ac nominari volunt. 27. Decimus<sup>15</sup> quidem Brutus,<sup>f</sup> summus ille<sup>16</sup> vir et imperator, Attii,<sup>17</sup><sup>g</sup> amicissimi sui, carminibus templorum ac monumentorum<sup>18</sup> aditus exornavit suorum. Jam vero ille, qui cum Ætolis,<sup>19</sup> Ennio comite, bellavit, Fulvius,<sup>20</sup><sup>h</sup> non dubitavit Martis<sup>i</sup> manubias<sup>j</sup> Musis consecrare. Quare,

<sup>g</sup> Accommodaret.<sup>z</sup> Belli.

9 C et ψ 2. quidem : Zniccav. quoddam. Dein, χ somniabitibus. Pro tamen in C huberi. Postea C dederit: H deberet.

CAP. XI. 10 ψ 2. Neque enim hoc obscurandum, quod dissimulari non pot. In Zniccav. deest hoc.—11 Zniccav. studio laudis.—12 Junt. et Schütz. omittunt illi. Mox, etiam in illis libellis MSS. pauci, Ven. 1483. Lamb. Græv. etiam illis in libellis Jnt. etiam in his libris Ammian. Marcell. xxii. 7. Ceteri etiam illis libellis.—13 H inscribunt. Mox, C et H scribunt.—14 Pro in quo Weiske ex Ammian. Marcell. recepit quod. Mox, pro despiciunt ψ 2. disputant. Lamb. omisit pra positionem ante se. Tnm, et nom. C: ac se nom. ex Ammian. Marcell. recepit Weiske.—15 C S et σ Decius.—16 C H σ ψ et Zniccav. omittunt ille.—17 Al. Accii.—18 σ munimentorum.—19 C

## NOTÆ

<sup>e</sup> Pingue quiddam sonantibus atque peregrinum] Imperitiam illorum poëtarum carpit, quorum stylus indecens et, ut vulgo dicitur, pingui Minerva elaboratus, neque Latinus satis est, quia in eo peregrina quædam vocum expressio reperitur, quæ Romanæ linguae puritatem non sapit. Certe in iis supra memoratis aucto-ribus quidam stylus est turgidus et inflatus, quem facile hinc est obser-vare a temporibus Ciceronis ad a-tatem usque Senecarum et Lucani in Cordubensisibus viguisse.

<sup>f</sup> D. Brutus] D. Brntus consul fuit cum Scipione A. U. C. 616. et in His-

paniam cum imperio profectus sexagiuta Gallæciorum millia opprescit: unde Gallæcius dictus est. Vide Paterculum et Strabonem.

<sup>g</sup> Attii] Attius, sive Accius, scriptor tragœdiarum fuit, cuius meminit Horatius Sat. i. 10. ‘Nil comis tragicis mutat Lncilius Acci?’

<sup>h</sup> Bellavit, Fulvius] Cum Fulvius Nobilior bellum illatum in Ætoliam proiectus est, duxit secum Ennium: quod, auctore Cicerone Tusc. Q. I. 1. a Catone Fulvio tanquam probrum objectum est.

<sup>i</sup> Manubias] De his dictum est lib. i. in Verr. § 154. not.

in qua urbe<sup>k</sup> imperatores prope armati poëtarum nomen et Musarum delubra coluerunt, in ea non debent togati<sup>1</sup> judices a Musarum honore et a poëtarum salute abhorrire.

28. Atque, ut id libentius faciatis, jam me vobis, judices, indicabo ; et de meo quodam amore gloriae, nimis acri fortasse, verumtamen honesto, vobis confitebor.<sup>2</sup> Nam, quas res nos in consulatu nostro vobiscum simul pro salute<sup>3</sup> hujus urbis<sup>1</sup> atque imperii, et pro vita civium, proque universa republica gessimus, attigit<sup>4</sup> hic versibus atque inchoavit: quibus auditis, quod mihi magna res et jueunda<sup>5</sup> visa est, hunc ad perficiendum hortatus sum. Nullam<sup>6</sup> enim virtus aliam mercedem laborum periculorumque desiderat, præter hanc laudis et gloriae : qua quidem detracta, judices, quid est, quod in hoc tam exiguo vitæ curriculo, et tam brevi,<sup>7</sup> tantis nos in<sup>8</sup> laboribus exerceamus?<sup>a</sup> 29. Certe, si nihil animus præsentiret in posterum,<sup>m</sup> et, si, quibus re-

<sup>a</sup> Fatigemus.

\*\*\*\*\*

cum illis Æt.—20 Zniccav. *afulrius*.—1 Pro togati  $\chi$  locati;  $\varsigma$  locari;  $\psi$  2. *togati*. Mox, pro honore et  $\varsigma$  et Zniccav. *amore*. In Zniccav. etiam est ac pro et, atque a ante poët. omittitur.—2  $\psi$  2. *confiteor*. Mox, pro nos in H non. Postea,  $\psi$  2. *nobiscum*—3  $\varsigma$  in salute. Tum, hujus aque imperii MSS. multi, Ven. 1483. Junt. hujus imperii Steph. In Erf. Franc. 1. Pith. Dresd. deest *urbis*. Grnter. conject legend. *pro sal.* hujus *urbis* hujusque *imp.* prob. Grævio. Ante *civium* Zniccav. addit *omnium*.—4  $\psi$  2. *attinet*.—5 C *jocunda*. Mox,  $\psi$  2. *proficiendum*: multi MSS., teste Grævio, *conficiendum*. Tum, *adhortatus sum* Erf. *hortatus sui Barb.* *hortavi* C  $\varsigma$   $\psi$  2. Pith. Franc. 2. Zniccav. et ed. Wald. *adhortavi* MSS. nonnulli Grnter: *adoravi* Ambrosian.—6 S  $\varsigma$  et  $\psi$  2. *Nulla*. In  $\psi$  1. deest *alium*.—7  $\psi$  2. *brevis*.—8 Lamb. *delevit* præpositio-

## NOTÆ

<sup>k</sup> Quare, in qua urbe, &c.] Conclusio a majore sic profertur. Cum imperatores, bellicis laboribus impediti, poëtas ita coluerint, ut eorum alii templorum ac monumeitorum suorum aditus carminibus exornarint, alii secum comites duxerint, ac Mnis belli manubias consecrarint; nos certe, qui togati sumus, et in otio cum dignitate vivimus, et ad hæc studia excolenda, et ad honorandos poëtas, eosque conservandos invita-

mur. Certe Brutus monumenta sua Attii carminibus exornavit: Ennius Fulvius voluit habere comitem.

<sup>l</sup> *Pro salute hujus urbis*] Cicero factetur eodem desiderio laudis se teneri, quo alii, qui poëtas secum habuerunt; adeoque exhortatum fuisse Archiam, ut, quod opus de se propter coniurationem extinctam inchoaverat, perficeret.

<sup>m</sup> *Animus præsentiret in posterum*] Docet quod nisi animus immortalem

gionibus<sup>b</sup> vitæ spatium circumscripsum est, eisdem omnes cogitationes terminaret suas; <sup>c</sup> nec tantis se laboribus frangeret, neque tot curis vigiliisque angeretur,<sup>d</sup> neque toties de vita ipsa dimicaret.<sup>e</sup> Nunc<sup>f</sup> insidet quædam<sup>g</sup> in optimo quoque virtus, quæ noctes et dies animum gloriæ stimulis<sup>h</sup> concitat, atque admonet,<sup>i</sup> non cum vitæ tempore esse dimittendam<sup>j</sup> commemorationem nominis nostri, sed cum omni posteritate adæquandam.<sup>k</sup> XII. 30. An vero tam parvi animi<sup>l</sup> videamus<sup>m</sup> esse omnes, qui in republica, atque in his vitæ periculis laboribusque versamur, ut, cum usque ad extreum spatium,<sup>n</sup> nullum tranquillum atque otiosum spiritum duxerimus, nobiscum simul moritura omnia arbitremur? An, cum<sup>o</sup> statuas et imagines,<sup>p</sup> non animalium simulacra, sed corporum, studiose multi summi homines reliquerint,<sup>q</sup> consiliorum relinquere ac virtutum nostrarum<sup>r</sup> effigiem non multo malle debemus, summis in-

<sup>b</sup> Terminis.      <sup>c</sup> Et interiret cum corpore.

<sup>d</sup> Sed.

<sup>e</sup> Cupiditate.

<sup>f</sup> Nunquam tranquille et otiose vixerimus.



nem ante laboribus, quæ abest a Barb. 1. 2.—9 H quis his reg. Paulo post, pro est in H legitur iste.—10 Barb. 1. et Ven. 1480. cogitatus term. suos. In C terminarent; H x determinaret. Tum Lamb. neque tantis.—11 Pith. agetur. Dein, C H S nec toties. In Zniccav. de ipsa vita.—12 In C deest quædam. Mox, Zniccav. Junt. Steph. noctes ac dies.—13 C admovet.—14 Lamb. e MSS. dedit dimicendam, prob. Orell. qui locum esse corruptum notavit. Schutzius e conj. recepit committendam. Vid. Nott. Varr.—15 s æquandam.

CAP. XIII. 16 H videatur: ψ 2. videantur.—17 Zniccav. ad extr. spiritum, et mox otiosum spatium. Paulo post, s arbitraremur.—18 In C ψ 2. Zniccav. Barb. 1. deest cum. Schröter. e conjectura Ilgenii dedit at cum.—19 Reliquerunt s x, Zniccav. et edd. ante Lamb.—20 C virt. restrarum. Pro non

#### NOTÆ

se futurum præsentiret, non tot se laboribus et euris torqueret.

<sup>n</sup> De vita ipsa dimicaret] Dimicare de vita animus, qui immortalis est, non potest; quare per animum, ipsum hominem intelligit.

<sup>o</sup> Tam parvi animi] Parvi est animi, cum sciamus omnia esse interitura, hoc parvum vitæ spatium assiduis

laboribus et periculis conterere.

<sup>p</sup> An cum statuas et imagines] Ostendit, si statuas homines ambiant, quæ vetustate collabuntur, optare potius debere consiliorum snorum et virtutum imagines, quæ per poëtas ad perpetuam nominis gloriam exprimuntur.

geniis expressam et politam? Ego vero omnia, quæ gerebam, jam tum in gerendo spargere me<sup>q</sup> ac disseminare arbitrabar in orbis terræ memoriam sempiternam. Hæc vero sive<sup>1</sup> a meo sensu<sup>r</sup> post mortem absutura est, sive (ut sapientissimi homines<sup>s</sup> putaverunt) ad aliquam animi mei partem<sup>t</sup> pertinebit;<sup>2</sup> nunc quidem certe cogitatione quadam<sup>u</sup> speque delector.

31. Quare conservate,<sup>3</sup> judices, hominem pudore eo, quem amicorum<sup>x</sup> videtis<sup>y</sup> comprobari tum dignitate, tum etiam vetustate;<sup>y</sup> ingenio autem tanto, quantum<sup>z</sup> id convenit existimari, quod summorum hominum<sup>z</sup> ingenii expe-

\*\*\*\*\*

omnes MSS. et edd. ante Lamb. cum Grut. Græv. Oliv. Lall. Weiske, et Schröter. habent *nonne*. Paulo post, Lamb. legi voluit *a summis ing.*—1 In ψ 2. et Pith. deest *sive*. Pro *meo* Pith. habet *me*.—2 C 5, Franc. 1. Pith. Dresd. Barb. 1. 2. et edd. pleræque ante Lamb. *absutura sunt . . . pertinebunt*. In S quoque *pertinebunt*. Vocem *animi* auctoritate Ms. Ursini et nūnis Paris. delevit Lallem. quem Beck. et Schntz. seculi sunt. Orell. uncis inclusit.—3 ψ 2. *servate*.—4 Pith. Dresd. Junct. Crat. Grut. *amic. studiis rid.* Mox, 5, Ern. Beck. Schutz. Schröter. et Orell. *refustate*, ut volebant Muretus, Villiomarus, Tollius, et Heumannus. Ceteri *venustate*. Vid. Nott. Varr.—5 C H S

### NOTÆ

<sup>a</sup> *Spargere me*] Metaphora sumta ab agricolis, qui semina spargunt, ut metant.

<sup>r</sup> *Sive a meo sensu*] Videtur hic dubitare Cicero de animorum immortalitate, aitque sive animo suo existente penitus non sentiat, sive senserit post mortem, se res præclaras gessisse, se tamen nunc recordatione eatur consolari.

<sup>s</sup> *Sapientissimi homines*] Pythagoras, Socrates, atque omnes Magnæ Græciæ sapientes animos hominum divinos esse senserunt, iisque, cum ex corpore abiissent, optimis quibusque patere aditum ad cœlum.

<sup>t</sup> *Ad aliquam animi mei partem*] Partes esse varias animorum crediderunt quidam e veteribus illis, quarum aliæ alia multa in æternitate contemplabantur, aliæ respiciebant quæ præclare quondam in hac vitæ mortali-

tate gesserant. Plato vero ait tres animæ partes esse; unam, qua homo discit; alteram, qua irascitur; tertiam, qua voluptatum cupiditate duicitur: dnas illas posteriores cum corpore perire; primam, in qua ratio inest, remanere cum animo.

<sup>u</sup> *Cogitatione quadam, &c.*] Dum contat animum suum esse immortalem, sperat futurum, ut post mortem sentiens quæ præclare gessit, eorum recordatione consolationem aliquam percepturus sit Cicero.

<sup>x</sup> *Amicorum*] Maximos, et auctoritate præstantes, quales sunt Luculli, Metelli, amicos habuit Archias.

<sup>y</sup> *Vetustate [renustate]*] Laudat Archiam a venustate poëeos, et ingenio, quo probari a viris maximis, et expeti potuit.

<sup>z</sup> *Summorum hominum*] Maximo vir ingenio Archias habendus est, quod

titum<sup>6</sup> esse videatis; causa vero ejusmodi,<sup>7</sup> quæ beneficio legis,<sup>a</sup> auctoritate municipii, testimonio Luculli, tabulis Metelli comprobetur.<sup>8</sup> Quæcum ita sint; petimus a vobis, judices, si qua non modo humana,<sup>b</sup> verum etiam divina in tantis negotiis commendatio debet esse; ut eum, qui vos, qui vestros<sup>9</sup> imperatores, qui populi Romani res gestas semper ornavit; qui etiam his recentibus<sup>10</sup> nostris, vestrisque domesticis periculis<sup>c</sup> æternum se testimonium laudum<sup>11</sup> daturum esse profitetur; quique est eo numero, qui semper apud omnes sancti sunt habiti atque dicti;<sup>12</sup> sic in vestram accipiatis fidem,<sup>d</sup> ut humanitate vestra levatus potius, quam acerbitate violatus<sup>d</sup> esse videatur. 32. Quæ de causa, pro mea consuetudine, breviter simpliciterque<sup>13</sup> dixi, judices, ea confido probata esse omnibus: quæ non fori, neque judiciali consuetudine,<sup>14</sup> et de hominis ingenio, et communi-

*ε Tutelam.*

.....

*ς χ ψ 2.* Zniccav. Ven. 1483. Junt. Crat. quanto. Tnm, C et *ς æstimari*.—  
*6 Lamb. a summ. hom. ing. et *ς expeditum*.*—*7 Ed. Vict. ejuscmodi.*—*8 C probetur.* Mox, S ita sunt.—*9 ψ 2. ut eum, quos qui nostros.*—*10 Zuicceav. qui et his:* atque *ς decentibus.* In *ψ 2. deest nostris.* Dein, H et *χ* omittunt *domesticis.* In S legitur *restris domesticisque.*—*11 H ψ 2.* Dresd. et margo Crat. laudis. Porro, *ς daturus.* Pro *quique C H S ς χ,* Barb. 1. 2. Zuicceav. Erf. Franc. 2. Dresd. MSS. Gruteri et edd. vett. cum Weiske habent *isque: ψ 2. is qui.* Lambinus conject *quique eo hominum numero est,* aut *quique eorum numero est.*—*12 C H S ψ 2.* Zuicceav. Barb. 1. 2. cum Grævio *hab. itaque dicti.* Pro *sic χ si.* Præterea, nonnulli *recipiatis fidem,* teste Lambino.—*13 Pro consuetudine *ς necessitudine,* et pro *simpliciterque ψ 1. suppliciterque.*—*14 In C H S ς χ ψ 2.* Erf. Barb. 1. 2. Pall. MSS. Gulielmii, Ven. 1483. Crat. Steph. *quæ fir-**

#### NOTÆ

Mariis, Lucullis, Metellis his tantis viris placere potuit.

<sup>a</sup> *Beneficio legis]* Probat valere illius causam tum a beneficio legis quæ a Silvano et Carbone lata est; tum auctoritate municipii Heracleensis; tum testimonio Luculli, qui non opinari se, sed scire, &c. dicit; tum Metelli tabulis, apud quem professus est.

<sup>b</sup> *Si qua non modo humana, &c.]* Affirmative hæc particula si ponitur: adeo ut sit ille sensus, quandoquidem Archias vestros imperatores, &c.

semper ornavit, dignus est qui vobis non modo ab hominibus, sed ab ipsis Diis commendetur.

<sup>c</sup> *His recentibus periculis]* Pericula illa sunt quibus a Catilina respub. exposita fuit.

<sup>d</sup> *Violatus]* Violari acerbo aliquo judicio non debet Archias, quia sanc-tum est nomen poëtae.

<sup>e</sup> *Non fori neque judiciali consuetudine]* Cicero postulaverat a judicibus, ut novo quodam et inusitato dicendi genere sibi fas esset uti in defensione Archiæ.

ter<sup>f</sup> de ipsius<sup>15</sup> studio locutus sum, ea, judices, a vobis  
spero esse<sup>16</sup> in bonam partem accepta; ab eo, qui judicium  
exercet,<sup>g</sup> certo scio.<sup>17</sup>

---

*me (Barb. 2. firma) a me judicialique cons. et sic ed. pr. nisi quod judiciali. Franc. 1. et alii, teste Grævio, quæ firme a me judiciali cons. Dresd. quæ non fori judicialique cons. Pith. quæ firmo a me judicialique sermonē: Zuicav. quæ sermonē a me jud. Hinc Garaton. colligit locum esse mendosum, et a Cicerone fortasse scriptum quæ a foro alieno judicialique cons. Schröter. legi mavult quæ sermonē alieno a re judicialique cons. Ceteri ut Ern. Dein, Lamb. et proprie de hom. ing.—15 Zuicav. ipso. Lamb. conjectit de meo atque ipsius studio.—16 In ψ 2. deest esse.—17 Ein. e conjectura, cum Beck. Schultz. et Orell. certo scio. Ceteri certe scio.*

## NOTÆ

<sup>f</sup> *Communiter*] Tractavit locum ercebat illud judicium, de cuius nomine nihil reperitur.

<sup>g</sup> *Qui judicium exercet*] Prætor ex-

M. TULLII CICERONIS  
AD QUIRITES  
P O S T R E D I T U M  
ORATIO XXVII.

---

ARGUMENTUM.

P. Lentulo et Q. Metello coss. cum, agente Lentulo, deprecante Cn. Pompeio, ab exilio revocatus esset Cicero, in quo sedecim menses fuerat; populo in hac oratione gratias egit. Omnis ergo oratio versatur in demonstranda beneficij sibi tributi magnitudine; quod hæc ipsa est gratia animi significatio, cum, quantum sit beneficium, intelligere nos ostendimus, et facilius fidem facimus, gratum nobis beneficium esse. Hæc demonstratio duas partes habet: prima comparat hunc præsentem statum suum, quem populo debebat, cum superiori, illumque huic longe præfert, quamquam et illum amplissimum fuisse fatetur: altera autem restitutionem suam comparat cum restitutione aliorum consularium, P. Popilii, Q. Metelli Numidici, et C. Marii, seque multo honorificentius esse restitutum ostendit; cum illi, deprecantibus propinquis multis, rogantibus tribunis tantum, restituti sint; ipse autem, nemine præter fratrem supplicante, SCto et lege, totius Italæ consensione, incredibili bonorum omnium studio, agente Lentulo, deprecante Pompeio, revocatus sit. In conclusione populo suam fidem, pietatem, omniaque pollicetur, quæ ab homine grato in populum et rempublicam proficiisci possint.

i. l. [Ed. Ald. p. 198.] QUOD precatus <sup>1</sup> a Jove <sup>a</sup> Optimo

---

In Barb. 2. hæc Oratio sic inscribitur, *M. Tullii pro se ipso gratulatoria de restitutione in patriam incipit.* Huic Orationi Erf. Franc. 1. Lall. Wolff. et Beck. anteposuerunt Orationem in Senatu. Vid. Nott. Varr.

Maximo,<sup>b</sup> ceterisque Diis immortalibus, sum, Quirites,<sup>c</sup> eo tempore, cum me fortunasque meas pro vestra incoluntate, otio, concordiaque devovi,<sup>d</sup> ut,<sup>e</sup> si meas rationes<sup>f</sup> unquam vestræ saluti anteposuissesem, sempiternam pœnam sustinerem, mea voluntate<sup>g</sup> susceptam: sin et ea, quæ ante gesseram, conservandæ civitatis causa<sup>h</sup> gessisse, et illam miseram profectionem<sup>i</sup> vestræ salutis gratia<sup>j</sup> suscepisse; ut, quod odium scelerati homines<sup>k</sup> et audaces in rem publicam<sup>l</sup> et in omnes bonos conceptum jamdiu<sup>m</sup> continerent,<sup>n</sup> id in me uno potius, quam in optimo quoque, et in universa republica deficeret:<sup>o</sup> hoc si animo in vos

<sup>a</sup> *Utilitates.*



CAP. I. 1 Post precatus H addit sum.—2 ψ 1. ut vel. Mox, C nunquam.  
—3 Ms. Ursini in ea vol., ipso prob. Mox, χ sin ea, omissa copula; et Franc.  
I. quæ gesseram ante.—4 Pro gratia in χ causa.—5 C ac audaces in rep.—6 H  
et S contineret.—7 Junt. Naug. Cam. Mannt. Oliv. Lall. id in me unum potius,  
quam in optimum quemque, et in universam rem publicam deflecterent; et sic Ox-

### NOTÆ

<sup>a</sup> *A Jore]* Jupiter hic Cretensis fuit, Saturni filius, cuius sepulcrum in illa insula ostendebatur, ut ait ipse Cic. de Nat. D. I. iii. Loquitur in sensu populi, qui hunc summum rerum omnium Deni et patrem venerabatur: alia enim longe mens ejus est, ut patet ex lib. II. de Nat. D. ubi ait, ‘esse præstantem aliquam aeternamque natrnam, et eam suspicendam admirandamque hominum generi:’ et alibi passim.

<sup>b</sup> *Optimo Maximo]* Jupiter optimus est propter multa a se hominum generi, et pop. Rom. collata beneficia; maximus vero propter vim et potestate.

<sup>c</sup> *Quirites]* Vide orat. pro Lege Manil. ubi de iis fuse § 1. not.

<sup>d</sup> *Devovi]* Verbum istud ‘devoveo’ de iis dicitur, qui se periculis objiciunt ut alios servent. Cum enim videret Cicero P. Clodii concessionibus seditiosis, et corruptis ab eodem consilibus Pisone et Gabinio, inflam-

mari contra se populum, comparari gladiatores, proditum se a Pompeio; aliunde vero bonos omnes, totum senatum, et equestrem ordinem ei summopere favere; maluit urbe cedere, quam bonorum vitam gladiatorum armis et multititudinis furori objicere.

<sup>e</sup> *Conservandæ civitatis causa]* Conservavit Cicero civitatem, cum oppressit cum vita periculo Catilinæ coniurationem.

<sup>f</sup> *Miseram profectionem]* Exilium snum significat, qnod sponte suscepit.

<sup>g</sup> *Vestræ salutis gratia]* Timebat videlicet ne qua sedatio in civitate, et bellum civile in repub. excitaretur, si remaneret.

<sup>h</sup> *Scelerati homines]* Per sceleratos homines, Clodium, et, qui ab ejus stabant partibus, alios intelligit.

<sup>i</sup> *Conceptum jamdiu]* A tempore quo Catilinæ coniurationem oppressit Cicero, multorum in se odium concepit.

liberosque<sup>8</sup> vestros fuisse, ut aliquando vos, patres conscriptos,<sup>9</sup> Italiamque universam, memoria mei, misericordia,<sup>10</sup> desideriumque teneret; ejus devotionis me esse convictum<sup>11</sup> judicio Deorum<sup>m</sup> immortalium, testimonio senatus,<sup>n</sup> consensu Italiae, confessione inimicorum,<sup>o</sup> beneficio divino immortalique vestro,<sup>12</sup> maxime lætor, Quirites.

2. Etsi<sup>13</sup> homini nihil est magis optandum, quam prospera, æquabilis,<sup>14</sup> perpetuaque fortuna,<sup>p</sup> secundo vitæ sine ulla offensione cursu;<sup>15</sup> tamen, si mihi<sup>16</sup> tranquilla et placa omnia fuissent; incredibili quadam, et pæne divina, qua nunc, vestro beneficio, fruor, lætitiae voluptate caru-



onn. edd. qui hanc afferunt lectionis varietatem: pro uno χ imo; tum in eodem optimo quoque; pro verbis in universam rempublicam C H S χ in universa civitate, T (ut Franc. 1. Barb. 1. 2. Ven. 1480.) universa civitate sine præpositione in. Civitate quoque legitur in duobus MSS. Gruteri. Pro deficeret ψ, Franc. 1. et al. habent deflecterent; T different; ed. 1472. deferent; MSS. ap. Hotom. deficerent; Manut. defigerent, ut Hotomann. et Lamb. conjecterent. Gesnerus corredit deserviret; Heumann. ejicerent.—8 C et Dresd. liberos sine copula. In C χ deest vestros.—9 Pro patres conscr. H populunque R. T ψ, Franc. 1. Barb. 1. 2. Ven. 1480. 1483. Hervag. Naug. patresque conscriptos; χ patres conscripti.—10 C H ψ misericordiaque. C desiderium sine copula.—11 C H χ conjunctum.—12 C mortalique nostro: χ mortalique vestro. In Franc. 1. deest Quirites.—13 Edd. vett. cum Beck. Et si. Hotomann. mavult Etsi enim. In Barb. 1. Ut si nullum est bonum magis opt. Lamb. Et si nihil est hom. opt.—14 χ equabilique.—15 Lamb. e Ms. dedit secundus . . . cursus, ut etiam est in H χ. Porro, T χ secundæ vitæ. Postea, C ulla omittit. In T nullo modo offensionis.—16 Si mihi in T deest. In C tantum mihi omittitur. Mox,

## NOTÆ

<sup>k</sup> Patres conscriptos] Cum senatus freqnens aderat, senatores patrum conscriptorum nomine appellabantur, vel propter senectutem, vel propter curam quam reipub. suscipere debebant.

<sup>l</sup> Esse convictum] Convictus senatus devotionis dicitur, qui voto se aliquo obstrinxit. Sic Virgil. Æn. v. ‘Candentem in littore taurum Constituam ante aras, voti rens.’

<sup>m</sup> Judicio Deorum] Refert ad Deos, quod frustra reclamantibus tot ini- micis, revocatus sit in patriam.

<sup>n</sup> Testimonio senatus] Senatus freqnens decrevit de Ciceronis redditu,

dissentiente nullo; immo frustra Clodio resistente, placuit senatu, nihil in repub. decernere, nulla de re agere, nisi Cicero ab exilio revocaretur. Vide orat. pro Sext.

<sup>o</sup> Confessione inimicorum] Forte designat Pompeium, quem pœnituit Ciceronem turpiter deseruisse, quem semper habuerat et defensorem, et virtutum landatorem: nam de illius redditu, ut scribit Plutarchus, amicorum suorum opera adjutus, agere coepit.

<sup>p</sup> Äquabilis fortuna] Äquabilis fortuna dicitur, quæ florens est semper et beata.

issem. Quid dulcius hominum generi a natura datum est, quam sui cuique liberi? mihi<sup>17</sup> vero et propter indulgentiam meam, et propter excellens eorum ingenium, vita sunt mea cariores: tamen non tanta voluptate erant suscepti, quanta nunc sunt restituti. 3. Nihil cuiquam fuit unquam<sup>18</sup> jucundius, quam mihi meus frater: non tam id sentiebam, cum<sup>19</sup> fruebar, quam tunc, cum carebam; et posteaquam vos me illi, et mihi eum reddidistis. Res familiaris sua quemque delectat: reliquæ meæ fortunæ<sup>20</sup> recuperatae, plus mihi nunc voluptatis afferunt, quam tunc incolumes<sup>1</sup> afferebant. Amicitiae, consuetudines, vicinitates, clientelæ,<sup>4</sup> ludi<sup>1</sup> denique, et dies festi, quid haberent voluptatis, carendo magis intellexi, quam fruendo. 4. Jam vero honos, dignitas, locus, ordo, beneficia vestra, quamquam mihi semper clarissima<sup>2</sup> visa sunt, tamen ea nunc renovata, illustriora videntur, qnam si obscurata non essent. Ipsa autem<sup>3</sup> patria, Dii immortales! dici vix po-



*C suisset.*—17 Pro mihi in H modo. C caret copula ante propter. Pro indulgentiam C intelligentiam. Tum idem et vero et propter excellens. In T, Barb. 2, et Ven. 1483, pro excell. est ingens. Paulo post, in C d-eest sunt.—18 Unquam non est in x.—19 Pro cum x dum. ‘Pro verbis non tam . . . carebam; et in C legitur (nescio cur Wolff. dicat correctorem in marg. scripsisse), Et incredibile est, quantam animo voluptatem percepimus. Et in Ven. 1480, hoc repeatit Garaton. additamentum, sed postea, quam vos me illi, et mihi eum redd., incredibile est, quantam animo voluptatem percepimus. Atque hoc ei non contemnendum videtur.’ Beck. Pro eum H habet illum.—20 Lambinus conjectit legendum, reliquæ mearum fortunarum. Dein, C sunt recuperatae: H recuperare.—1 Incolumentis C H S T x, Barb. 1, 2, Pall. et alii MSS. ap. Grut. et Græv. atque Ven. 1480, 1483, cum Beck. et Orell. incolumentes MSS. pauci, Grut. et Verburg. incolumi Junt. Ascens. Crat. Nang. Manut. Lamb. Grav. Oliv. Lall. et Weiske: incolumente Ms. Lambini, qui legi mavult incolumentotæ, vel incolumes totæ, vel incolumentis, vel incolumentis ipsa. Hotomannus conjectit incolumes incolumi, ant etiam tantum incolumes, quod Ern. et Schutz. dederunt. In Barb. 1, legitnr, plus voluptatis afferunt mihi nunc, quam incolumentis afferebant.—2 x carissima.—3 Autem et mox rix in Dresd. deest. Pro autem in C est hujus; in H ψ enim. Heumannus verba dici rix potest deleri

## NOTÆ

<sup>4</sup> Clientelæ] Clientelarum nomine, et clientum multitudine, et eorumdem in patronos officium intelligitur. Clientes omni officiorum genere patronos, patroni vero clientes omni pa-

trociniorum genere prosequebantur.  
<sup>1</sup> Ludi] Ludis civitatis principes intererant; quos tamen neglexisse sæpius dicit, ut scribendis orationibus, vel studiis aliis vacaret.

test, quid caritatis, quid voluptatis habeat!<sup>4</sup> quæ species Italiae! quæ celebritas oppidorum!<sup>5</sup> quæ forma regionum! qui agri! quæ fruges! quæ pulchritudo urbis! quæ humana-  
tis civium! quæ reipublicæ dignitas! quæ vestra<sup>6</sup> ma-  
jestas! Quibus ego omnibus antea rebus sic fruebar, ut  
nemo magis. Sed tanquam bona<sup>7</sup> valetudo jucundior est  
eis,<sup>7</sup> qui e gravi morbo recreati sunt, quam qui nunquam  
ægro corpore fuerunt; sic ea omnia<sup>8</sup> desiderata magis,  
quam assidue percepta, delectant. II. 5. Quorsum igitur  
hæc dispuo?<sup>9</sup> quorsum? ut intelligere possitis, neminem  
unquam tanta eloquentia fuisse, neque tam divino atque  
incredibili genere dicendi, qui vestrorum magnitudinem<sup>10</sup>  
multitudinemque beneficiorum, quæ in me, fratremque  
meum, et liberos<sup>11</sup> nostros contulisti, non modo augere,  
aut ornare oratione,<sup>12</sup> sed enumerare, aut consequi possit. A  
parentibus (id quod necesse erat) parvus<sup>13</sup> sum procreatus:  
a vobis natus sum consularis.<sup>9</sup> Illi mihi fratrem, incognitum,  
qualis futurus esset, dederunt: [p. 199.] vos spectatum<sup>14</sup>  
et incredibili pietate cognitum<sup>1</sup> reddidistis. Rempublicam

<sup>b</sup> *Frequentia civium.*



vult.—4 χ, Lamb. 1566. Ern. Beck. Weiske. Schutz. et Orell. *habet*, ut in  
marg. ed. Gothofred. conjectum. In MSS. ut Guelf. teste Ern., est *ht* vel *hbt*.  
Ceteri *habeant*. Pro species in C et χ spes.—5 Heumann. pronomen *restra*  
ante *majestas* deleri *vult*.—6 Sed *sicut tanquam bona* C H S T, Barb. 1. 2. et  
ed. 1472. Sed *sic tanquam bona* χ: Sed *sic bona* Franc. 1. Sic *tanquam bona*  
Erf. Sed *sicut bona* edidit Græv.—7 Pro *eis* C et H his. Post *qui* C et Dresd.  
addunt *diu*. In C quoque deest præpositio ante *gravi*.—8 H *sic hæc omnia*.

CAP. II. 9 Nonnullæ edd. vett. *disputatio*. In Dresden. et Barb. 1. desunt  
verba *Quorsum igitur hæc disp.* Mox, C et Dresden. *possimus*, suprascr. in C *po-*  
*testis*. Tum, tantæ eloquentiæ C T, Guelf. Franc. Dresden. Barb. 1. 2. ed. 1472.  
et Wald. prob. Grævio.—10 C H S χ, Barb. 1. 2. Ven. 1483. *vestram magn.*  
et paulo post, pro quæ H χ, Barb. 1. et Ven. 1483. *habent quam*.—11 Non-  
nullæ edd. vett. cum Henmanno *liberosque*.—12 *Oratione* in C T et Dresden.  
omittitur. Grævius mavult hoc vocab. reponi post *consequi*. Tum, C *sed*  
*nec quidem enum.* et χ *consequi posset*.—13 Pro *parvus* Græv. conjectit *magnus*,  
Heumann. *longus*, et Weiske *Arpinus* legend.—14 C *vos et spect*.—15 In eo-  
dem Ms. deest *pæne*. Ern. scribi jussit *anissa* esset aut erat: unde Schntz.

## NOTÆ

<sup>a</sup> *Natus sum consularis*] Consulatum  
habuit a populo; et ab exilio revoca-  
tus, quasi novam vitam accepit.

quanto enim amore Q. frater prose-  
queretur: toto enim illo tempore, in  
urbe et foro pro redditu illius populo  
supplicavit: immo vero, cum decre-

<sup>1</sup> *Cognitum*] Cognovit Cicero exul,

illis accepi temporibus<sup>u</sup> eam, quæ pœne<sup>15</sup> amissa est:<sup>x</sup> a vobis jam<sup>16</sup> recuperavi, quam aliquando omnes unius opera<sup>17</sup> servatam judicaverunt. Dii immortales mili liberos dederunt:<sup>18</sup> vos reddidistis. Multa præterea a Diis immortalibus optata<sup>19</sup> consecuti sumus: nisi vestra voluntas fuisset, omnibus divinis muneribus caruissemus.<sup>y</sup> Vestros denique honores, quos eramus gradatim<sup>z</sup> singulos assecuti, nunc a vobis universos habemus; ut, quantum antea parentibus, quantum Diis immortalibus, quantum<sup>zo</sup> vobismetipsis, tantum hoc tempore<sup>1</sup> uni populo Romano debeamus.

### 6. Nam, cum in ipso beneficio<sup>2</sup> vestro tanta magnitudo

---

dedit amissa esset.—16 Jam tacite dedit Gruter, qnem Græv. Oliv. Lall. Weiske, et Schütz, secuti sunt. Ceteri eam.—17 Ope Dresd. opere T, Franc. I. Erf. Barb. 2. ed. 1472. Ven. 1480. et Græv. *Mea un. opera maluerunt Hotomannus et Heumann.*—18 Lamb. *liberos mihi dcd.*—19 In x deest *optata*. Mox, pro *fuisset* Lamb. conjectit *affuisse* vel *fariisse* legend. Dein, quidam ap. Lamb. *omn. donis ac muneribus.* Potro, *careremus* H S, Erf. MSS. Lamb. Ven. 1483. Lamb. et Beck. *careramus* ψ et Orell. In Pall. partim *careremus*, partim *caruerimus*, quod est in Ms. Vict. Ceteri *curuissemus*. Pro *Vestros x Nostros.*—20 Pro *quantum . . . quantum . . . quantum*, tribus locis x habet *qui tum.* In C et Dresd. desunt verba *quantum Diis immort.* Tnm, Orell. conjectit *nobismet.*—1 Dresd. *tantum hujus temp.* Pro *uni* (quod Ern. e conjectura edidit) T, Barb. 2. ed. 1472. Ven. 1483. Junt. habent *universum cuncto*; T, Erf. Guelf. Pal. 1. Ms. Pariss. et MSS. Lambini cum Lallem. *universo cuncto*; S x *universa cuncta*; MSS. Grævii *universe cuncta*; Barb. 1. in *universum cuncto*; edd. pleræque ante Lamb. *universo cuncta*; Lamb. Grut. Græv. Oliv. Lall. Weiske et Schütz. *universim cuncto*; H, Beck. et Orell. *cuncto.* Hotomannus scribi *universe* et *cuncta* deleri jussit: Grævius autem *cuncto* deleri maluit, quod in Franc. I. et Ms. Lamb. deest. Garaton. conjectit legend. *universo conjuncte.*—2 C *Nam tum ipso benef.* Dein, ed. Oliv.

### NOTÆ

*tus est redditus, a Clodianis, ut narrat Plutarchus, in foro inter cadavera tanquam occisns jaenit.*

<sup>u</sup> *Rmpublicam illis accepi temporibus]* Cum consul fractus est, gubernandam iempub. difficillimis temporibus accepit, propter motus quos Catilina excitabat, ut consulatum obtineret.

<sup>x</sup> *Quæ pœne amissa est]* Per Catilinam, et coniurationis socios, pœne amissa est respub. sed hanc vitæ suæ periculo restituit, ut indicant verba

quæ proxime sequuntur.

<sup>y</sup> *Divinis muneribus caruissemus]* Ostendit quod nisi fuisset bene affecta in se voluntas senatus, omnibus illis muneribus caruisse; quæ divina, propter excellentiam, appellat.

<sup>z</sup> *Gradatim]* Per gradus dabantur magistratus, habita ætatis ratione: I. ædilitas, deinde quæstura, tum prætoria, et consularis: suo autem anno quosque se adeptum lib. II. de Off. ait.

est, ut eam complecti oratione non possim; tum in studiis vestris tanta animorum declarata est voluntas, ut non solum calamitatem mihi detraxisse,<sup>3</sup> sed etiam dignitatem auxisse videamini. III. Non enim pro meo reditu,<sup>4</sup> ut pro P. Popillii,<sup>a</sup> nobilissimi hominis, adolescentes filii, et multi præterea cognati atque affines deprecati sunt; non, ut pro Q. Metello,<sup>b</sup> clarissimo viro, jam spectata ætate filius, non L. Diadematus,<sup>c</sup> consularis, summa auctoritate vir, non C. Metellus<sup>d</sup> censorius, non eorum liberi, non Q. Metellus Nepos,<sup>e</sup> qui tum consulatum petebat, non sororum<sup>f</sup> filii, Luculli,<sup>g</sup> Servilii,<sup>h</sup> Scipiones:<sup>i</sup> permulti enim tum<sup>j</sup> Metelli,

\*\*\*\*\*

*restra. Post eam C addit rem; et pro oratione in χ actione.—3 C, Erf. Barb. 1. 2. detraxistiſ. Mox, C rideamur.*

CAP. III. 4 H T ψ, Pall. pro mea reatu. In C T χ deest præpositio ante P. Pop.—5 Ms. Memmian, et tres Oxonn. MSS. cum Gruter. Grav. Oliv. Lall. filius L. Diad. Lamb. quater delevit non. In Pal. 9. filius Lucius, non Diadematus. Pro L. in S est Lycius; T titius, Franc. 1. Lucius. Tum Diadematus est in Ms. Memmian. ap. Lamb. (ubi L. Metellus Diademate, sed Metelli nomen e gloss. accessit), Ms. ap. Ursin. Gembl. S. Vict. Erf. Pall. Barb. 1. tribus Oxonn. ed. Ven. 1480. In Franc. 1. Barb. 2. et χ Diademater; C Diadema; T diademe. . . . In ed. 1472. et Ven. 1483. Dalmaticus, unde hoc, aut Dalmaticus, deinde usque ad Lamb. vulgatum est. Perperam Heumann. censet, nihil referre, ntrum Dalmaticus an Diadematus scribatur. Beck.—6 C S T χ, Barb. 2. et edd. pleræque ante Grnt. Q. Metellus. ψ, Oliv. Lall. prænomen omittunt. In Barb. 1. verba non C. Metellus cens. omnino dessunt. Pro censorius H et S censorinus.—7 Pro enim tum H etiam; ψ enim tamen.

## NOTÆ

<sup>a</sup> *P. Popillii*] Popillins ille consul fuit A. U. C. 622. cum Manlio, qui de Gallis triumphavit. A Graccho ejec-tus est in exilium, quod, jubente se-natu, in eos animadvertisset, qui cum eo consenserant.

<sup>b</sup> *Q. Metello*] Metellus ille de Jungrtha Numidiae rege triumphavit. Is cum Gracchi leges, quas Saturninus asserebat, juvejutando confir-mare noluisset, in exilium profectus est; a quo, consensu totius populi, anno sequenti revocatus est.

<sup>c</sup> *L. Diadematus [L. Dalmaticus]* L. Metellus Dalmaticus a devictis a se Dalmatis vocatus est. Dalmatia porro Illyrici regio est.

<sup>d</sup> *C. [Q.] Metellus censorius*] Non Q. sed C. legendum est, ut patebit ex sequenti oratione. Is cum Numidico censor fuit.

<sup>e</sup> *Metellus Nepos*] Lentuli collega fuit Metellus Nepos.

<sup>f</sup> *Non sororum*] Sorores illas Metelas in sequenti oratione vocat, ut vi-debitur.

<sup>g</sup> *Sororum filii, Luculli*] Ex Metella videlicet, Numidici sorore, Lucullus ille natus est.

<sup>h</sup> *Servilij* Servilius nepos fuit, ex sorore illius Metelli qui exnlavit.

<sup>i</sup> *Scipiones*] Metellus Scipio intelli-gendus est, qui Corneliam filiam habuit, quæ Pompeio nupsit.

aut Metellorum liberi pro Q. Metelli reditu vobis ac patribus vestris supplicaverunt. Quodsi ipsius summa<sup>8</sup> dignitas maximæque res gestæ non satis<sup>9</sup> valerent; tamen filii pietas, propinquorum preces, adolescentium squalor, majorum natu<sup>10</sup> lacrymæ populum Romanum movere potuerunt. 7. Nam<sup>11</sup> C. Marii (qui post illos veteres clarissimos consulares, vestra<sup>12</sup> patrumqne memoria, tertius ante me consularis, subiit indignissimam fortunam<sup>k</sup> præstantissima sua gloria) dissimilis fuit ratio. Non enim ille<sup>13</sup> deprecatione rediit; sed in discessu<sup>c</sup><sup>14</sup> civium, exercitu se armisque revocavit.<sup>15</sup> Me autem nudum a propinquis, nulla cognatione munitum, nullo<sup>16</sup> armorum ac tumultus metu, C. Pisonis,<sup>1</sup> generi mei, divina quædam et inaudita<sup>17</sup> pietas atque virtus, fratrisque mei<sup>18</sup> miserrimi atque optimi quotidianæ lacrymæ, sordesque lugubres a vobis deprecatae sunt. 8.

<sup>c</sup> Dissensione.



Oliv. et Lall. *tum omiserunt*. Mox, H χ ψ, MSS. ap. Lamb. cum Græv. Oliv. Lall. Weiske, Beck. et Orell. *Metellarum*, ut Hotom. conjecerat. Pro aut Hotom, scribi maluit *tum*.—8 Oliv. et Lall. *summa omiserunt*.—9 In χ deest *non satis*. Tum, valent C H χ, Guelph. et edd. ante Jun. Pro *fili* in C χ ψ illi; in H illius.—10 *Natu* non est in C. χ habet maj. *jam lacrymas*. Dein, C *populi Romani*.—11 χ *Non*.—12 C, Barb. 2. et Ms. Lamb. *hac vestra*: H χ, Barb. 1. ac *vestra*. Mox, pro *ante me* in C χ *autem*.—13 C et T carent ille.—14 *Dissensu* ψ, Franc. 1. Naug. Lamb. Grav. Oliv. Lall. *disceptu* S.—15 [Re-vocavit] Post hoc verbum in H S additur, *Hoc autem magis est vestrum in nos promeritum, quod non multitudini propinquorum, sed nobismet ipsis nos reddidistis; quæ leguntur e. 4. init. ibi autem non omissa in illis codd. videntur. χ revo-cabit. At me nondum hoc autem magis est vestrum in nos promeritum, quod non multitudine propinquorum: sed cobismet ipsis nos reddidistis.* Beck. Pro *Me autem* C T, Franc. 1. Barb. 1. 2. MSS. Lambini et Gruteri, atque edd. Naug. Hervag. et al. cum Græv. Beck. Weiske, et Orell. habent *At me*. In duobus MSS. Lambini deest præpositio ante *propinquis*.—16 χ *ullo*. Mox, in C legi-tnr Cn. Pisonis, generis mei. In χ quoque *generis*.—17 C T χ, Franc. 1. Dresd. Barb. 1. 2. ed. 1472. omittunt et *inauditu*. Pro *pietas*, quod Ern. e conjectura dedit, omnes aliae edd. et MSS. habent *auctoritas*.—18 In H T χ ψ, Franc. 1. Dresd. Guelph. Barb. 1. 2. MSS. Pariss. et ed. 1472. deest pronomen *mei*; itaque id deleverunt Græv. Lall. Beck. et Orell. Pro *miserrimi* in T *infimi*, in

#### NOTÆ

<sup>k</sup> *Indignissimam fortunam*] Indignissima Marii fortuna fuit, quia post sex consulatus a Sulla cum filio ejec-tus est in exilium.

<sup>1</sup> *C. Pisonis*] Pisones e Numæ

Pompilii familia orti sunt, a pinsendo dicti. Caius autem ille Piso propinquus erat L. Pisonis; quo con-sule, in exilium Cicero profectus est.

Frater erat unus, qui suo squalore vestros oculos infleteret; qui suo fletu desiderium mei,<sup>19</sup> memoriamque renovaret; qui statuerat, Quirites, si vos<sup>20</sup> me sibi non reddidissetis, eandem subire fortunam:<sup>m</sup> et tanto in me amore extitit, ut negaret fas esse, non modo domicilio, sed ne sepulcro quidem sc<sup>2</sup> a me esse sejunctum. Pro me præsente senatus, hominumque præterea viginti millia vestem mutaverunt: pro eodem absente<sup>3</sup> unius squalorem sordesque vidistis. Unus hic, qui domi, qui in foro<sup>4</sup> posset esse mihi pietate filius, inventus est beneficio parens, amore idem, qui semper fuit, frater. Nam conjugis miseræ<sup>5</sup> squalor et luctus, atque optimæ filiæ mœror assiduus, filiique parvi<sup>6</sup> desiderium mei, lacrymæque pueriles, aut

\*\*\*\*\*

*χ miserum.*—19 C χ *mei* omittunt.—20 In C, Franc. 1. Dresd. et ed. 1472. deest *vos*.—1 Copiæ non agnoscunt C χ, Franc. 1. Dresd. Barb. 1. 2. ed. 1472. Nang. Græv. et Lall.—2 Pro *se*, quod in H deest, Chabet *si*.—3 C S T χ, Barb. 1. 2. et ed. 1472. *pro eo me abs.* MSS. pancei et ed. Junt. cum Græt. Oliv. Weiske, Beck. et Orell. *pro eodem me abs.* Franc. 1. et Ms. Paris. cum Græv. et Lall. *pro me abs.* Lamb. e Ms. *pro abs.* prob. Henmanno. Ern. ex altero Ms. Lamb. cum Schutz. *pro eadem abs.*—4 ‘*Qui domi, qui in foro*] Mirum est, quomodo se in h. l. torserint viri docti, conjicendo et interpretando. *Qui domi* sane abest a libris quibusdam scriptis, etiam Guelf. ed. Wald. delevitque Grævius. Edd. Rom. 1480. Brix. *Unus hic qui domi, qui in foro posset esse mihi pietate filius, inventus est enim.* Enim delevit ed. Med. Atque hæc vulgata facta. Junt. dedit *Unus hic domi in foro, qui posset esse mihi ætate filius, inventus est beneficio parens, &c.* Arbitror locum sic esse constituendum, *Unus hic inventus est, qui domi, qui in foro, mihi esse posset (vel tantum esset) pietate filius, beneficio parens, amore qui semper fuit frater.* Ern. ‘Lambinus corredit, *Unus hic, qui domi posset esse mihi ætate filius, in foro pietate item filius inv. est, benef. par. amore, &c.* Fefellit eum Naugerii editio, exhibens *qui domi, qui in foro posset esse mihi ætate filius, quanquam in nullo alio libro ætate legitur.* Codd. lectiones hæc afferuntur: Dresden. *Unus quidem hic in foro:* C S T χ, Barb. 1. 2. *Unus hic quidem in foro,* ut ed. 1472. H *Unus hic, qui demum in foro:* Franc. *Unus qui in foro, unde Græv. et Lall. (in cujus plerisque codd. verba qui domi deerant) ediderunt Unus hic qui in foro.* Sed rectius Garaton. prætulit, quod in uno e codd. Lallem. erat, *Unus hic, qui quidem in foro.* Quoniam tamen opposita verba *aut itineribus ... aut lectis* videntur duo vocabula postulare, servavi vulgatam scripturam. Ceterum, in nonnullis edd. possit, pro quo posset legendum docent Henmann. Beck. In H deest *mihi.* Wolf. conjectit *Unus hic, qui domi, qui in foro posset esse, is mihi pietate filius inv. est, b. p.* Ceterint Ern.—5 χ *miser.*—6 ‘*Parei]* H S *parvuli: χ parvi: vulgi singultus,* quod cum etiam inveniretur in cod. Ursini, Au-

#### NOTÆ

<sup>m</sup> *Eandem subire fortunam]* Fratris fratre Cicerone abire in exilium, nisi pietatem laudat, qui statuerat cum fuisset revocatus.

itineribus<sup>7</sup> necessariis,<sup>8</sup> aut magnam partem tectis ac tenebris continebantur. 1v. Quare hoc majus est vestrum in nos promeritum, quod non multitudini<sup>9</sup> propinquorum, sed nobismetipsis nos reddidistis.

9. Sed quemadmodum propinquui, quos ego parare non potui, mihi ad deprecandam calamitatem meam<sup>9</sup> non affuerunt; sic (illud, quod mea virtus praestare debuit) adjutores, auctores,<sup>10</sup> hortatoresque ad me restituendum ita multi fuerunt, ut longe superiores omnes hac dignitate copiaque superarem. Nunquam de P. Popillio,<sup>11</sup> clarissimo atque fortissimo viro; nunquam de Q.<sup>12</sup> Metello, nobilissimo et constantissimo cive; [p. 200.] nunquam de C. Mario, custode civitatis atque imperii<sup>o</sup> vestri,<sup>13</sup> in senatum mentio facta est. 10. Tribuniciis [superiores]<sup>14</sup> illi rogationibus, nulla auctoritate senatus sunt restituti. Marius



gustinus locum esse mancum ratus (quoniam desiderium in uno filio positum dispiicebat) conjectu filiique pari vagi singultus desiderio mei: Ursinus autem, filiique pari vagiens ejulatus desiderio mei.<sup>7</sup> Beck. Pro desiderium  $\chi$  desiderii. —7 In C T  $\chi$ , Franc. Dresd. Barb. 1. 2. Ven. 1480, 1483. deest aut ante itineribus. In Ven. 1480. et 1483. legitur lacrymae pueriles pietatem: restrra moverunt. Aut itiner. sc. H et S quoque pietatem vestram moverunt. Tum, C itineribusque. ‘Aut (ante magnam) C deest. H S T ut. Franc. 1. ut magna parte, sed antiqua manus superscriperat, ‘Al. aut magnam.’ Dresd. itineribus necessariis continerentur, omissis verbis interjectis. Magna parte in non-nullis antiq. edd. legebatur, sed scripturam codd. plororumque magnam partem tinentur Hotom. Lamb. Gruter. Henmann. C in partem. Verba tectis ac tenebris in C desunt. H S lectis ac ten. T lectus ac tenbris:  $\chi$  tectis: actis tenebris. Lectis est etiam in Franc. 1. et Gruterianis MSS., Barb. 1. 2. et edd. usque ad Naug. et Hervag.<sup>8</sup> Beck.

CAP. IV. 8 C in nos vestrumque prom., sed non multitudinem. Mox, idem Ms. vobismet. In  $\psi$  deest nos.—9 C et Dresd. omittunt mean. Tum, non fuerunt C H S  $\chi$   $\psi$ , Franc. 1. Dresd. Barb. 1. 2. et edd. vett. cum Grævio.—10 Auctores in C T  $\chi$ , hortatoresque in C H S T  $\chi$  deest. Utrumque vocab. etiam in Dresd. Franc. 1. Barb. 1. 2. et ed. 1472, 1480. omittitur; unde e glossem, enatnum censere Græv. et Garaton.—11 In C legitur C. Pupilio. Pro utque C habet ac; H et.—12 C prænomen Q. omisit. Mox, in  $\chi$  desunt verba et constant.—13 C  $\chi$   $\psi$  nostri.—14 Vox superiores Ernesto et Wetzelio

#### NOTÆ

<sup>n</sup> *Itineribus necessariis*] Filius Ciceronis, filia, conjux, et gener ibant frequenter ad amicorum domos, et ibi pro patre supplicabant.

<sup>o</sup> *Custode civitatis atque imperii*]

Marins, deletis Cimbrorum Tentonimque exercitibus, conservator imperii dictus est, vel ab iis qui ejus novitatem despiciebant. Vide Liv. lib. LXVIII.

vero non modo non<sup>15</sup> a senatu, sed etiam oppresso senatu est restitutus: nec rerum gestarum memoria in reditu C. Marii, sed exercitus<sup>16</sup> atque arma valuerunt. At de me ut valeret, semper senatus flagitavit: ut aliquando perficeretur,<sup>17</sup> cum primum licuit,<sup>p</sup> frequentia atque auctoritate perfecit. Nullus in eorum reditu motus municipiorum<sup>q</sup> et coloniarum factus est. At me in patriam ter suis decretis<sup>r</sup> Italia cuncta revocavit. Illi, inimicis interfectis, magna civium cæde facta, reducti sunt: ego iis,<sup>s</sup> a quibus ejecitus<sup>t</sup> sum, provincias obtinentibus,<sup>v</sup> inimico autem<sup>20</sup> optimo<sup>t</sup> viro et mitissimo, altero consule referente, reductus sum; cum is<sup>u</sup> inimicus,<sup>v</sup> qui ad meam perniciem vocem

suspecta est.—15 Negationem *non*, secundo loco, omittunt C T x, Dresd. Guelf. Barb. 1. 2. Pariss. ed. 1472. 1480. et eam deleverunt Grev. Lall. et Beck. Pro etiam, quod in T x deest, H habet *ab.*—16 H et si exerc. Mox ut valorem C, Dresd. ut valerent H S, Barb. 1. 2. ed. 1472. Ven. 1483. ut ne valerent Ven. 1480.—17 Proficeretur C et ed. 1472. proficeret Franc. 1. proficerentur Barb. 2. proficerentur Barb. 1. perficerent Ven. 1480. 1483. Pro licuit in x valuit; et pro frequentiu H et S sententia. Dein, perfregit C T x, Pal. 2. 9. Barb. 1. 2. et Ms. Vict. Denique, MSS. Lambini Nullius in eorum red.—18 Verba magna ... iis in C desunt. Pro magna civium x, Barb. 1. ed. 1472. Ven. 1480. habent magnatum; ed. Med. magnatum civium; Franc. 1. magna magistratum. In Dresd. deest ego. Graevius delevit pronomen *iis*, quod abest a Franc. 1. Dresd. Barb. 1. 2. et ed. 1472.—19 Projectus S: rejectus ed. pr. In C deest sum. Mox, x provinciam.—20 Pro autem C H S T x, Dresd. Franc. 1. Barb. 1. 2. MSS. Gruteri et edd. pr. habent *hoc*; et sic Heumann. Beck. et Orell. dederunt. Lambinus e conjectura dedit inimico autem altero consule opt. viro et mitiss., alt. cons. ref. Verbum referente Ernesto su-

## NOTÆ

<sup>p</sup> *Cum primum licuit*] Clodiani prohibebant seditiose ne de Ciceronis salute ageretur; sed eorum vis tandem summo civium consensu superata est.

<sup>q</sup> *Nullus motus municipiorum*] Non arma sunserunt municipia, sed cives e municipiis et coloniis venerunt ad comitia, ut de Cicerone revocando agerent.

<sup>r</sup> *Ter suis decretis*] Fabricius, in vita Ciceronis, resert, Kal. Jun. frequentem senatum de Ciceronis reditu decrevisse: quarto deinde Kal. Novemb. octo tribunos de Ciceronis re-

ditu legem promulgasse: denique Kal. Jun. anno sequente, Lentulo consule referente, senatusconsultum factum esse de Cicerone ab exilio revocando.

<sup>s</sup> *Provincius obtinentibus*] Piso Macedoniam obtinebat; Gabinius Syriam.

<sup>t</sup> *Inimico autem optimo*] Metellum significat consulem, qui, cum Ciceroni, propter Clodinum, esset inimicus, rediit in amicitiam cum eo; quia et ejus reditum adjuvit primum, deinde de illo retulit ad senatum.

<sup>u</sup> *Inimicus*] Clodius prohibebat Ci-

suam communibus<sup>2</sup> hostibus præbuisset, spiritu duntaxat viveret,<sup>x</sup> re quidem infra omnes mortuos amandatus esset. v. 11. Nunquam<sup>3</sup> de P. Popillio L. Opimius,<sup>y</sup> fortissimus consul, nunquam de Q. Metello non modo C. Marius, qui erat inimicus,<sup>z</sup> sed ne is<sup>4</sup> quidem, qui secutus est, M. Antonius,<sup>a</sup> homo eloquentissimus, cum A. Albino collega senatum aut populum<sup>5</sup> est cohortatus: at pro me superiores consules<sup>b</sup> semper, ut referrent,<sup>6</sup> efflagitati sunt; sed veriti sunt, ne gratiæ causa facere viderentur, quod alter mihi affinis erat, alterius causam capitatis reeuperam: qui provinciarum<sup>7</sup> fœdere irretiti,<sup>c</sup> totum illum annum querelas<sup>8</sup> sc-

\*\*\*\*\*

spectrum est.—1 C his.—2 Pro communibus in  $\chi$  omnibus. Mox, pro spiritu C H  $\chi$ , edd. 1472. Med. Ascens. si ritu; Franc. 1. fere ritu; Hotom. legi malebat specie. Tum, H vivere. Pro re quidem H requie; C  $\chi$ , Dresd. Franc. 1. ed. 1472. Med. requiem. Pro infra  $\chi$  inter. Panlo post, mandatus C H, Dresd. ed. 1472. Med. amandatus Franc. 1.

CAP. V. 3  $\chi$  Nam quod. Pro Nunquam . . . consul in H tantum legitur Nam. Prænomen P. in C S T  $\chi$  deest. Mox C Popilio, et C T Optimus. Post nunquam H et  $\psi$  addunt quidem. Denique in  $\chi$  deest modo.—4 H et ne is. C S  $\chi$  omittunt est post secutus.—5 Sen. et pop. C S  $\chi$ , Dresd. Franc. 1. ed. 1472. sen. populunque H.—6 C ut referentes: H ut ne referrent. Tum, Beck. Schutz. et Orell. anctoritate C H S T  $\chi$ , Barb. 1. 2. deelerunt flagitati sunt.—7 Heumann. legi vult sed vel veriti sunt . . . vel provinciarum. ‘Alter mihi affinis erat] Mira est lectio e C (neque ex illo alio libro notata), aras affinis beatorum. Gravius in suis codd. omnibus et ed. 1472. pro alter scriptum invenit alius, quod etiam in utroque Barb. est.’ Beck. Pro qui C quam. In  $\chi$  deest fœdere. Pro irretiti C et nonnulli Pall. irritaque; S irruptaque; T, Franc. 1. Pall. plerique, Ms. Lamb., alius Hent. Stephani, et ed. 1472. irritati; Pal. 9. irritatus; Ms. Vict. irinati; Barb. 1. irritatas;  $\chi$  irritalasque;

## NOTÆ

ceronis redditum, per Pisonem et Gabiniū coss. quos omnes communes inimicos habebat Cicero, et quibus suam vocem Clodius præbuit, cum legem de Cicerone ejiciendo in exilium tulit.

<sup>x</sup> Spiritu viveret] Loquitur de Clodio, qui ita abjecto et debilitato animo fuit, ut nihil præter spiritum haberet.

<sup>y</sup> L. Opimius] Opimius consul cum Q. Fabio C. Gracchum interfecit.

<sup>z</sup> Erat inimicus] Quia favebat Saturino: nobilitati vero inimicus fuit.

<sup>a</sup> Qui secutus est, M. Antonius] Antonius ille orator insignis anno sequenti consul fuit cum Albino.

<sup>b</sup> Superiores consules] Piso et Gabinius sæpe rogati sunt a populo et senatu, ut de Ciceronis reditu referrent: at noluerint, veriti, ut dicebant, ne id gratiæ concedere videarentur; quia Piso, gener Ciceronis, affinis erat; et Gabinius a Cicerone in capitatis causa defensns erat, ut ait lib. II. Ep. ad Q. Fratrem. Hic autem ironice loquitur.

<sup>c</sup> Provinciarum fœdere irretiti] Jam subiectit causam quare nihil de Cice-

natus, luctum bonorum, Italiæ gemitum pertulerunt. Kalendis vero Jan.<sup>9</sup> posteaquam orba respublica consulis fidem, tanquam legitimi tutoris, imploravit, P. Lentulus consul,<sup>10</sup> parens, Deus salutis nostræ, vitæ,<sup>11</sup> fortunæ, memoriae, nominis, simulac de solenni<sup>12</sup> religione retulit,<sup>g</sup> nihil humanarum rerum sibi prius, quam de me agendum judicavit. 12. Atque eo die<sup>13</sup> confecta res esset, nisi is tribunus plebis,<sup>h</sup> quem ego maximis<sup>14</sup> beneficiis quæstorem consul ornaveram, cum et cunctus ordo, et multi eum summi viri orarent, et Cn. Oppius<sup>15</sup> i sacer, optimus vir, ad pedes ejus<sup>16</sup> flens jaceret; noctem sibi ad deliberandum postulasset: quæ deliberatio non<sup>17</sup> in reddenda, quemadmodum

---

Barb. 2. *irritasque.*—8  $\chi$  querela: Lamb. et al. *quærelas.*—9 C *Januarii*; alii *Januariis*. Tum, C *postquam*. Postea, idem Ms. *consul.*—10 *Consul* Weiskio suspectum est.—11 *Salus nostræ vitæ* C H S  $\psi$ , Barb. 1. 2. ed. Wald. Junt. Ald. Lamb. Oliv. Weiske. Beck. Schntz. et Orell. Garatonus ex orat. in Sen. c. 4. pro Sext. 69. malnit scribi *parens deus nostræ vitæ*, quod etiam Wolf. præfert, si quid mutandum sit.—12 A Franc. et H abest *solenni*. In Dresd. Gnelf. ed. 1472. Ven. 1480. 1483. Med. de sole de relig. C  $\chi\psi$  et Barb. 2. *sole de relig.* Barb. 1. *simul ac de sola retig.*—13 C T ea die.—14 C *maximus*. Pro *quæstorem consul ornaveram* C *consuleram*. Ad *ornaveram* in ed. Oxon. hæc affterunt varietas:  $\chi$  [sic] *ornaveram noctem sibi ad deliberandum postulasset*:  $\chi$  [sic] *ornatam noctem sibi ad deliberandum postulasset*.—15 Pro *Oppius* C H  $\chi$ , Dresd. Franc. 1. habent *Pompeius*.—16 In Barb. 1. 2. et Ven. 1483. deest ejus. Pro *jaceret*, *noctem* C *jacentem nocentemque*;  $\chi$  *jaceret*, *noctemque*.—17 H sed *deliberatio illa non*. Pro *reddenda* C *re delenda*. Mox, arbitrantur H S T, Franc. 1. et ed. 1472. *arbitrentur* C et Dresd. *arbitrarentur*

## NOTÆ

rone retulerunt; quia Pnb. Clodius Gabinio Syriam, Pisoni Macedoniam spoponderat, si modo ab eis in ejicendo in exilium Cicerone adjuvarentur.

<sup>d</sup> *Kalendis Januariis*] Kal. Januariis creati consules, P. Lentulus Spinther et Q. Cæcilius Metellus Nepos, magistratum inierunt.

<sup>e</sup> *Legitimi tutoris*] Similitudo est; quemadmodum enim sancta esse debet fides legitimi tutoris in conservandis et administrandis pupilli bonis; ita sincera debet esse consulis fides in repub. gubernanda.

<sup>f</sup> *Deus salutis nostræ, vitæ* [Deus,

*salus nostræ vitæ*] Hyperbole illustris, ut suum liberatorem prædicet.

<sup>g</sup> *De solenni religione retulit*] Statim atque imibant magistratum consules, proponebant quid esset decernendum de religione: quo facto, de Cicerone retulit Lentulus.

<sup>h</sup> *Is tribunus plebis*] Attilius Gavianus, unus ex novem qui post Clodium tribuni facti sunt, noctem petiit ad deliberandum. Ejus in se ingratiani vitium notat.

<sup>i</sup> *Oppius*] Oppius, quem et Cornicinum appellat in orat. pro Sextio, Gaviani sacer fuit.

nonnulli arbitrabantur, sed, ut patefactum est, in augenda mercede<sup>k</sup> consumta est. Postea res acta est in senatu alia nulla; cum variis rationibus impediretur, et voluntate tamen perfecta senatus<sup>18</sup> causa, ad vos<sup>1</sup> mense Jan. deferebatur. 13. Hic tantum interfuit<sup>m</sup> inter me et inimicos meos. Ego, cum homines in tribunali Aurelio<sup>n</sup> palam conscribi centuriarique<sup>19</sup> vidisse; cum intelligerem, veteres ad spem cædis Catilinæ copias esse revocatas;<sup>20</sup> cum viderem, ex ea parte homines, cuius partis<sup>1</sup> nos vel principes numerabamur, partim quod mihi invidenter, partim quod sibi timerent, aut proditores esse, aut desertores<sup>2</sup> salutis meæ; cum duo consules,<sup>q</sup> emti pactione provinciarum, autores se inimicis reipublicæ tradidissent; cum egestatem,

\*\*\*\*\*

*χ*, qui, paulo post, habet *in agenda mercede*.—18 *Et cum variis rat. imp., voluntate tamen perspecta senatus, &c.* edd. pleraque ante Grnt. cum Oliv. Weiske, Beck. Schutz. et Orell. Pro variis in C. Dresd. Barb. 1. 2. est *vanis*. Tum Ven. 1480. et *voluntatis*; Barb. 1. 2. Ven. 1483. *Nang. et voluntate*. Postea, *χ ψ et pauci alii perfecta*; H. *protectu.* Pro *causa* Barb. 1. 2. et Ven. 1480. *tamen: pro causa ad vos C tam apud vos; H causa ad nos; χ ψ causa apud vos*; Dresd. *tam apud nos.*—19 *C contaminarique, supraser. 'vel centuriari.'*—20 *Renovatas Guelf.* Dresd. Franc. Barb. 1. 2. Ms. Ursini, ed. 1472. et Wald. *novatas C et H.*—1 *Cui parti C H χ, Guelf.* Franc. 1. Dresd. Barb. 1. 2. MSS. Pariss. ed. 1472. cum Græv. et Lall. *Pro numerabamur in C mirabamur*; et

## NOTÆ

<sup>k</sup> *In augenda mercede*] Petiti noctem ille Attilius, non ut de Ciceronis reditu, sed de mercede duplieanda ageret cum Clodianis, ut reditum Ciceronis impidiret.

<sup>l</sup> *Causa ad vos*] Per Fabricium, tribunum plebis, causa Ciceronis delata est ad senatum. Sribit antem Plutarchus, cum Clodius senatores videret inclinari ad revocandum Ciceronem, ad mensem Januarium canam differri voluisse.

<sup>m</sup> *Hic tantum interfuit*] Jam incipit controversias omnes exponere, quæ inter se et Clodianos exitere, dum omnes magistratus, et omnis respub. pro se staret.

<sup>n</sup> *In tribunal Aurelio*] Aurelia Orestilla Catilinæ non prius nupsit,

quam is suum filium, ætate jam adnatum, interfecit: cum itaque velit in odium Clodium addncere, fingit illud tribunal, ut ostendat Clodium collegiornm simulatione servos conscripsisse, et Catilinæ copias cum iisdem ducibus spe incendiornm rednxisse.

<sup>o</sup> *Centuriari*] Centuriari, id est, in centurias, aut classes ordinesqne, distribuere: hic antem rationes affert, quare abire maluerit quam cum bonis contra improbos cives decertare.

<sup>p</sup> *Proditores esse aut desertores*] Hic Hortensium notat, a quo scelerate se et insidiouse tractatum fuisse, queritur lib. 1. Epistt. ad Q. fratrem.

<sup>q</sup> *Duo consules*] Gabinius et Piso.

avaritiam, libidines suas viderent expleri<sup>3</sup> non posse, nisi me constrictum domesticis hostibus dedissent;<sup>4</sup> cum senatus equitesque Romani flere pro me, ac, mutata veste, vobis<sup>5</sup> supplicare edictis atque imperiis vetarentur; cum omnium provinciarum pactiones, cum omnia cum omnibus foedera, reconciliationes<sup>6</sup> gratiarum, sanguine meo sancientur; cum omnes boni non recusarent, quin vel<sup>7</sup> pro me, vel mecum perirent; armis decertare pro mea salute nolui, quod et<sup>8</sup> vincere et vinci luctuosum reipublicæ fore putavi.

14. At inimici mei, mense Jan. cum de me ageretur, corporibus civium trucidatis,<sup>9</sup> flumine sanguinis meum redditum intercludendum putaverunt. vi. Itaque cum ego abfui,<sup>9</sup> eam rempublicam habuistis, ut æque me, atque illam, restituendam putaretis. [p. 201.] Ego autem,<sup>10</sup> in qua civitate nihil valeret senatus, omnis esset impunitas,<sup>11</sup> nulla judicia, vis et ferrum in foro<sup>12</sup> versarentur; cum privati<sup>5</sup>

pro partim quod χ utroque loco partimque.—2 C desertos.—3 C expelli. Mox, in H S T χ, Franc. 1. Dresd. Barb. 2. ed. 1472. Ven. 1480. 1483. Med. deest pronomen me. Pro constrictum C, Franc. 1. Dresd. Barb. 2. Gnelf. et edd. ante Ald. habent conflictum: unde Grævius conjectit legend. afflictum.—4 Barb. 1. Naug. Hervag. Lamb. Beck. Schütz. et Orell. dedidissent. Mox, Hequites sine copula.—5 C nobis. Pro edictis C et Dresden. dictis: pro vetarentur C uterentur. Tum, χ cum omnes.—6 Dresden. foedera, conciliations: χ federata constitutiones. Pro cum omnium prov. . . sancientur in C tantum legitur cum saturarentur.—7 C recusarunt, quem vel. Mox, χ perire, et ψ decertaret.—8 Nolui, quod potui, quoniam et χ, Barb. 1, 2. MSS. Pariss. et edd. vett. cum Lall. Beck. Schütz. et Orell. In Dresden. et MSS. Ursini fuit nolui quod potui, quod vincere, &c. Franc. 1. nolui, quod potui, cum vincere, &c. Hinc Grav. improbante Heumann. edidit nolui quod potui, quod et vincere, &c. sed offendit repetitio vocab. quod, et facile quoniam in quod potuit abire. In H nolui, quod potui, quando et vinc. C nolui, quod potui vincere. Ea varietas efficere poterat, ut cum Ern. existimaremus quod potui e glossem. invectum esse. Heumann. librarium pro quod putaci perperam scripsisse quod potui existimat, non verisimiliter. Naug. Mannt. Lamb. Gruter. Ern. et al. dederunt nolui, quod et vincere, &c. Beck.

CAP. vi. 9 C affui: al. absum. Mox, pro æque C neque. Heumann. legi maluit, æque me, atque illam restituendum.—10 Pro autem, quod in C et T deest, H et S habent enim.—11 Dresden. impunitas. Weiskium offendit vocab. omnis, unde conjicit omnis scelerum esset imp.—12 χ omittit in foro. In C H χ

## NOTÆ

<sup>r</sup> *Corporibus civium trucidatis]* Cum Clodiana lex abrogata est, redditusque Ciceronis, et omnium bonorum restitutio decreta est, tantus exarsit Clo-

dianorum furor, ut corporibus civium Rom. Tiberis completus, et cloacæ refertæ sint.

<sup>s</sup> *Privati]* Cn. Pompeius, cum illi.

se parietum præsidio, non legum tuerentur; tribuni<sup>13</sup> plebis,<sup>1</sup> vobis inspectantibus, vulnerarentur; ad magistratum domos cum ferro et facibus iretur;<sup>14</sup> consulis fasces<sup>u</sup> frangerentur; Deorum immortalium templa<sup>x</sup> incenderentur; rempublicam esse nullam putavi.<sup>15</sup> Itaque neque, republi- ca exterminata, mihi locum in hac urbe esse<sup>16</sup> duxi; nec, si illa restitueretur, dubitavi, quin me secum ipsa<sup>17</sup> reduceret. 15. An ego, cum mihi esset exploratissimum, P. Lentulum proximo anno consulem futurum, qui illis ipsis reipublicæ periculosissimis<sup>18</sup> temporibus ædilis curulis,<sup>y</sup> me consule, omnium meorum consiliorum particeps<sup>19</sup> periculorumque socius fuisset; dubitarem, quin is me, consecutum consularibus vulneribus,<sup>z</sup> consulari medicina<sup>a</sup> ad salutem reduceret?<sup>20</sup> Hoc duce,<sup>b</sup> collega autem ejus,<sup>c</sup> clementissimo atque optimo viro, primo non adversante,<sup>d</sup> post

legitur versaretur. C caret cum ante priuati. C H x, Dresd. non agnoscunt pronomen se. Denique, Dresd. habet *parietis*.—13 C *tribunus*, et mox vulnerarentur. In x obrulverarentur.—14 C *irent*. Mox, H et *Deorum*.—15 Barb. 1. 2. et edd. ante Lamb. *nullam esse put*. Tum, Lamb. Itaque nec, et x republi extenuata.—16 In x deest *esse*. Dein, C et Dresd. *dixi*.—17 In x deest *ipsa*. Tum, C restitueretur.—18 In H *periculosis*. H et x omittunt *ædilis curulis*. In C *edile srrali*. Pro me consule C habet *qui me*.—19 Pro *particeps* x, Dresd. Franc. 1. et ed. 1472. habent *princeps*; C *princeps*; Barb. 2. *principes*. In Barb. 1. *princeps sociusque*, omisso vocab. *periculorum*. C habet *periculorum sine copula*.—20 C reduceretur.—1 Et collega ejus C T, Barb. 1. 2. et MSS. Grævii, qui dedit *collega ejus*, et *clem.* errore typographicō, nt ait Orell.—2 H primo

## NOTÆ

idus Sext. in senatum venisset, dici-  
tur servo P. Clodii sicam excidisse,  
eaque ad Gabiniū consulem delata,  
dictum est, servo imperatum a P.  
Clodio, ut Pompeius occideretur.  
Pompeius statim dominum rediit; et,  
ut ait Cie. pro Mil. 'carnit foro Pompeius postea, caruit senatu, carnit  
publico.' Ita Asconius.

<sup>1</sup> *Tribuni plebis*] Sextius, ut in ejus defensione ait, plus viginti vulneribus affectus est.

<sup>u</sup> *Consulī fasces*] Fasces Gabiniī, qui snere insignia magistratus, fracti sunt.

<sup>x</sup> *Templa*] Castoris, vel Nympha-

rūm, templum incensum est. Vide orat. pro Mil.

<sup>y</sup> *Ædilis curulis*] Pnb. illi Lentulo, in conjuratione, Lentulus Sura, Catilinae socius, in libera custodia a Cicero consule traditus est.

<sup>z</sup> *Consularibus vulneribus*] Quam accepit a Gabiniō et Pisone coss. calamitatem, nomine vulnerum appellat.

<sup>a</sup> *Consulari medicina*] Hanc a Lentulo et Metello medicinam accepit, qui eum ab aliis duobus ejectum restituerunt. Allegoria hæc nobilis est.

<sup>b</sup> *Hoc duce*] Lentulo duce, et colle-  
ga ejus Metello referente, Cicero re-

etiam adjuvante, reliqui magistratus pæne omnes<sup>c</sup> fuerunt defensores salutis meæ: ex quibus excellenti animo, virtute, auctoritate, præsidio, copiis,<sup>3</sup> T. Annus et P. Sextius, præstanti<sup>4</sup> in me benevolentia et divino studio extiterunt. Eodemque P. Lentulo auctore, et pariter referente collega, frequentissimus senatus, uno dissentiente,<sup>d</sup> nullo intercedente, dignitatem meam, quibus potuit,<sup>5</sup> verbis amplissimis ornavit; salutem vobis, municipiis coloniisque<sup>6</sup> omnibus commendavit. 16. Ita<sup>7</sup> me nudum a propinquis, nulla cognitione munitum, consules, prætores, tribuni plebis, senatus, Italia cuncta,<sup>8</sup> semper a vobis deprecata est: denique omnes, qui vestris maximis beneficiis honoribusque<sup>9</sup> sunt ornati, producti<sup>e</sup> ad vos ab eodem,<sup>10</sup> non solum ad me conservandum vos<sup>11</sup> cohortati sunt, sed etiam rerum meorum gestarum auctores, testes,<sup>12</sup> laudatores fuerunt. VII. Quorum princeps ad cohortandos vos, et ad rogandos<sup>13</sup> fuit Cn. Pompeius, vir omnium, qui sunt, fuerunt,<sup>14</sup> erunt, vir-

<sup>a</sup> *Magistratibus.*

---

*adv.*, omissio non. Pro etiam C habet in.—3 ‘Copiis, quod in nonnullis edd. definit, Hotomann. in suo cod. invenit, estque a Grut. restitutum e codd. et edd. vett., quibuscum etiam Barb. et alii faciunt. Henmann. pro glossemate vocab. præsidio habet, quanquam nec hoc aptum loco putat. Lamb., ap. quem copiis etiam omissum, pro auct. præsidio, legi voluit auctoritate prædicti. Heumannus ex c. 8. orat. in Sen. mavult legi auctoritate pares, T. Ann. &c.<sup>f</sup> Beck.—4 Gembl. præsenti, probb. Gulielmo, Gruter, Garatono.—5 C potui. Lamb. mean verbis, quam potuit ampliss.—6 C et coloniis: T, Dresd. Barb. 1. 2. et ed. 1472. coloniis sine copula: χ ψ coloniis. Tum, ψ omnibusque.—7 T Itaque. Ms. ap. Lamb. omittit præpositionem ante propinquis.—8 Pro cuncta C totu. In H et χ deest semper.—9 C H χ honoribus.—10 Pal. 2. 9. Dresd. Barb. 1. S. Vict. et Ms. Lamb. ab eadem. In T χ, Franc. 1. Barb. 2. desunt: unde Beck. ea uncis inclusit.—11 C caret vos. In H hortati sunt.—12 In C T, Dresd. Barb. 2. deest testes. Tum laudatoresque C S T χ, Franc. 1. Dresd. Barb. 2. et edd. pr. cum Lall.

CAP. VII. 13 C Quorum ad coh. nos, et rog. Post rogandos χ addit vos.—14 Ante fuerunt H et χ repetunt quā. Ante erunt, quod in H deest, C et

## NOTÆ

vocatus est.

<sup>c</sup> *Pæne omnes]* Omnes magistratus, præter Attilinu Gavianum et Serranum trib. plebis, qui a Clodianis corrupti sunt, Ciceronis saluti faverunt.

<sup>d</sup> *Uno dissentiente]* Attilius, corrup-

tus a Cladio, solus obstitit, vel ipse Clodius.

<sup>e</sup> *Producti]* Fas fuit consulibus privatis producere in rostra ad aliquid populo vel snadendum vel dissuadendum.

tute, sapientia, ac gloria princeps;<sup>15</sup> qui mihi unus un*privato amico eadem*<sup>16</sup> omnia dedit, quæ universæ reipublicæ, salutem, otium, dignitatem. Cujus oratio fuit, quemadmodum accepi, tripartita: primum vos docuit,<sup>17</sup> meis consiliis rempublicam esse servatam,<sup>18</sup> causamque meam cum communi salute conjunxit; hortatusque est, ut auctoritatē<sup>19</sup> senatus, statum civitatis, fortunas civis bene meriti defenderetis: tum in perorando<sup>20</sup> posuit, vos rogari a senatu, rogari ab equitibus Romanis,<sup>21</sup> rogari ab Italia cuncta: denique ipse ad extrellum pro mea vos salute non rogavit solum, verum etiam obsecravit. 17. Huic ego homini, Quirites,<sup>2</sup> tantum debo, quantum hominem homini debere vix fas est. Hujus consilia, P. Lentuli<sup>3</sup> sententiam, senatus auctoritatem, vos secuti, in eo me<sup>4</sup> loco,<sup>e</sup> in quo vestris beneficiis fueram,<sup>5</sup> iisdem centuriis, quibus collocaratis, reposuistis. Eodem tempore audistis eodem ex loco summos<sup>6</sup> viros, ornatissimos atque amplissimos homines, principes civitatis,<sup>7</sup> omnes consulares, omnes praetorios, eadem

<sup>e</sup> Ea dignitate.

---

Dresd. addunt et.—15 Princeps non legitur in CH T ψ; sed CH, Franc. 1. Barb. 1. 2. ed. 1472. exhibent princeps virtute, uti Græv. et Lall. ediderunt. T ψ erunt principes, virtute. Lamb. dedit virt., sup., gloria princeps: al. virt., gloria, sap. princeps.—16 C animo, et χ eadem. In Barb. 1. 2. et Ven. 1480. legitur omnia eadem. Post salutem C addit dedit; et post dignitatem in Ven. 1480. additur afferebant.—17 C H χ, Dresd. Franc. 1. Cujus oratio ita primum vos doc., omissis verbis interjectis. Similiter Barb. 1. Cujus oratio ita primo vos doc. Barb. 2. Cujus oratio vos ita primum doc. Ed. Ven. 1480. etsi retinet verba interjecta, deinde tamen scribit vos ita primum doc.—18 C conservatam, et mox cum sal.—19 C et χ auctoritate. Mox, pro bene meriti iudicem emeriti.—20 Pro in perorando C H S T χ, Dresd. ed. 1472. me imperando; ψ me in operando (sic). Franc. 1. tum in me recuperando persuasisset, vos, &c. Pro posuit in χ possit.—1 In C H S deest Romanis. Mox, pro denique ipse C deinde; H S deinde ipse.—2 Quirites non est in C, qui legit tantum debere, et paulo post omittit verba homini debere. Pro hominem, quod in C χ deest, T habet homines. Porro, H caret vix.—3 Franc. 1. consilio; et C χ P. Lentulus,—4 In C H S T χ deest me. Tum in C quo omittitur.—5 H S quibus fueram. Post fueram excidisse Weiske putat vocab. collocatus. Pro iisdem C idem. In eodem Ms. deest quibus. Dein, collocaretis C et Dresd. collocaveratis Franc. 1. collocaetus fuerum edidit Lamb.—6 C T, Dresd. omittunt summos.—7 Pro

#### NOTÆ

<sup>f</sup> Rempublicam esse serratam] Ser- conjunctionem compressit.  
vavit rempub. Cicero, cum Catilinæ

dicere, ut omnium testimonio per me unum<sup>3</sup> rempublicam conservatam esse constaret. Itaque cum P. Servilius,<sup>5</sup> gravissimus vir, et ornatissimus civis, dixisset, opera mea rempublicam incolumem magistratibus deinceps traditam,<sup>9</sup> dixerunt in eandem sententiam ceteri. Sed audistis eo tempore clarissimi viri non solum auctoritatem, sed etiam testimonium, L. Gellii;<sup>h</sup> [p. 202.] qui, quia suam classem<sup>i</sup> attentatam magno cum suo periculo pâne sensit,<sup>10</sup> dixit in concione vestra,<sup>11</sup> ‘Si ego consul, cum<sup>12</sup> fui, non fuisset, rempublicam funditus interituram fuisse.’

VIII. 18. En ego<sup>13</sup> tot testimentiis, Quirites, hac auctoritate senatus, tanta consensione Italiæ, tanto studio bonorum omnium, agente P. Lentulo, consentientibus ceteris magistratibus, deprecante Cn. Pompeio, omnibus hominibus faventibus, Diis denique immortalibus, frugum ubertate,<sup>k</sup> copia, vilitate,<sup>14</sup> redditum meum comprobantibus, mihi, meis, reipublicæ restitutus, tantum vobis, quantum facere<sup>15</sup>

---

*principes civitatis C habet conjunctos.* In T et Dresden. deest *principes*.—8 In C H S T x, Dresden. *unum omittitur*.—9 C *tradita*: H *traditum*. Heumannus legi mavult *traditum*, deinceps dixerunt . . . Sed et audistis eo. Pro eo H et S *codem*.—10 ‘Verba quia suam classem . . . pâne sensit, quæ necis inclusi, alii corrupta statnunt, alii a glossatore ascripserunt. Posterius ipse probo.’ Weiske. —11 H S x, Barb. 1. 2. Franc. 1. Dresden. MSS. Manntii, ed. 1472. Ven. 1480. 1483. *concione restrum*: C *contentum vestrum*.—12 Pro *cum H et S sicut*. Mox, x *interjectam fuisse*.

CAP. VIII. 13 Pro *En* Heumann. maluit *Nunc*; et pro *En ego* Mannt. conjetit Ergo legend. Pro *Quirites C* habet *quam rempublicam*; Franc. 1. Dresden. qui *rempublicam*.—14 C S x, Franc. 1. *utilitate*. Ante mihi C addit se. —15 *Facere* Ernesto et Wolfio suspectum est. Tum, Guelf. pollicor, ut vo-

## NOTÆ

<sup>g</sup> P. Servilius] Vir consularis Servilius fuit.

<sup>h</sup> L. Gellii] L. Gellius fuit consul cum Lentulo, et in senatu dixit ei- vicem coronam Ciceroni deberi a repub.

<sup>i</sup> Suam classem] Gellius custos erat suæ classis, dum ferebantur suffragia, ex qua multi corrupi pecunia fuerant, ut contra Ciceronem age- rent.

<sup>k</sup> Frugum ubertate] Cum summa es- set illis temporibus annonæ caiitas, atque a senatu plerique consulares abessent, quod tuto se negarent posse sententiam dicere, in Ciceronis sententiam factum est senatusconsul- tum; atque ex eo lex promulgata, ut Pompeio per quinquennium omnis potestas rei frumentariæ toto orbe da- retur. Eodem prope momento fru- menti copia secuta est.

possum, Quirites, pollicebor: primum, qua sanctissimi homines pictate erga Deos immortales esse solent,<sup>16</sup> eadem me erga populum Romanum semper fore; numenque vestrum<sup>17</sup> æque mihi grave et sanctum, ac Deorum immortalium in omni vita futurum; deinde, quoniam me in civitatem respublica ipsa reduxit, nullo me loco reipublicæ defuturum.<sup>18</sup> 19. Quodsi quis existimat, me aut voluntate esse mutata, aut debilitata virtute, aut animo fracto, vehementer errat. Mihi, quod potuit vis<sup>19</sup> et injuria, et sceleratorum<sup>20</sup> hominum furor detrahere, eripuit, abstulit, dissipavit: quod viro forti adimi non potest, id manet<sup>1</sup> et permanebit. Vidi ego fortissimum virum, municipem meum,<sup>1</sup> C.<sup>2</sup> Marium, (quoniam nobis, quasi aliqua fatali necessitate, non solum cum his, qui hæc<sup>3</sup> delere voluissent, sed etiam cum fortuna<sup>m</sup> belligerandum<sup>4</sup> fuit) cum tamen vidi, cum esset summa senectute, non modo non<sup>5</sup> infracto animo propter magnitudinem calamitatis,<sup>n</sup> sed confirmato atque renovato. 20. Quem egomet dicere audivi,<sup>6</sup> tum se fuisse miserum, cum careret patria, quam obsidione<sup>o</sup> liberavisset; cum sua bona<sup>7</sup> possideri ab inimicis ac diripi audiret; cum adolescentem filium videret ejusdem socium calamitatis;<sup>p</sup> cum



lebat Heumann.—16 H T χ, Franc. 1. soleant. Franc. 1. quoque me eadem. In C et χ deest me.—17 In C tantum est numen, in χ numen vestrum.—18 C T, Franc. 1. Dresd. omittunt verba deinde . . . defuturum.—19 A Franc. 1. Dresd. Barb. 2. Guelf. ed. 1472. et ed. Wald. abest vis, probante Grævio.—20 Sceleratus Lamb. qui ante eripuit adjecit id.—1 Ante manet H S χ, Barb. 1. Ven. 1480, 1483. Hervag. addunt mihi.—2 Praenomen in C et T deest. Mox, C H T vobis. In T quasi omittitur.—3 C χ hoc: T hoc imperium. Dein, χ debere, et T χ voluisset.—4 Bellum gerendum Franc. 1. Dresd. belligerendum C: belli gerendum ed. 1472.—5 Non post modo deest in χ et Barb. 1. Animo non est in C. Franc. 1. non fracto animo. Vid. Nott. Varr.—6 Grævius e Franc. 1. edidit audiri dicere. Hotom. et Marclandus legi jusserrunt tum se non fuisse miserum. Pro cum C, Dresd. Pall. et Ms. Vict. habent si. Tum, χ paruisset.

## NOTÆ

<sup>1</sup> Municipem meum] Arpinas fuit Marius, Arpinas Cicero. <sup>calamitas, cum a Sulla fugere coactus est ut vita consuleret.</sup>

<sup>m</sup> Cum fortuna] A fortuna victi, et ejecti e patria Marius et Cicero fuerunt. <sup>o Obsidione] Teutonibus et Cimbris in Italia deletis urbem liberavit.</sup>

<sup>n</sup> Calamitatis] Summa fuit Marii Delph. et Var. Clas. <sup>p Socium calamitatis] Filius Marii, a Sulla victus, pulsus et exilio damnatur. Cicer.</sup>

in paludibus demersus,<sup>9</sup> concursu ac misericordia<sup>8</sup> Minturnensium corpus ac vitam suam conservasset; cum parva navicula<sup>9</sup> trajectus in Africam, quibus regna ipse dede-  
rat,<sup>10</sup> ad eos inops supplexque venisset: recuperata<sup>11</sup> vero sua dignitate, se non commissurum, ut, cum<sup>12</sup> ea, quæ amiserat, sibi restituta essent, virtutem animi non haberet, quam<sup>13</sup> nunquam perdidisset. Sed hoc<sup>14</sup> inter me atque illum interest: quod ille,<sup>15</sup> qua re plurimum potuit, ea ipsa re inimicos suos ultus est, armis;<sup>16</sup> ego, qua consuevi, utar; quoniam illi arti<sup>17</sup> in bello ac seditione locus est, huic<sup>r</sup> in pace atque otio. 21. Quanquam ille animo<sup>18</sup> irato nihil nisi de inimicis ulciscendis agebat; ego de ipsis inimicis tantum, quantum mihi<sup>19</sup> respublica permettit, cogitabo. ix. Denique, Quirites, quoniam<sup>20</sup> me quatuor omnino genera hominum violarunt; unum corum,<sup>s</sup> qui odio reipub-

\*\*\*\*\*

—7 Al, et cum sua bona.—8 In C T et MSS. ap. Græv. deest ac misericordia. Dein, χ Miturniensum. Paulo post, C H S T χ et MSS. ap. Græv. conser-  
varet.—9 T parva in navic. Lambinus, quia in suis MSS. inventis partim pro-  
vectus, partim pravectus, reposuit trarectus. In Ms. Henr. Steph. et MSS.  
Ursini perrectus. Pro Africam C et Dresd. patriam—10 C ipsa, et Franc. I. ademerat. Mox, Franc. I. supplex inopsgue.—11 Pro recuperata χ recte para-  
vero par.—12 In χ deest cum. Pro amiserat χ miseria; Weiske dedit amise-  
rit. In ed. 1472. ut eam, quæ a miseria restituta. C χ, Franc. I. Dresden. sibi omittunt. Tum, in CT χ esset.—13 χ qui.—14 C caret hoc.—15 T omittit  
quod ille. Pro qua re C quævere.—16 Armis nonnullis ap. Lamb. suspectum  
fuit. Tum, C ego quæ. Post utar in S T χ, Barb. I. 2. et edd. vett. additur  
pietate. Weiske censem arte dicendi aut oratione excidisse.—17 C T χ ante.  
Pro illi arti Heumannus legit illis. Mox, χ locutus est, et Franc. I. locus fuit.  
—18 Franc. I. Quanquam quo ille animo. Weiske e conjectura dedit Quodque  
ille animo: Wolf. conjectit Itaque ille animo. Pro ille C et H illi.—19 In χ  
deest mihi. Mox, C H S χ permittit.

CAP. IX. 20 C quomodo. Pro omnino, quod C et H omittunt, in Barb.

#### NOTÆ

tus, fugit in Africam.

<sup>9</sup> In paludibus demersus] Marius latitans in paludibus Minturnensium, et ab suis hostiis comprehensus, et iisdem Minturnensibus ad necandum traditus fuit. Postea vero Gallo, qui eum volebat occidere, perterritus, nave conseclusa in Asiam tra-  
jecit. Vide Plut. Minturnæ vero op-  
pidum est in Campania.

<sup>r</sup> Huic] Eloquentiam inter et ar-  
tem bellicam illud discriminis inter-  
cedit, quod ars bellica in seditionibus  
et tumultibus, eloquentia in pace et  
in otio dominetur.

<sup>s</sup> Unum eorum] Quatuor hominum  
genera odio Ciceronem prosequen-  
tur. Primum eorum genus fuit qui  
Catilinæ latenter favebant, neque ei  
favere velle videbantur.

licæ, quod eam ipsis invitit<sup>1</sup> conservaram, mihi inimicissimi fuerunt; alterum, qui per simulationem<sup>2</sup> amicitiae<sup>3</sup> nefarie prodiderunt; tertium, qui, cum propter inertiam<sup>4</sup> suam eadem assequi non possent, invidenter laudi<sup>5</sup> et dignitati meæ; quartum, qui,<sup>6</sup> cum custodes reipublicæ esse deberent,<sup>7</sup> salutem meam, statum civitatis, dignitatem ejus imperii, quod erat penes ipsos,<sup>8</sup> vendiderunt; sic ulciscar genera singula,<sup>9</sup> quemadmodum a quibusque sum provocatus: malos cives, rempublicam bene gerendo; perfidos amicos, nihil<sup>10</sup> credendo, atque omnia cavendo; invidos, virtuti et gloriæ serviendo; mercatores provinciarum, revocando domum,<sup>11</sup> atque ab iis<sup>12</sup> provinciarum rationem repetendo. 22. Quanquam mihi majori<sup>13</sup> curæ est, quemadmodum quidem vobis, qui de me estis optime meriti, gra-

1. legitur orationum.—1 Pro initis H victis; χ conjunctus. Tum, C conservatum.—2 C H similitudinem. Ante prodiderunt H χ, Jntt. Beck. et Orell. addunt me. Weiske edidit me nef. prod. Dein, C perdiderunt.—3 Franc. 1. et Barb. 2. per inertiam. Tum, C suam eandem ass. Mox invident Franc. 1. invidenter χ et edd. nonnullæ, teste Grævio.—4 Debuerint χ; debuerint Henmann. deberent Ern. e conjectura, cum Wolf. Weiske, Beck. et Schutz. debuerant e conjectura edidit Orell. debuerunt ceteri. Dein, H salute.—5 In C deest ipsos.—6 Facinora singula H T χ, Gnelf. Franc. 1. Dresd. Barb. 1. 2. Pall. facinorum singula C S ψ et Ms. Vict. cum Grut. Græv. Oliv. Lall. singula genera Lamb. qui, quia in MSS. invenit faceorum, conjectit legend. ea genera sing. Ern. ex ed. Jntt. dedit genera sing. et sic Wolff. Weiske, Beck. Schutz. et Orell. Heumannus legi putat genera singula, sed tamen et genera et facinora deleri mavult. Mox, C quibus: χ quibusdam.—7 Pio nihil Dresd. mihi. Tum, χ omnia carendo.—8 C et H ab his. Dein, C et Dresd. ratione repetenda. Henmann. jubet provinciarum deleri.—9 Gulielm. lectum olim esse putat, Quanquam mihi, Quirites, majori, &c. Tum, T ut quemadmodum. In H, Barb. 1. Ms. Vict. et MSS. Gruteri deest quidem, deleveruntque Grævius,

## NOTÆ

<sup>t</sup> Per simulationem amicitiae] Q. Hortensium intelligit, qui Ciceroni amici videbatur, a quo tamen insidiostissime se tractatum queritur apud lib. 1. Epistt. ad Q. Fratr.

<sup>u</sup> Invidenter laudi] Tertium genus eorum qui Ciceroni invidenter, fure nonnulli e Catilinæ asseclis, qui in honornm petitione inferiores se Cicerone viderunt.

<sup>x</sup> Quartum, qui] Pisonem et Gabi-

nium notat, qui a tribuno Clodio provincias acceperunt, ut nocerent Ciceroni.

<sup>y</sup> Revocando domum] Dominum revocavit inimicos suos, quando de provinciis consularibus habuit orationem, ubi revocandos esse e suis Gabinium et Pisonem, et futuris consilibus earum provincias decernendas esse snasit.

tiam referam, quam, quemadmodum inimicorum injurias crudelitatemque persequar.<sup>10</sup> [p. 203.] Etenim ulciscendæ injuriæ facilior ratio est, quam beneficij remunerandi; propterea quod superiorem esse contra improbos, minus est negotii, quam bonis exæquari:<sup>11</sup> tum etiam ne tam necessarium quidem est, male meritis, quam optime meritis, referre quod debeas.<sup>12</sup> 23. Odium vel precibus mitigari<sup>13</sup> potest, vel temporibus<sup>f</sup> reipublicæ communique utilitate deponi, vel difficultate ulciscendi teneri,<sup>14</sup> vel vetustate sedari: bene meritos quin<sup>15</sup> colas, nec exorari fas est, nec id reipublicæ repetere<sup>z</sup> utcumque necesse est, neque est excusatio difficultatis, neque æquum est, tempore et die<sup>16</sup> memoriam beneficij definire. Postremo qui in ulciscendo remissior fuit,<sup>17</sup> mox aperte laudatur: at gravissime vitu-

*f Periculis.*

---

Wolf, Weiske, et Schütz. A Dresden. absunt verba *qui de me.*—10  $\chi$  crudelitate, et C prosequar. *Est enim ulcisciendi injuriæ, &c.* Lambinus e MSS. dedit *Etenim cum ulcisc. inj. &c.* Præterea C omittit est post ratio.—11  $\chi$  bonos exæquare. Mox,  $\chi$ , Barb. 1. 2, plures MSS. Grævii, Ven. 1480. 1483. Junt. Græv. nec tam.—12 *Non tam mule meritis referre quod debeas, quam ut bene meritos colas* H  $\chi$ , Barb. 1. 2. Franc. 1. et edd. pleræque ante Naug. et sic Junt. nisi quod omittat non tam ante male. In C S et Dresden. deest meritis post optimè. Pro referre ed. Med. habet ferre.—13 Ms. Vict. vindicari, unde Guilielm. conjectit medicari, ut est in MSS. nonnullis ap. Lamb. mendicari alii. Dresden. omittit rel ante temporibus. In Franc. 1. et ed. 1472. vel temp. et reip. —14 C diff. utendi tueri.—15 In C et Dresden. deest quin. Tum, Lamb. neque exor. . . . neque id. C et H quoque neque id. Paulus post, C petere, ut Manut. volebat. H reparare: Grævius conjectit dare; et Garaton. remittere unquam: Ern. quoque volebat remittere. Hotom. legi maluit reip. temporibus unquam necesse est. Heumannus in Parerg. Crit. p. 67. corredit, nec id reip. expedit vel unquam necesse est: in not. ad h. l. scribit nec id reip. unquam aut nec. est. Pro utunque C H  $\chi$ , Ms. Steph. et Ven. 1483. utrumque; Lamb. utique. In Ven. 1480. legitur neque id reip. est repetere ut utrumque nec. est. Vid. Nott. Varr.—16 Pro et die, C, Franc. 1. Dresden. habent excidere.—17 C Postr. quin mihi in ulc. remissio fuerit. In H quoque fuerit. Pro mox H et Pal. 1. in os; Pal. 3. in os cum. Lambinus in suis, Gruter. in aliis inventis in eorum ap., quod et in C atque Dresden. est. Tum, pro laudatu iidem Lambini MSS. et nonnulli ap. Grut. utitur; C et Dresden. uletur; et postea Lamb. aut grav. ubi Franc. 1. et graviss. Lamb. conjectit legend. in eo partim reprehenditur, partim laudatur. Heumanno mox aperte delendum videtur. Utrumque etiam Weiskio est su-

NOTÆ

\* Nec id reipublicæ repetere] Verbum istud ‘repetere,’ retrahere aut impedire significat: quare is esse videtur sensus: Respub. non impedit relationem gratiæ; aut reipub. gratia non ita omittitur redditio beneficij, ut maleficij.

peratur,<sup>18</sup> qui in tantis beneficiis, quanta vos in me contulisti, remunerandis est tardior: neque solum ingratus,<sup>19</sup> (quod ipsum grave est) verum etiam impius appelletur necesse est. [Atque in officio persolvendo dissimilis est ratio pecuniae debitae; propterea quod pecuniam qui retinet, non dissolvit: qui reddidit, non habet: gratiam et qui retulit, habet; et qui habet, dissolvit.]<sup>20</sup> x. 24. Quapropter memoriam vestri beneficij colam benevolentia sempiterna, non solum dum<sup>1</sup> anima spirabo mea,<sup>2</sup> sed etiam cum mortuo monumenta vestri in me beneficij permanebunt. In referenda<sup>2</sup> autem gratia hoc vobis repromitto, semperque praestabo, mihi neque in consiliis de republica<sup>3</sup> capiendis, diligentiam; neque in periculis a republica propulsandis, animum; neque in sententia simpliciter referenda,<sup>4a</sup> fidem; neque in hominum voluntatibus<sup>5</sup>

*¶ Vivam.*

\*\*\*\*\*

spectum.—18 C vituperantur.—19 Idem Ms. in gravibus.—20 Verba *Atque in officio . . . dissolvit* desunt in C χ, Barb. 1. Franc. 1. Guelf. uno Paris. et ed. Wald. Lambinus legi voluit, aut, *Atquin officii persolvendi diss. aut Atqui officii persolvendi diss.* Lallem. e duabus MSS. et edidit, *Atque in officio persolv. . . et pecunia debita.* Heumann. quoque legi vult pecunia debita.

CAP. X. 1 ‘Non solum dum, &c.] Si non est verum, debet esse interpunction major, i. e. colon post sempiterna: alias esse debet *nec solum.* In verbo *spirabo* valde variant scripti et edd. *superabo, exsuperabo, expirabo, &c.* Illud verum est. *Anima mea* defendum putabat Grævius, et *dum spirabo vel superabo legendum.* Ern. ‘*Non solum in C H S T ψ et Ms. Vict. deest. Pro dum est in C H S ψ eum, in T non.* Ven. 1480. *non modo cum anima, &c.* Mox, χ *sempiterna cum anima.* Ex utroque Barb. afferat Garaton. *benivol. sempiterna cum anima, nescio an interjectis omissis.* Ms. Vict. *cum animo expirabo mea,* neque aliter Pal. 9. nisi quod is habet *anima*, uti et Pal. 1. et 3. nam in Pal. 2. est *expirando.* Franc. 1. *cum anima exuberabo mea:* Dresd. *dum anima exuperabo mea.* Ed. 1472. ap. Græv. *expirabo:* ita legitur in S T. In C est *exuperabo;* χ *exsuperabo.* MSS. Barb. et edd. Venn. *exsuperabo.* Manutius dedit *superabo*, Nangerius *superero*, Hervag. et e MSS. Memmian. Lambinus *spirabo*, quas deinde facta est vulgaris scriptura. Beck. In ed. Junt. *cum anima superaro mea.* Ceteri ut Ern. Mox, χ *ac etiam:* Barb. 1. *sed etiam vel mortuo.* Hotoniannus, *cum in vulgatis idoneam desideraret sententiam et in Ms. quodam invenisset scriptum mortuus, judicavit dreesse quedam:* Heumann. legi maluit, *cum me mortuo.* Weiske mavult *mortuo me.* Postea, Ms. ap. Græv. *in me vestri beneficij.* Pro me in C legitur arce.—2 χ *Jure ferendo.* Mox, C *semper atque præst.*—3 H *pro republ.* In eodem Ms. deest *diligentiam.*—4 Manut. conjectit *efferenda:* Lamb. dedit *dicenda.* Ern. et Garaton. legi maluerunt *ferenda.* Ernesto *simpliciter suspectum est.*—5 C *voluptatibus.* MSS.

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *In sententia simpliciter referenda]* ad populum, vel ad senatum, prolati. Profitetur se ingenue suos sensus vel tuorum.

pro republica lædendis, libertatem; nec<sup>6</sup> in perferendo labore, industriam; nec in vestris commodis augendis, gratam animi benevolentiam defuturam. 25. Atque hæc cura, Quirites, erit infixa animo meo sempiterna,<sup>7</sup> ut, cum vobis, qui apud me Deorum immortalium vim et numen tenetis, tum posteris vestris cunctisque gentibus<sup>8</sup> dignissimus ea civitate videar, quæ suam dignitatem non posse tenere se, nisi me recuperasset, cunctis suffragiis judicavit.<sup>9</sup>

\*\*\*\*\*

ap. Græv. *in volunt. hom.*—6 C H S neque. Pro perferendo C patiendo, X partiendo. Tum C neque in vestris.—7 Sempiterna offendit Heumannum, unde primum scribi *in sempiternum vel sempiterne*, deinde illud vocab. deleri jussit, ut e gloss. enatum.—8 H post. vestris omnibus gent.—9 Indicavit X, Barb. 1. MSS. ap. Lamb. Ven. 1480. 1483. indicarit Barb. 2.

M. TULLII CICERONIS  
P O S T R E D I T U M,  
IN SENATU,  
ORATIO XXVIII.

---

---

ARGUMENTUM.

Cum redisset in urbem Cicero, postridie hanc orationem in senatu recitavit, in qua, commemorata beneficij sibi tributi magnitudine, cum senatui in universum omni, tum singulis quibusdam gratias agit. Initium facit a Lentulo et Metello consulibus, quorum illius præcipua opera in Cicerone restituendo emittuerat, hic autem; privatis inimicitiis reipubl. condonatis, non intercesserat Lentuli actioni. Hic occasionem arripit ad consules superioris anni, quo ejus erat, Gabinius et Pisonem digrediendi, eosque omnibus modis vexandi. Pergit deinde ad tribunos plebis, quod eorum post consules maxima erat in legibus ferendis et abrogandis potestas, iisque omnibus, in primisque Miloni et P. Sextio, nominatim gratias agit. Sequentur deinde prætores septem, octavus enim Appius Claudius, P. Clodii frater, a reliquis dissenserat, qui omnes nominatim, nullus tamen præcipue laudantur. E reliquis autem senatoribus nulli nisi Pompeio nominatim gratias agit, qui pro Cicerone municipia et colonias adierat, omnique gratia et ope ad ejus restitutionem incubuerat. In conclusione rationem consilii sui reddit, quo erat in relinquenda urbe usus. Erant enim, qui timidum appellarent, quod, cum amicorum opes maximas haberet, tamen cessisset Clodio. Tandein nihil de sua fortitudine in defendenda salute reipublicæ hoc tam gravi casu diminutum esse, confirmat pro domo sua.

---

In Barb. 2. hæc Oratio inscribitur, *M. Tullii pro se ipso gratulatoria de restitutione in patriam incipit. Ad Patres Conscriptos. In Pith. Oratio M. T. Cic. in Senatu post Reditum de Exilio: Franc. 1. M. T. Cic. Oratio, qua gratias Senatui dixit pro sua restitutione in patriam.*

1. 1. [Ed. Ald. p. 204.] **S**i, patres conscripti, pro vestris immortalibus in me, fratremque meum, liberosque nostros meritis parum<sup>a</sup> vobis cumulate<sup>1</sup> gratias egero; quæso, obtestorque, ne meæ naturæ<sup>a</sup> potius, quam magnitudini vestrorum beneficiorum, id<sup>2</sup> tribuendum putetis. Quæ enim tanta potest existere<sup>3</sup> ubertas ingenii, quæ tanta dicendi copia, quod<sup>4</sup> tam divinum atque incredibile genus orationis, quo quisquam possit vestra<sup>5</sup> in nos universa promerita, non dicam complecti orando,<sup>6</sup> sed percensere numerando? qui mihi fratrem optatissimum, me fratri amantissimo,<sup>7</sup> liberis nostris parentes, nobis liberos; qui dignitatem, qui ordinem,<sup>b</sup> qui fortunas, qui amplissimam rempublicam, qui patriam, qua nihil potest esse jucundius,<sup>8</sup> qui denique nosmetipsos nobis reddidistis. 2. Quodsi parentes<sup>c</sup> carissimos habere debemus, quod ab iis nobis vita, patrimonium, libertas, civitas tradita est; si Deos immortales, quorum beneficio et hæc tenuimus,<sup>9</sup> et ceteris rebus aucti sumus; si populum Romanum, cuius honoribus in amplissimo consilio,<sup>b</sup> et in altissimo gradu<sup>d</sup> dignitatis, atque in hac omnium<sup>10</sup> terrarum arce<sup>c</sup> collocati sumus; si hunc ipsum ordinem, a quo sæpe magnificentissimis de-

<sup>a</sup> Minus quam par est.<sup>b</sup> Senatu.<sup>c</sup> Roma.

CAP. I. 1 C *cumulare*.—2  $\varsigma$  caret pronomine *id*. *Tuni*, in *C retribuendum*: in Ms. Lamb. *attribuendum*.—3 *Existere potest* Ms. Lamb. *Quæ* *tanta enim potest esse ub. ing.* Franc. 1. *Pro ubertas*  $\varsigma$  *x libertas*.—4  $\varsigma$  *quodque*.—5 Pith. *posset restrum.* Mox, Ms. ap. Steph. *merita*.—6 Pith. et unus Paris. *ornando*, probb. Græv. et Garaton. *Dein*, e Ms. H *enumerando dedit* Orelli.—7  $\varsigma$  *fratrem amantissimum*.—8 Erf. Franc. 1. Barb. et al. *jucundius*.—9  $\varsigma$  *quorum ben. ex hoc ten.*.—10 Idem Ms. *omni*. Mox pro *quiddam C quidem*;  $\varsigma$  *quod*; *x qui-*

## NOTÆ

<sup>a</sup> *Ne meæ naturæ*] Exensat se a magnitudine beneficii, quod pro ine- ritis extollere satis non potest; eaque utitur ut senatores sibi benevolos et attentos reddat.

<sup>b</sup> *Qui ordinem*] Restitutus Cicero est in senatorium suum ordinem.

<sup>c</sup> *Quodsi parentes*] A comparatione

beneficium extollit, quo omnia sibi redditia esse dicit, quæ a parentibus, Diis, populoque Rom. acceperat.

<sup>d</sup> *In altissimo gradu*] Ad consultatum beneficio populi pervenerat, quo nulla dignitas in repub. major extitit. De eo dictum est sapientius.

cretis sumus honestati; immensum quiddam et infinitum est, quod vobis debemus; qui vestro singulari studio atque consensu, parentum beneficia, Deorum immortalium munera, populi Romani honores, vestra de me<sup>11</sup> multa judicia, nobis omnia uno tempore reddidistis; ut, cum multa<sup>12</sup> vobis, magna populo Romano, innumerabilia parentibus, omnia Diis immortalibus debeamus; haec<sup>13</sup> antea singula per illos habuerimus; nunc universa per vos recuperaverimus.<sup>14</sup> II. 3. Itaque, patres conscripti, quod ne optandum quidem est homini, immortalitatem quandam per vos adepti videmur.<sup>15</sup> Quod enim tempus erit unquam, quo vestrorum<sup>16</sup> in nos beneficiorum memoria ac fama moriatur, qui illo ipso tempore, cum vi, ferro, metu, minis obsessi<sup>17</sup> teneremini, non multo post discessum meum, universi me<sup>18</sup> revocavistis, referente L. Ninnio,<sup>f</sup> fortissimo atque optimo viro? quem habuit ille pestifer annus et maxime fidelem, et minime timidum, si dimicare<sup>19</sup> placuissest, defensorem salutis meae: posteaquam<sup>20</sup> vobis potestas decernendi non est permissa per eum tribunum

---

dam. In Ms. ap. Græv. imm. quid est et inf. Mox, e Franc. I. debemus edidit Ern. quem Wolf. Weiske, Beck. Schutz. et Orell. scenti sunt. Ceteri debeamus.—11 Pro de me<sup>s</sup> deinde. Paulo post, χ vobis.—12 Pith. ut quo multa. Tum, magna in C χ, et innumerabilia in<sup>s</sup> omittitur.—13 Ante hæc T ψ, Lamb. Grnt. Oliv. Lall. addunt quod. Vid. Nott. Varr. Post singula<sup>s</sup> repetit debemus.—14 Recuperarimus H S, Ven. 1480, recuperarimus T χ, Franc. I. Barb. cum Lamb. Græv. Wolff. Beck. et Orell.

CAP. II. 15 Erf. et alius Ms. cum Lall. esse ad. vid. C H T χ, Dresd. Franc. I. Pith. Barb. et Græv. ad. esse vid.—16 H in quo restr. <sup>s</sup> ut cum restr. Mox, <sup>s</sup> moriantur.—17 <sup>s</sup> cum in ferro, metu unius obs. Tum, C supra lin. teneremur.—18 In χ deest me. Dein, C protocavistis. Pro referente C referrem de; T referendo: in S deest. Porro, Barb. L. nimio. In Franc. I. referente de me L. Mumio, et placet Gravio inseri de me. L. Mumio est quoque in Pith. Dresd. et S: Mumio in Pariss. et T, unde Lall. edidit L. Mumio, ut est in ed. Junt. L. Mumio<sup>s</sup>: L. Mimmo χ: T. Annio H et Ms. Mureti.—19 Pith. et si dim.—20 Grav. e Franc. I. dedit postea vero quam. In Pith. legitur, posteaquam vobis pot. deceru. facta non est. Verbum permissa non est

## NOTÆ

<sup>e</sup> Obsessi] A difficulti tempore auget beneficium, quia revocatus est cum Clodiani omnia armis circumsepta tenerent, et seditiones plurimæ ab eis in foro excitarentur, de quibus

pluribus agit in orat. pro Sext.

<sup>f</sup> L. Ninnio] Ninnius ille Quadragatus dictus est, qui tribunus plebis Kalend. Jun. ad senatum de revocando Cicerone retulit.

plebis,<sup>g</sup> qui, cum per se rempublicam lacerare non posset, sub alieno scelere<sup>h</sup> delevit;<sup>i</sup> nunquam de me siluistis, nunquam meam salutem<sup>j</sup> non ab his consulibus, qui vendiderant,<sup>k</sup> flagitavistis.<sup>k</sup> 4. Itaque vestro<sup>l</sup> studio atque auctoritate perfectum est, ut ille ipse annus,<sup>m</sup> quem ego mihi, quam patriæ, malueram esse fatalem, hos<sup>n</sup> tribunos haberet, qui et promulgarent de salute mea, et ad vos sæpe numero referrent:<sup>o</sup> nam consules modesti,<sup>p</sup> legumque metuentes, impediabantur lege,<sup>m</sup> non ea quæ de me, sed<sup>q</sup> quæ de ipsis lata erat, cum<sup>r</sup> meus inimicus promulgavit,<sup>s</sup>

\*\*\*\*\*

in<sup>t</sup>, Erf. et Colian.—1 Pith. Ms. Henr. Steph. et MSS. Lambini delituit. Gulielm. conjecit posset suo, alieno scel. delevit.—2 C H S, Barb. 2. Ven. 1483. nonnunquam meam sal. Ursini Ms. nunquam non meam sal. In x deest non post salutem. Tum, Lamb. ab iis cons. Postea, C H x vendiderunt.—3 Heumann. legi vult Et ita vestro.—4 C H T x, Franc. 1. Dresd. Barb. illo ipso anno:  $\zeta$  ut ipse ille minus: al., teste Grævio, ut ipse ille annus.—5 Pro hos edd. Vict. Car. Steph. Manut. Hervag. Brut. Hotom. Lamb. Heumann. dederunt octo: C x, Franc. 1. Barb. 2. cum tribunos. Post tribunos Franc. 1. addit plebis. In ed. pr. cum tribunos haberem. Pro haberet C nominaret. Postea, edd. nounullæ omittunt copulam ante promulg.—6 x ad nos, et Barb. 2. sæpe ref.—7 H molesti. Mox,  $\zeta$  impediabant.—8 Post sed in edd. Nang. Manut. Lamb. Grnt. Oliv. Lall. additur ea, sed Grævius cum edd. seqq. auctoritate MSS. Erf. Colin. Dresd. Franc. et ed. pr. (quibus accedunt C T  $\zeta$  x, Barb.) delevit. In x etiam quæ omittitur.—9 Lamb. quan.—10 Ern. conjecit pro-

#### NOTÆ

<sup>g</sup> Per eum tribunum plebis] Ælium Ligutem nominat in orat. pro Sextio, qui contra Ciceronem intercessit, corruptus a Clodianis.

<sup>h</sup> Alieno scelere] Scelere Pisonis et Gabinii, qui consules erant, rempub. delere conatus est, cum contra senatus et populi auctoritatem interces- sit.

<sup>i</sup> Vendiderant] Clodius pretio pro- vinciarum, Macedoniae, quæ a Clodio Pisoni; Syriæ, quæ Gabinius data est, salutem vendiderat. Eas enim illis provincias promiserat, si Cicero in exilium ejiceretur.

<sup>k</sup> Flagitavistis] Flagitare, inquit Hotomannus, debitorem est acrius et vehementius appellare. Senatus autem a consulibus salutem Cicero-

nis, quasi proprio jure sibi debitam, postulaverat.

<sup>l</sup> Ille ipse annus] Anno 695. quo Piso et Gabinius gesserunt consulatum, decem tribuni fuerunt; sed tan- tum octo nominat, quia Sext. Attilius et Numerius Quintius ipsum læserunt.

<sup>m</sup> Impediabantur lege] Lex lata fne- rat a Clodio ne quis ad senatum de Cicerone referret: quam legem non tam de se ait latam esse, quam de consulibus, quibus provinciæ promit- tebantur, si Cicero in exilium mitte- retur.

<sup>n</sup> Inimicus promulgavit] Hanc le- gem de Cicerone ejiciendo non esse appellandam contendit, quia ab ini- mico suo lata est.

ut, si revixissent ii,<sup>11</sup> ° qui hæc pæne delerunt,<sup>12</sup> tum ego redirem: quo facto utrumque confessus est,<sup>p</sup> et se illorum vitam desiderare, et magno in periculo<sup>13</sup> rempublicam futuram, si aut hostes atque<sup>14</sup> interfectores reipublicæ revixissent, aut ego non revertissem.<sup>15</sup> Itaque illo ipso tamen anno, cum ego cessissem, princeps autem civitatis,<sup>16</sup> q non legum præsidio, sed parietum, vitam suam tueretur; respublica sine consulibus esset,<sup>r</sup> neque solum parentibus perpetuis,<sup>s</sup> verum etiam tutoribus annuis<sup>17</sup> esset orbata; [p. 205.] sententias dicere prohiberemini; caput meæ proscriptionis<sup>t</sup> recitaretur;<sup>18</sup> nunquam dubitasti meam salutem cum

\*\*\*\*\*

*mulgavisset legend.—11 C et s revisissent hi. In S deest ii.—12 C delerent. Ern. legi mavult delerant. Pro tum in x cum.—13 C magno peric. sine præpositione. Post futuram C T x addunt esse.—14 Pro atque H S T habent aut; et pro reipublicæ C R. populi.—15 C revertissent. Mox, pro tamen, quod edd. multæ omittunt, C T x ψ, Franc. Dresd. et edd. vett. habent tum. Paulo post, H S, Ven. 1480. 1483. Med. cedidisse, prob. Grævio.—16 Princeps hujus civ. . . tuerentur C T x: principes civ. . . tuerentur Franc. 1. Dresd. Barb. et edd. nonnullæ. In S ψ princeps hujus civ. . . tucretur. Pro parictum C et s parentum. Tum, Ms. Viet. et Ms. ap. Lamb. respubl. sine rep. sine consulibus. Pro consulibus s consules.—17 Pro annuis C a meis. Dein, s sed sententias.—18 C recitare.*

## NOTÆ

° *Si revixissent ii]* Pernicosa fuit hæc lex a Clodio lata contra Ciceronem, qua videlicet aqua et igni interdicebatur, ut si revixissent qui socii Catilinæ in conjuratione fuerant, tum rediret ab exilio, ut eorum conatus ob sistet.

¶ *Utrumque confessus est]* Dum ita ageret Clodius, confessus est se optare, ut rediret ad vitam, qui rempub. perdere voluerunt; aut reipub. perniciem desiderare, si ipsis redivis, non rediret, quia fatebatur Clodius solum Ciceronem posse ipsis ob sistere.

q *Princeps autem civitatis]* Pompeius, de ejus periculo in prima oratione dictum est, fuit ille princeps civitatis, qui appetitus est a Clodianis. Vide § 4. not.

r *Sine consulibus esset]* Sine consu-

libus erat respub. quia consulum est reipub. consulere; hi vero, Piso scilicet et Gabinius, eam funditus evertebant, unde consules non erant appellandi.

s *Parentibus perpetuis]* Parentes erant et tutores reipub. consules: annui autem dicuntur, quia singulis annis creabantur; perpetui vero, quia respublica nunquam sine consulibus fuit.

t *Caput meæ proscriptionis]* Statim atque discessit Cicero, Clodius de ejus exilio ad populum tulit, atque edictum proposuit, ut illi aqua et ignis interdiceretur, et ne intra quinquaginta millia passuum ab Italia tecto reciperetur. Ita Plutarchus in Cicerone. Dio hoc quoque legi adjectum fuisse tradit, ut si Tullius intra spatium defiuitum visus esset,

communi salute conjungere. III. 5. Postea vero quam<sup>19</sup> singulari et præstantissima virtute P. Lentuli consulis,<sup>u</sup> ex superioris anni caligine et tenebris lucem in republica Kal. Jan.<sup>zo</sup> dispicere cœpistis; cum Q. Metelli, nobilissimi hominis atque optimi viri, summa dignitas, cum prætorum, tribunorum plebis<sup>1</sup> pæne omnium<sup>x</sup> virtus et fides, reipublicæ subvenisset; cum virtute, gloria, rebus gestis Cn. Pompeius, omnium gentium, omnium sæculorum, omnis memoriae facile princeps, tuto se in senatum<sup>2y</sup> venire arbitraretur; tantus vester consensus de salute mea fuit, ut corpus<sup>3</sup> abesset meum, dignitas jam in patriam revertisset.<sup>4</sup> 6. Quo quidem mense, quid inter me et meos inimicos interesset, existimare potuistis. Ego meam salutem deserui, ne propter me civium vulneribus respublica cruentaretur: illi meum redditum non populi Romani suffragiis,<sup>5</sup> sed flumine sanguinis<sup>z</sup> intercludendum putaverunt. Itaque postea nihil vos civibus, nihil sociis, nihil regibus<sup>a</sup> respondistis: nihil judices sententiis,<sup>6</sup> nihil populus suffragiis, nihil hic

CAP. III. 19 Pro quam C, Franc. 1. et ed. pr. cum; Dresd. tum.—20 <sup>r</sup>  
*Kalendis Januarii*: al. *Kalendis Januariis*. In C pro *Januariis* est *Januarii*.  
 Tum, respicere C T χ, Guelf. Barb. 2. Hervag. Manut. Lamb. Grut. Græv. Heumann. despicere alii. Porro, <sup>s</sup> χ cuncte Metelli.—1 In C T χ ψ, Barb. 2. Franc. 1. Dresd. et ed. pr. deest *plebis*.—2 χ tantum se *senatu*.—3 Edd. vett. *ut licet corpus*.—4 <sup>s</sup> reverteretur.—5 <sup>s</sup> *suffragio*. Mox, χ *interducendum*.—6 *Pro regibus* ... *sententiis* in <sup>s</sup> tantum est *judicibus summis*; et *pro judices*

## NOTÆ

et ipse, et qui eum recepissent, impune interficerentur. Lege Fabric. in vita Cic.

<sup>u</sup> *Lentuli consulis*] Lentulus et Metellus Pisoni et Gabinius successerant in consulatu: et licet Metellus frater esset Clodii ex matre, et inimicus Ciceroni, eas tamen inimicitias se deponere dixit reipublicæ causa.

<sup>x</sup> *Pæne omnium*] E prætoribus suis obstiti Ciceronis redditni Appius Clodius, Pub. Clodii frater; e tribunis vero Attilius Serranus et Q. Numerius Quintius.

<sup>y</sup> *Tuto se in senatum*] Novis consulibus magistratum gerentibus, creditit Pompeius se tuto in senatum venire posse. Id in invidiam Clodianorum dicit.

<sup>z</sup> *Flumine sanguinis*] Seditio a Clodianis in foro tanta facta est, ut corporibus civinim Tiberis repleretur. Hic autem colligit reipub. calamitatem a signis, quam repetitionibus et interpretationibus amplificat.

<sup>a</sup> *Sociis, regibus*] Reges et socii populi mittere legationes suas ad senatum solebant.

ordo auctoritate declaravit :<sup>7</sup> mutum forum, elinguem<sup>a</sup> curiam, tacitam et fractam civitatem videbatis. 7. Quo quidem tempore, cum is excessisset,<sup>8 b</sup> qui cædi et flaminæ, vobis auctoribus,<sup>9</sup> restiterat, cum ferro et facibus homines<sup>10</sup> tota urbe volitantes, magistratum tecta impugnata,<sup>11</sup> Deorum templa inflammata, summi viri et clarissimi consulis<sup>12 c</sup> fasces fractos, fortissimi atque optimi viri, tribuni plebis,<sup>13 d</sup> sanctissimum corpus,<sup>e</sup> non tactum<sup>14</sup> ac violatum manu, sed vulneratum ferro consecutumque vidistis. Qua strage nonnulli permoti<sup>15</sup> magistratus, partim metu mortis, partim desperatione reipublicæ, paulum<sup>16</sup> a mea causa recesserunt:<sup>f</sup> reliqui fuerunt,<sup>17</sup> quos neque terror, neque vis,<sup>18</sup> nec spes, nec metus, nec promissa, nec minæ,<sup>19</sup> nec tela, nec faces a vestra auctoritate,<sup>g</sup> a populi Romani dignitate, a mea salute depellerent. iv. 8. Princeps P. Lentulus, pares ac Deus nostræ vitæ,<sup>20</sup> fortunæ, memoriæ, nominis, hoc specimen<sup>i</sup> virtutis, hoc indicium animi, hoc lumen

<sup>d</sup> Silentem.

*X* judicum. Tum, *X* nihil populi suffr.—7 Wolf. conjectit decretit.—8 In *X* excessisset.—9 H et S *vestra auctoritate*. Dein, *X* restiteram.—10 s omnes.—11 Oppugnata MSS. punci et edd. ante Grut.—12 Pro consulis in s cum hos.—13 X plebis officii.—14 Non solum tectum T: non solum tactum C H S, Barb. 2. et edd. ante Lamb. præter Junt. qui habet tractum.—15 X commoti.—16 S s et edd. nonnullæ paululum.—17 Heumann. conjectit at aliqui fuerunt.—18 Al. nec vis: Lamb. nec terror, nec vis.—19 Pro minæ C mina; H rapine. Tum, C H T fasces.

CAP. IV. 20 s, Pith. Dresd. decus nostræ vitæ: *X* noster Deus vitæ: Weiske, Deus vitæ nostræ.—1 s speculum. Mox, C s *X* judicium unimi.—

#### NOTÆ

<sup>b</sup> Cum is excessisset] De se loquuntur Cicero, qui fuerat ejectus, quia auctoritate senatus socios conjurationis interfecerat.

<sup>c</sup> Clarissimi consulis] P. Lentuli. Fasces hoc tempore fracti sunt, sicut anno superiori Gabinii.

<sup>d</sup> Tribuni plebis] De Sextio loquitur, qui a gladiatoriibus Clodii in foro vulneratus est, quando, voluntate senatus perspecta, causa revocandi Ciceronis ad populum octavo Kal. Febr. fuit delata.

<sup>e</sup> Sanctissimum corpus] Corpora tribunorum pleb. sacris legibus sacrosancta habebantur, adeoque ea violare nefas fuit.

<sup>f</sup> Recesserunt] Non prætores, sed fortasse e tribunis aliqui recesserunt, quos Cicero non appellat.

<sup>g</sup> A vestra auctoritate] Coniungit salutem suam cum auctoritate senatus, et populi dignitate, quia semper cum senatu sensit, et utilitatibus populi studuit.

consulatus sui fore putavit, si me mihi, si<sup>2</sup> meis, si vobis, si reipublicæ reddidisset. Qui ut est designatus,<sup>3</sup><sup>h</sup> nunquam dubitavit sententiam de salute mea, se et<sup>4</sup> republica dignam, dicere. Cum a tribuno<sup>5</sup> plebis vetaretur, cum præclarum caput recitaretur, ‘Ne quis ad vos<sup>6</sup> referret, ne quis decerneret, ne disputaret, ne loqueretur, ne pedibus iret,<sup>i</sup> ne scribendo<sup>7</sup> adesset;’<sup>k</sup> totam illam, ut ante dixi, proscriptionem, non legem putavit, qua civis optime de republica meritus, nominatim,<sup>8</sup> sine judicio,<sup>l</sup> una cum senatu, reipublicæ esset ereptus. Ut vero iniit<sup>9</sup> magistratum, non dicam, quid egit<sup>10</sup> prius, sed quid omnino egit aliud, nisi, ut, me conservato, vestram in posterum dignitatem auctoritatemque sanciret?<sup>11</sup> 9. Dii immortales! quantum mihi beneficium<sup>m</sup> dedisse videmini, quod hoc anno P. Lentulus<sup>12</sup> consul est! quanto majus dedissetis, si superiore

.....

2 Verba mihi si in  $\varsigma$  desunt.—3 Ante designatus Franc. 1. addit consul.—4  $\varsigma$  caret mea, se et. Pro se et in C H S T  $\chi$ , Dresd. Barb. 2. Ven. 1480. 1483. et de; et pro republica  $\varsigma$  reipubl. sumnam.—5  $\psi$  tribunis; in C et T deest. Tum  $\varsigma$  vitatur, et Franc. 1. ne præcl.—6 T ad nos, et mox decernevetur.—7  $\chi$  scriberet. Post illum S et nonnullæ edd. vett. addunt causam; Naug. Oliv. Lall. clausulam. Lambinus conjectat legend. totam illum rogationem, proscriptionem, ut ante dixi, non legem; aut, totam illum legem, proscriptionem, ut ante dixi, non legem; aut, totum illud caput, ut ante dixi, proscriptionem, non legem. In C et  $\varsigma$  præscriptionem. Verba putavit... ereptus in C desunt.—8  $\varsigma$  nominatus.—9 C Ut non iniit.—10 C S T  $\chi$   $\psi$ , Barb. 2. Junt. Græv. Oliv. Lall. egerit, probante Henmanno. Pro prius  $\varsigma$  plus. Tum, H, supra lin. sed quod, et H  $\psi$  omnino nihil egit. Pro nisi ut in C T  $\chi$ , Franc. 1. quam ut; ed. pr. que ut. Denique,  $\chi$  me conservaret.—11  $\chi$  sanciretur.—12 C Lentulum. In C T,

#### NOTÆ

<sup>h</sup> Qui ut est designatus] Designati consules in comitiis primi sententiam rogabantur, ita ut qui primus selectus esset, primus diceret.

<sup>i</sup> Ne pedibus iret] Inter senatores quidam pedarii dicti sunt, ‘qui,’ ut refert Gellius, ‘non sententiam in senatu dicerent, sed ab aliis dictam moventes se loco approbarent.’ Illi autem non curru ut ceteri, sed pedibus veniebant in senatum.

<sup>k</sup> Ne scribendo adesset] De scripto aliquando sententia ferebatur, ut in

illa Ciceronis causa factum est a Pompeio.

<sup>l</sup> Sine judicio] Lege XII. tabularum sanctum est, ne de capite civis, nisi comitiis centuriatis, ringaretur.

<sup>m</sup> Quantum mihi beneficium] Deorum in se agnoscit beneficium, quod hoc anno consul fuerit Lentulus, quod longe majus extitisset si superiori factus esset; neque enim tantum a Gabinio et Pisone vulnus seu calamitatem accepisset.

anno fuisse! nec enim eguissem<sup>13</sup> medicina consulari, nisi consulari vulnere concidissem. Audieram ex sapientissimo homine, atque optimo civi<sup>14</sup> et viro, Q. Catulo,<sup>n</sup> non saepe<sup>15</sup> unum consulem improbum, duos vero nunquam, post Romam conditam, excepto illo Cinnano tempore,<sup>o</sup> fuisse. Quare meam causam semper fore firmissimam, dicere solebat, dum vel unus in republica consul esset.<sup>16</sup> [p. 206.] Quod vere dixerat, si illud de duobus consilibus, quod ante in republica non fuerat, perenne ac proprium manere potuisset. 10. Quodsi Q. Metellus illo tempore consul fuisse unicus;<sup>17</sup> dubitatis, quo animo fuisse in me conservando futurus, cum in restituendo auctorem fuisse ascriptoremque<sup>18</sup> p videatis? Sed fuerunt duo<sup>19</sup> consules,<sup>q</sup> quorum mentes angustae, humiles, parvae,<sup>20</sup> op-

---

Barb. 2. et Ven. 1480. deest *consul*. Pro est, quod Grut. cum edd. seqq. deedit anctoritate plerorumque Pall., prafuit habent C H S T χ, Franc. 1. Barb. 2. Ven. 1480. 1483. Junt. et fuit Erf. Pal. 9. et nonnullæ edd. vett. cum Wolf. et Orell. Ante quanto C S T χ, Franc. 1. Barb. 2. ed. 1472. Junt. Græv. Wolf. Beck. et Orell. addunt quo.—13 χ egisse. Pro nisi consulari in σ neque.—14 C H S, Barb. 2. et edd. pleræque ante Lamb. cive.—15 In σ deest saepe. Verba post Romam conditam omittunt C H S T σ χ, Barb. 2. et edd. ante Grut. cum Wolf. Mox, pro Cinnano C et Barb. 2. Cesonii; T Cessonii; H S Cesonini; σ Censurino; χ Resonii; Ven. 1480. 1483. Cesonino.—16 σ caret esset. In Franc. 1. Barb. 2. Ven. 1480. 1483. et Manut. legitur esset *consul*. Pro Quod Pith. habet Quam.—17 Pro unicus Dresd. Ms. Lambini, Ms. ap. Manut. habent inimicus; C H S T χ, Franc. 1. Barb. 2. Ms. Ursini, et edd. vett. non inimicus. In σ cons. fuisse, in quo fuisse inimicus meus qui me exularit. Garaton. legi maluit cons. fuisse homo inimicus. Ern. conjecit unus legend.—18 σ scriptoremque: χ ad scriptoremque. Tum. C videratis.—19 Pro duo Ms. Lambini et aliquot Pall. hii aut ii, quod Lamb. monnit e nota numerali II. extitisse. Lambinus autem, prob. Henmanno, *consules* deieri jussit.—20 Pronæ Ms. ap. Turneb. partæ C T χ,

## NOTÆ

<sup>n</sup> Q. Catulo] Hic Catulus illius filius fuit, qui cum Mario consul fuit.

<sup>o</sup> Cinnano tempore] Cinna et Papirius Carbo, sceleratissimi consules, discordiis et seditionibus rempub. vexarunt. Vide Appian. Tales autem reperti sunt hoc tempore Piso et Gabinius, qui Clodio tribuno plebis rempublicam vendiderunt.

<sup>p</sup> Auctorem ascriptoremque] Is Me-

tellus affinis Clodii, Ciceronis fuerat inimicus; verum permotus tum P. Servilii incredibili dicendi gravitate, absens cum M. Tullio rediit in gratiam, atque auctor fuit ut rediret: ascriptor vero, quia senatusconsulto de Cicerone revocando subscrispsit.

<sup>q</sup> Duo consules] Pisonis et Gabini mores describit.

pletæ tenebris ac sordibus, nomen ipsum consulatus, splendorem illius honoris, magnitudinem tanti imperii, nec intueri,<sup>1</sup> nec sustinere, nec capere potuerunt: non consules, sed mercatores<sup>r</sup> provinciarum ac venditores vestræ dignitatis.<sup>s</sup> Quorum alter a me Catilinam, amatorem<sup>z</sup> suum,<sup>t</sup> multis audientibus, alter<sup>u</sup> Cethegum, consobrinum,<sup>v</sup> reposcebat: qui me duo sceleratissimi post hominum memoriam, non consules, sed latrones, non modo deseruerunt,<sup>4</sup> in causa præsertim publica et consulari,<sup>5</sup> sed prodiderunt, oppugnarunt, omni auxilio,<sup>6</sup> non solum suo,<sup>y</sup> sed etiam vestro,<sup>z</sup> ceterorumque ordinum, spoliatum esse voluerunt: quorum alter<sup>a</sup> tamen neque me, neque<sup>7</sup> quenquam fefellit.

v. 11. Quis enim<sup>8</sup> ullam ullius boni spem haberet in eo, cuius primum tempus ætatis palam fuisse ad omnium libidines<sup>9</sup> divulgatum?<sup>e</sup> qui ne a sanctissima quidem parte

<sup>e</sup> Expositum.

---

Guelf. Barb. 2. Pall. Ms. Ursini, ed. Wald. cum Ern. et Orell. prævæ ceteri.—1 H  $\sigma$ , MSS. Lallemandi et Turnebi, cum Lall. Beck. Orell. tueri.—2 Pro amatorem H materterum.—3 Consobr. suum  $\tau$ , Ven. 1480. 1483. Hervag. Manut. Dein,  $\varsigma$  reposcebant.—4  $\varsigma$  censuerunt.—5 C consularum.—6  $\varsigma$  omnino aux. Mox, idem Ms. nostro.—7 C et T nec me, nec.

CAP. V. 8 In H et S deest enim. Tum, C illius.—9 Ad omnes libid. C H

#### NOTÆ

<sup>r</sup> *Mercatores*] Suas provincias a Clodio, salute Ciceronis emerant.

<sup>s</sup> *Venditores vestræ dignitatis*] Non pertinebat ad solos consules, sed ad senatum universum cum illis, provincias decernere.

<sup>t</sup> *Amatorem suum*] Catilinam indicat; nam in oratione pro Domo, ‘Catilinæ delicias’ Gabiniūm vocat.

<sup>u</sup> *Alter*] Piso Cethegum reposcebat, cui damnato gula per vindices rerum capitalium fracta est in carcere.

<sup>x</sup> *In causa publica et consulari*] Quod gestum est a Cicerone in conjuratione Catilinæ, pro reipub. salute gestum est: quare ejus defensio maxime pertinebat ad consules, quorum est rei-

pub. et periclitantibus pro causa publica civibus consulere.

<sup>y</sup> *Non solum suo*] His sedentibus, inspectantibus, atque adeo adjuvantibus, Cicero conservator patriæ a sceleratissimo tribunno plebis Clodio in exilium ejectus est.

<sup>z</sup> *Sed etiam vestro*] Dio lib. xxxviii. tradit, andita lege de Ciceronis exilio, equites in Capitolium tunc convenisse, atque ad consules et senatum misisse legatos non solum e suo ordine, verum etiam senatores dnos, Q. Hortensium et C. Curionem, qui pro Cicerone deprecarentur, sed eos a Gabino fuisse repudiatos.

<sup>a</sup> *Quorum alter*] Gabiniūm increpat ab anteacta vita.

corporis potuisset hominum impuram intemperantiam<sup>10</sup> propulsare? qui cum suam rem non minus strenue,<sup>11</sup> quam postea publicam<sup>b</sup> confecisset; egestatem et luxuriam<sup>12</sup> domestico lenocinio sustentavit?<sup>13</sup> qui nisi in aram tribunatus confugisset,<sup>c</sup> neque vim prætoris,<sup>d</sup> nec multitudinem<sup>14</sup> creditorum, nec bonorum proscriptionem effugere potuisset. Quo in magistratu nisi rogationem<sup>15</sup> de piratico bello<sup>e</sup> tulisset; profecto egestate<sup>16</sup> et improbitate coactus piraticam ipse fecisset; ac minore quidem cum<sup>17</sup> reipublicæ detimento, quam quod<sup>18</sup> intra moenia nefarius hostis, prædoque versatus est: quo inspectante ac sedente, legem tribunus plebis<sup>f</sup> tulit, ne auspiciis obtemperaretur;<sup>g</sup> ne obnuntiare<sup>h</sup> concilio aut comitiis,<sup>i</sup> ne legi intercedere<sup>19</sup>

S T  $\zeta$ , Barb. 2. et al. cum Junt. Lamb. Wolf. Beck. Schutz. et Orell.—10 C intemperationem.—11 Pro strenue  $\zeta$  si sene.—12  $\zeta$  egestate, et Lamb. luxuriem.—13  $\zeta$  sustentatam.—14 Idem Ms. multitudine. Verba cred. nec bon. proscript. in C et  $\chi$  desunt. In T est creditorum, reliquis omissis.—15 C H S T  $\zeta$   $\chi$   $\psi$ . Barb. 2. et edd. ante Manut. Qui. Mox, C rogatione.—16 H S et edd. nonn. prof. et egest. Tum, pro ipse  $\chi$  ipsam.—17 Cum omittunt C, Franc. 1. Barb. 2. et nonnulla edd. vett. cum Graev. et Wolf.—18 Quod delendum judicavit J. F. Gronov. ad Liv. xxviii. 43. In uno Ms. Paris. punctis subjectis notata erat ea particula. Weiske censet quo legend. Pro infra C ha-

## NOTÆ

<sup>b</sup> Postea publicam] In Syria Gabinius equitatum et cohortes optimas perdidit.

<sup>c</sup> In aram tribunatus confugisset] Tribunatum obtinuit Gabinius A. U. C. 686. Metello et Marcio coss. sed ea tantum de causa, ne propter æ alienum quisquam ipsi molestus esset, quod nefas erat magistratibus: quare ait ad tribunatum confugisse quasi ad aram, ad quam qui confugiebant, servabantur.

<sup>d</sup> Vim prætoris] Apud prætorem urbanum citabantur qui ære alieno tenebantur.

<sup>e</sup> De piratico bello] Bellum piraticum Pompeio commissum est, lata lege a Gabinius.

*Delph. et Var. Clas.*

<sup>f</sup> Tribunus plebis] Clodins tribunus plebis tulit, ne quis per eos dies, quibus cum populo agi licaret, de cœlo servaret, ut omnibus fastis legem ferri licaret.

<sup>g</sup> Auspiciis obtemperaretur] Lex Ælia iubebat ut quoties cum populo ageretur, angines de celo servarent.

<sup>h</sup> Obnuntiare] Obnuntiare angorum fuit, et impedire ne lex statim ferretur, sed in aliud tempus differretur.

<sup>i</sup> Concilio aut comitiis] Concilium dicitur, cum pars tantum populi intra civitatem coit, aut legum fereendarum, aut civis judicandi causa: cum vero universus extra civitatem in Campo Martio ad creandos magistratus, comitia dicuntur.

*Cicero.*

5 O O

liceret: <sup>k</sup> ut lex *Ælia* <sup>20</sup> et *Fusia* <sup>l</sup> ne valerent; quæ nostri majores certissima subsidia <sup>1</sup> reipublicæ contra tribunios furores esse voluerunt. 12. Idemque postea, cum innumerabilis multitudo bonorum de Capitolio supplex ad eum sordidata venisset, <sup>2</sup> cumque adolescentes nobilissimi, <sup>m</sup> cunctique equites <sup>3</sup> Romani se ad lenonis impurissimi pedes abjecissent; quo vultu cincinnatus <sup>4</sup> ganeo <sup>n</sup> non solum ci-vium lacrymas, verum etiam patriæ preces repudiauit! Neque eo contentus <sup>5</sup> fuit, sed etiam in concionem ascendit, <sup>6</sup> eaque dixit, quæ, si ejus vir *Catilina* revixisset, <sup>7</sup> dicere non esset ausus: se *Nonarum Decembr.* <sup>8</sup> quæ me consule fuissent, <sup>9</sup> clivique *Capitolini* <sup>p</sup> pœnas ab equitibus Romanis esse repetiturum: neque solum id dixit, sed quos ei com-



*bet in restra.*—<sup>19</sup> *X* *ψ* *intendere.*—<sup>20</sup> *S* *X* *Alia.* Tum, *Fusia* Franc. I. *Sufficia* C: *Suffiana* *X*: *Fusia* Jun. et Græv. In C et T deest *ne*. Denique, *valeret* C *ς* *X* et edd. nonn.—<sup>1</sup> *Pro certissima subsidia* *ς* *tutissima præsidia.* In C et T deest *reipublicæ*.—<sup>2</sup> *C vestre venissent.*—<sup>3</sup> *Pro cunctique equites* *ς* *cives que Quirites.* Mox, *ten.* *impudicissimi* H S *ς*, Erf. Gnefl. Gembl. Pal. Ms. Vict. Ms. Lambini, cum Grnt. *impudentissimi* Rom. 1480. Ven. 1483. Brix. Tnm, C *objecissent.*—<sup>4</sup> C S *X*, Franc. I. et ed. pr. *incincinnatus.*—<sup>5</sup> Græv. *contentus eo.* Gruter, *eo* omisit.—<sup>6</sup> Ms. Vict. *descendit*, unde Gulielm. *concepit escendit.*—<sup>7</sup> *ς* *revisisset.*—<sup>8</sup> *Decembri* MSS. *pauci* *cum Oliv.* et Lall.—<sup>9</sup> C *fuisset.* Dein, C H S T *clivi* sine copula. Postea, *Capitolii* C: *Capito-*

## NOTÆ

<sup>k</sup> *Intercedere liceret]* Intercedere tribuno*rum* fuit; nam cum lex ferebatur, antequam ferrentur suffragia, vetare poterat tribunus ne ferretur.

<sup>l</sup> *Lex *Ælia et Fusia*]* Lex illa *Ælia* lata est a Q. *Ælio* consule, ut quoties cum populo ageretur, angues de cœlo servarent; magistratus et omnium audiendi, id est denuntiandi agi per Jovem non licere, et legislationi intercedendi potestatem haberent: nam cum lex ferretur, angues de cœlo servabant; magistratus, si quid observatum erat, quo impediri comitia possent, mutabant.

<sup>m</sup> *Adolescentes nobilissimi]* Dio refert adolescentes numero ad viginti

millia sordidatos, deprecatores salutis Ciceronis venisse.

<sup>n</sup> *Cincinnatus ganeo]* Pungit Gabiniū, qui calamistro aut ferro calido tortim et undulatim crines inflexos habebat.

<sup>o</sup> *Nonarum Decembrium]* Eo die senatusconsultum de plectendis Catilinæ sociis factum est.

<sup>p</sup> *Clivi Capitolini]* Cum de supplicio conjuratorum ageretur in templo Concordiæ, equester ordo Clivum Capitolinum occupavit, ne quid tumultus a Catilinariis excitaretur contra senatum. Consul antem ille sceleratus respondit se ab equitibus ea de causa pœnas repetiturum.

modum fuit,<sup>f</sup> compellavit: <sup>g</sup> L.<sup>10</sup> vero Lamiam,<sup>r</sup> equitem Romanum, præstanti<sup>h</sup> dignitate hominem, et saluti meæ pro familiaritate, reipublicæ pro fortunis suis,<sup>i</sup> amicissimum, consul imperiosus exire urbe jussit:<sup>s</sup> et cum vos vestem mutandam censuissetis, cunctique mutassetis, atque idem omnes boni jam ante fecissent; ille unguentis oblitus,<sup>t</sup> cum toga prætexta,<sup>u</sup> quam omnes prætores ædilesque tum abjecerant, irrisit squalorem<sup>v</sup> vestrum, et luctum gratissimæ<sup>w</sup> civitatis: fecitque, quod<sup>x</sup> nemo unquam tyrannus,<sup>y</sup> ut, quo minus occulte vestrum<sup>z</sup> malum gemeretis, nihil diceret, ne aperte incommoda patriæ lugeretis, ediceret. vi. 13. Cum vero<sup>17</sup> in Circu Flaminio,<sup>y</sup> non a tribuno plebis consul in concessionem, sed a latrone archipirata, productus esset; primum processit, qua auctoritate vir! vini, somni,<sup>18</sup> stupri plenus, madenti coma,<sup>z</sup> compo-

<sup>f</sup> Quos libuit ci.

\*\*\*\*\*

lum<sup>z</sup>.—10 <sup>x</sup> Lucium. Ante vero H<sup>z</sup> addunt jam. Tum, in C T<sup>z</sup> deest Lamiam.—11 Ante præstanti C et T addunt jam.—12 <sup>z</sup> suum. Mox, idem Ms. consulem... urbem. Ante urbe edd. nonn. inserunt præpositionem er. Pro jussit in C vixit, et pro cum idem Ms. cum.—13 <sup>z</sup> abjecerent, avisit squal.—14 Edd. nonnullæ gravissimæ, et sic Weiske, qui conjectit legend. gravissime afflictæ ciruit.—15 In C et S deest quod.—16 <sup>z</sup> nostrum. In vocab. nihil desinit oratio in <sup>z</sup>. Heumannus conjectit, ut qui omnes occulte vestrum malum gemeretis, ne aperte incommoda patriæ lugeretis, eliceret. Wetzelio etiam locus non saurus videtur. In Diesd. incommodum patriæ.

#### NOTÆ

<sup>a</sup> Compellavit] Proprio nomine appellavit, et acerbius increpavit quosdam.

<sup>r</sup> Lamiam] Lamia equestris ordinis princeps fuit, qui fortunas amplissimas habebat, et qui fuerat semper reipub. addictissimus. Ab urbe pulsus fuit a Gabino, quod deprecari ansus esset pro Cicerone.

<sup>s</sup> Exire urbe jussit] Abesse jussit, nempe 'millia passuum ducenta,' ut ait in orat. pro Sextio.

<sup>t</sup> Unguentis oblitus] Per illa unguenta intelliguntur odores et liquores expressi e floribus, quibus perfusus erat Gabinius.

<sup>u</sup> Toga prætexta] De toga prætex-

ta dictum est orat. i. in Verr. § 113. not. hanc autem abjecerant magistratus, ut fit in magna calamitate.

<sup>x</sup> Unquam tyraonus] Vetus ne quisnam gerneret de Cicerone; quod ne vetant quidem tyranni.

<sup>y</sup> Circu Flaminio] Circus fuit Romæ, qui Maximus dictus est, ubi ludi exhibebantur et spectacula. Circus autem alius fuit in undecima urbis regione, qui Flaminius dictus est, ubi vitreorum operum officina fuit, in qua porula siebant punctis coloratis, quasi gemmis insignita, et crystallinis similia.

<sup>z</sup> Madenti coma] Describit Gabinius, quasi hominem mollem et effe-

sito capillo, gravibus oculis, fluentibus buccis,<sup>a</sup> pressa voce et temulenta;<sup>19</sup> [p. 207.] quod in cives indemnatos<sup>b</sup> esset animadversum, id sibi dixit gravis auctor<sup>c</sup> vehementissime displicere. Ubi nobis<sup>20</sup> hæc auctoritas tamdiu tanta latuit? cur in lustris<sup>d</sup> et helluationibus<sup>e</sup> hujus calamistrati<sup>f</sup> saltatoris<sup>g</sup> tam eximia virtus tamdiu cessavit? Nam ille alter Cæsoninus<sup>2</sup> Calventius,<sup>h</sup> ab adolescentia versatus est in foro, cum eum, præter simulatam versutamque<sup>3</sup> tristitiam, nulla res commendaret; non juris studium, non dicendi, non rei militaris, non cognoscendorum hominum, non liberalitas.<sup>4</sup> Quem præteriens cum incultum, horridum,

\*\*\*\*\*

CAP. VI. 17 C caret vero.—18 C soni.—19 C et T tumulenta: ψ tremulenta.—20 C T et Franc. I. vobis.—1 C cum illustris et helii actionibus: χ cum illustris et elii actionibus: Franc. I. cur in lustris et elii concionibus: Dresd. cur in lustris et elii actionibus: Pith. cur illustris etiam helluonis: ed. pr. cur illustris actionibus. Pestea, in H et S deest tam.—2 MSS. nonnulli et edd. vett. Cæsonius: χ Censorius.—3 MSS. plerique et edd. pr. irritamque: Pal. 9. victamque: MSS. ap. Turneb. Adv. XXXVIII. 17. mutamque: MSS. aliquot fictamque; unde Grævius conjectit mimicanque. Ceteri versutamque.—4 In C T χ, Baib. 2. Gnelf. et ed. Wald. non juris... liberalitas. ‘Antiqua lectio ante Grut. fuit, non consulis studium, non discendi initia rei militaris non cognoscendorum hom. In S non consulis stud. non discendi vitia. In Erf. studium non dis-

#### NOTÆ

minatum, a coma quam unguentis de more suo delibitam habebat.

<sup>a</sup> *Fluentibus buccis*] Bucca proprie est pars interior generum, quæ inflari dicuntur ab arrogantibus, qui inde ‘buceones’ appellantur.

<sup>b</sup> *Cires indemnatos*] Designat participes et socios coniunctionis Catilinariæ, qui a senatu damnati sunt, et quos indemnatos a Cicero interfectos malitiose et falso objiciebant.

<sup>c</sup> *Gravis auctor*] Proprie auctores dicuntur illi senatores, qui primi in legibus ferendis ad eas suadendas aut dissuadendas adhibentur.

<sup>d</sup> *In lustris*] Lustra loca sunt abdita, quæ gulæ et alijs ejusmodi vietiis apta sunt. Arguit autem illum, quod tamdiu siluerit illud quod Ciceroni crimen modo objiciebat.

<sup>e</sup> *Helluationibus*] Helluationes sunt profusiones epularum et conviviorum, in quibus patrimonium omne consumitur.

<sup>f</sup> *Calamistrati*] Calamistrum acus ferrea est, qua calefacta capilli intorquentur.

<sup>g</sup> *Saltatoris*] Saltare apud Romanos vitiosum fuit: unde sæpe vitio dat multis Cicero saltavisse.

<sup>h</sup> *Nam ille alter Cæsoninus Calventius*] Jam Pisonem pingere aggreditur, quem omnibus ornamenti carere ait, quibus civis Romanus nobilitari debet. Hunc Calventium appellat a Calventio quodam, homine Gallo, qui venit in Italiam cum filia, quam, receptus in civitatem, Pisoni Cæsonino, hujus Pisonis patri, dedit in conjugem.

mœstumque vidisses; etiamsi agrestem et inhumanum existimares, tamen libidinosum et perditum non putas.<sup>5</sup>

**14.** Cum hoc homine,<sup>6</sup> an cum stipite Æthiope<sup>i</sup> si in foro constitisses, nihil crederes interesse: sine sensu, sine sapore,<sup>5</sup> elingue,<sup>7</sup> tardum, inhumanum negotium. Cappadocem<sup>k</sup> modo abreptum<sup>8</sup> de grege venalium dices. Idem domi quam libidinosus!<sup>9</sup> quam impurus! quam intemperans! non janua receptis, sed pseudothyro<sup>1</sup> intromissis<sup>10</sup> voluptatibus. Cum vero etiam<sup>11</sup> literis studere incipit, et

*s. Jucundilate sermonis.*

---

cendi vitiari militaris. Vocabulo viciari alia manus puneta addiderat, et super illud posnebat non rei. Dresd. tum priora legit ut olim scribebantur, tum *vitia rei militaris*. Lamb. partim libris vett. adjutus, partim e conjectura, se locum ita restituisse ait, *non consilium, non dicendi facultas, non scientia rei militaris, non stud. cogn. hom.* Ita etiam Ursinus. Turnebus conjecterat, *non consulendi studium, non dicendi initia, non rei milit.* Gruterus ita, ut nunc legitur locum edidit e Pal. 9. quocum Franc. 1. et Pith. consentiunt.<sup>j</sup> Beck.—5 Putasses H S et Ms. Ursini: *putasti* C χ, Dresd. Franc. 1. Barb. 2. nom. Pall. et ed. Wald. sic etiam T, sed sses superser. ab alia manu: Erf. *putastis*, sed al. man. *putares*. Edd. pleraque ante Grut. dubitares.—6 Pro hoc homine C hac hodie; χ homine. Pto an C T χ et; S et edd. ante Lamb. aut. Ms. Erf. *cum vel Æthiope stipite*; unde Graevius putat scribendum *cum Æthiope vel stipite, omisso si*, quod Wolf. et Beck. deleverunt: Orelli. unciis inclusus. Pro *stipite Æthiope* C χ *esope*; S *stipe Ethiope*; T *æsopo*; Franc. 1. an *cum Essopo*. Pith. *an cum stipile si in foro*; Dresd. *et cum exope, si in foro*: Barb. 2. *et cum Esope*: ed. 1472. *an cum Æsopo*. Deiu. χ *constitisse*.—7 Ern. e conjectura, cum Weiske et Schutz. *elingue*. *Pro negotium* Junt. et al. *neglectum*; unde Weiske conjectit *elinguem, tardum, inhumanum, neglectum negotium*. Lamb. dedit *elinguem, tardum, inhumanum, recordem*, Capp. Edd. pleraque post *negotium* comma tantum ponunt.—8 χ *arreptum*; et sic supra ser. in C. Mox. *renantium* C et Franc. 1. *renarium* χ.—9 Verba *quam libidinosus* in χ desunt.—10 C T, Franc. 1. Dresd. et ed. pr. *non manere ceptis* (aut *ceptis*), *sed porro intermissis*: S *non nascere ceptis*, *sed porro intermissis*: ψ *non manere ceptis porro intermissis*: H *non in aware ceptis sed porro intermissis*; et sic edd. ante Naug.—11 In C H S T χ deest etiam. Tum, χ, Barb. 2. ed. 1472.

#### NOTE

<sup>i</sup> *Stipite Æthiope*] Per stipitem, stupiditatem hominis notat; per Æthiopem, deformitatem; cum ille Pison subnigro esset colore: unde ait in orat. contra eum, irrepsisse ad honores commendatione fumosarum imaginum, quarum nihil habes praeter colorem.<sup>j</sup>

<sup>k</sup> *Cappadocem*] Cappadox servus

venalis dicebatur, eni similis potius quam homini liberali videbatur. Porro multi ex Æthiopia Romanam vendendi mittebantur.

<sup>1</sup> *Pseudothyro*] Pseudothyron positum est ostium, sed in posteriore tantum ædium parte. Vult autem indicare non aperte Pisonem libidinibus, sed occulte se dedisse.

helluo immanis<sup>12</sup> cum Græculis<sup>m</sup> philosophari, tum est Epicureus,<sup>13</sup> non penitus illi disciplinæ, quæcumque est,<sup>n</sup> deditus, sed captus uno verbo voluptatis. Habet autem magistros non ex istis ineptis,<sup>o</sup> qui dies totos de officio ac de virtute disserunt,<sup>14</sup> qui ad laborem, ad industriam, ad pericula pro patria subeunda adhortantur;<sup>15</sup> sed eos, qui disputent, horam nullam vacuam voluptate esse debere; in omni parte corporis semper<sup>16</sup> oportere aliquod gaudium delectationemque versari. 15. His utitur quasi præfectis libidinum suarum: hi voluptates omnes vestigant<sup>17</sup> atque odorantur: hi sunt conditores instructoresque<sup>18</sup> convivii: iidem expendunt atque æstiment voluptates, sententiamque dicunt, et judicant, quantum cniique<sup>19</sup> libidini tribuendum esse videatur. Horum ille artibus eruditus, ita contempsit hanc prudentissimam<sup>20</sup> civitatem, ut omnes suas libidines, omnia flagitia latere posse arbitraretur, si modo vultum importunum<sup>1</sup> in forum detulisset. vii. Is me, (quanquam me quidem non; cognoram enim, propter Pisonum affinitatem,<sup>2</sup> quam longe hunc<sup>q</sup> ab hoc genere cognatio ma-

Ven. 1483. literas. Postea, C incipit: Colin. incepit: χ cœperit.—12 In C χ, Fraue. 1. Barb. 2. et ed. 1472. desunt verba helluo immanis. Dresd. bel- liuus imm. Erf. helluus imm. ubi quis superscripserat, ‘vel bellua.’ Lambinus, quia in Ms. invenit bellus, reponit bellua.—13 χ et ed. 1472. Epicurus. Mox, Franc. 1. ulti disc.—14 C et χ dixerunt.—15 H adhortentur: T et Lamb. co- hortantur. Tum, disputant T, Guelf. ed. Wald. 1480. Junct. Lamb.—16 C sepe.—17 C T χ, Franc. 1. Barb. 2. ed. 1472. investigant. Dein, H S, Dresd. odorant: ed. Med. odorant.—18 H structoresque, prob. Orell. Mox, C hidem, et C H S, ed. 1472. extimant.—19 C quantumque.—20 C H S χ, Junct. Lamb. Schutz. et Orell. prudentissimum.—1 Franc. 1. importunissimum.

CAP. VII. 2 [Is me, &c.] Non præstiterim hunc loeum sic, ut Gruterus

#### NOTÆ

<sup>m</sup> Cum Græculis] Per Græculos intellegit philosophos, qui sua tantum adulatio[n]e et garrulitate celebres sunt.

<sup>n</sup> Quæcumque est] Ait inter varia Epicureorum dogmata quædam optima fuisse, nec aliena a philosophiae sanctitate; sed ea duntaxat amplexum fuisse, quæ ad voluptatem pertinebant.

<sup>o</sup> Ex istis ineptis] Itonice loquitur, et Pisonem quasi loquentem inducit, qui ineptos philosophos, qui de virtute disputatione; at præstantissimos habebat, qui omnia ad voluptatem corporis referebant, quos hic mirifice describit.

<sup>p</sup> Propter Pisonum affinitatem] Ostendit Cicero, Pisonis mores primum non agnovisse, licet ei fuisset affinis;

terna Transalpini sanguinis abstulisset) sed vos, populumque Romanum, non consilio, neque eloquentia, quod in multis saepe accidit, sed rugis supercilioso decepit. **16. L. Piso**, tune ausus es<sup>r</sup> isto oculo, non dicam isto animo, ista fronte, non vita, tanto supercilio,<sup>3</sup> (non enim possum dicere, tantis rebus<sup>4</sup> gestis) cum A.<sup>5</sup> Gabinio consociare consilia pestis<sup>6</sup> meæ? Non te illius unguentorum odor,<sup>6</sup> non vini anhelitus, non frons calamistri notata<sup>7</sup> vestigiis, in eam cogitationem<sup>8</sup> adducebat, ut, cum illius re similis fuisses,<sup>9</sup> frontis tibi integumento ad occultanda tanta fla-

<sup>h</sup> *Perditionis.*

\*\*\*\*\*

constituit, fuisse a Ciceronis manu: sed libri ita variant, ut hic nil certi sit. Itaque sic reliqui. Grævius edidit sic, *Is me quidem minime; cognoram enim pr. Pis. affinitatem: quanquam longe hunc, &c. quod mihi non placet; certe non quanquam, quod nullo modo verum esse potest.* Eru. 'Gruterus ita edidit e MSS. Pall. quibuscum S. Viet. fecit. *Vetustissima lectio fuit. Is me quanquam equidem* (et ita H χψ, Barb. 2. in C T *quanquam quidem*: Franc. 1. *Is nunc me, quanquam equidem* non cognorarum (aut cognitorum, ut MSS.) cum (ita Franc. 1. Barb. 2. utraque Ven. ex C H S T χψ assertur cum, nescio quam recte) propt. Pis. aff. Deinde vulgatum est, *Is non me, quanquam equidem non cognorarum eum propt. &c.* Lambinus edidit *Is nou me;* namque equidem cognorarum propt. In Pith. fuit, *sed me, quanquam minime non cognoscatur a me propt. Pis. aff., quanquam longe hunc ab hoc gen. cogn.* Inde fluxit Græviana scriptura, quam in ordinem receperunt Lallemand et ex parte Weiske. Grævius docuit in Erf. esse, *Is me, quanquam equidem non cognora propter, &c.* sed altiam manum e in *equidem* notasse puncto, et ascripsisse minime: in cognora antem similiter ultimam syllabam punctis notasse, et ascripsiisse cognoscantur a me. Heumann. edidit, *Is non me, quanquam equidem non cognorarum eum propt. . . . quam longe hinc, &c. sed in nota emendat, Is non me, quem equidem cogn. pr. Pis. aff. quam longe (omissa partie, hinc) ab hoc gen. &c. ut sit, quem quam longe . . . abstulisset, cognorarum.* Beck. Pro *Pisonum in ψ Pisonis.* Tum, edd. nonnullæ quem longe. Pro *hunc Erf. sed hunc; C H S T ψ hinc; χ huic.* Postea, C χ *cognitio.* Grævius malnit *contagio.*—3 In Pith. deest *supercilio.*—4 Omnes MSS. et edd. vett. cum Weiske et Beck. omittunt *rebus*, quod Orell. unicus inclusit,—5 Praenomen sex Oxoni. MSS. omittunt. Præterea in C T χ legitim *Gabino.*—6 C *odorum.* Pio *tini in χ rimi.*—7 Nonnulli Pall. et ed. Junct. *torta;* Ven. 1483. et Lugd. *intorta*, prob. Gulielmo: Pal. 9. *non otata.* In Ven. 1480. *calamistrinis torta.*—8 C H S ψ, Barb. 2. et edd. vett.

#### NOTÆ

quia C. Pisoni filiam suam colleaverat.

<sup>9</sup> *Longe hunc]* Maternum genus trahebat e Gallicis, et cum eo Gallicos mores assumserat hic Piso consul; quia, ut superius diximus, pater ejus

nupserat Calventii filiae, qui e Gallia Romanum venerat.

<sup>r</sup> *Tunc ausus es]* Insectatur Pisonem, quod hac severitatis specie usus sit ad societatem, de perdendo Cicerone, cum Gabinio faciendum,

gitia diutius uti non liceret? Cum hoc tu<sup>10</sup> coire ausus es, ut consularem dignitatem, ut reipublicæ statum, ut senatus auctoritatem, ut civis optime meriti fortunas provinciarum födere addiceres? Te consule, tuis edictis et imperiis, senatui populoque Romano non est licitum, non modo sententiis atque<sup>11</sup> auctoritate sua, sed ne luctu quidem ac vestitu reipublicæ subvenire.<sup>8</sup> 17. Capuæne te putabas,<sup>12</sup> in qua urbe domicilium quandam superbiæ<sup>9</sup> fuit, consulem esse<sup>10</sup> (sicut eras eo tempore), an Romæ, in qua<sup>13</sup> civitate omnes ante vos consules senatui paruerunt? Tu es ausus, in Circo Flaminio productus,<sup>x</sup> cum tuo illo pari<sup>14</sup> dicere, te semper misericordem fuisse? quo verbo senatum,<sup>y</sup> atque omnes bonos tum,<sup>15</sup> cum a patria pestem depellerent, crudeles demonstrabas<sup>16</sup> fuisse. [p. 208.] Tu misericors me, affinem tuum, quem<sup>17</sup> comitiis tuis, præro-

---

cognitionem.—9 χ rei, et C simul fuisses.—10 E Ms. Pith. tu addidit Græv. quem Ern. Weiske, Beck. Schutz. et Orell. scenti sunt. Ceteri omittunt.—10 In C fœdera.—11 A Pith. abest atque, pro quo alii, teste Heumanno, habent neque. Tum pro luctu Græv. e Ms. Pith. edidit vultu, ut in Eif. superscr.—12 χ Capuæne reputabas.—13 Naug. consulem esse, an Romæ, sicut eras eo tempore, in qua, &c. Pro an C et ψ anne; et pro civitate χ urbe. Tum, χ ante nos, et C paraverunt.—14 Pith. pure.—15 Tum deest in Ven. 1480. 1483. Med. Hervag. Postea, expellerent nonnullæ edd. vett. depulissent Lamb. et al. depulisset MSS. nonnulli cum Grut. Græv. Oliv. Lall. depellerent Henmann. Ern. Wolf. Weiske, Beck. Schutz. et Orell. Verba tum . . . depellerent, ut valde suspecta, Beck. uncis includunt: et absunt a C H S T χ, Franc. 1. Dresd. Guelf. Baib. 2. et ed. Wald.—16 C demonstrabis.—17 In χ

## NOTÆ

<sup>8</sup> *Vestitu subvenire*] Impedivit enim Gabinio, ne senatus suis edictis et luctu reipub. laboranti subveniret, quando edixerunt illi ut senatores, qui pro salute Ciceronis vestem mutaverant, ad vestitum redirent.

<sup>9</sup> *Domicilium superbiae*] Capua, de qua iam dictum est in Agraria n. § 73. inter maximas urbes cum Roma et Carthagine numerata fuit.

<sup>10</sup> *Consulem esse*] Capuæ duumvir erat Piso, putabatque sibi eodem modo consulatum gerendum esse, sicut eo tempore illum Capuæ gere-

bat. Capuæ autem se consulem, licet duumvir tantum esset, nominabat.

<sup>x</sup> *Productus*] A Clodio tribuno plebis productus cum Gabinio in cognitionem, dixit se semper misericordem fuisse erga cives.

<sup>y</sup> *Quo verbo senatum*] Ostendit Pisones crudelitatem, qui se misericordem prædicabat; 1. quod senatum arguat crudelitatis, quia in conjuratos animadverterat; 2. quod se affinem suum inimicis suis tradiderit.

gativæ<sup>z</sup> primum custodem<sup>a</sup> præfeceras, quem Kalendis Jan. tertio loco sententiam rogaras,<sup>18</sup> constrictum inimicis reipublicæ tradidisti: tu meum generum, propinquum tuum; tu affinem tuam, filiam meam, superbissimis et crudelissimis<sup>19</sup> verbis a genibus tuis repulisti: idemque tu, clementia ac misericordia<sup>20</sup> singulari, cum ego una cum republica non tribunio, sed consulari ictu concidisse, tanto scelere, tantaque intemperantia fuisti, ut ne unam quidem horam interesse paterere inter meam pestem et tuam prædam;<sup>b</sup> saltem dum conticesceret<sup>c</sup> illa lamentatio et gemitus urbis.<sup>c</sup> 18. Nondum palam factum erat occidisse<sup>2</sup> rempublicam, cum tibi arbitria<sup>d</sup> funeris solvebantur. Uno eodemque tempore domus mea diripiebatur, ardebat,<sup>3</sup> bona ad vicinum consulem de Palatio,<sup>d</sup> de Tusculano<sup>e</sup> ad item<sup>f</sup>

<sup>a</sup> *Præmia.*

\*\*\*\*\*

deest quem. Dein, *tuis comitiis* e Pith. et Erf. dederunt Græv. et Orell. *comitiis tuis* Ein. Beck. et Schutz. *Tuis*, quod ceteri omittunt, Beck. uncis inclusit.—18 *Rogabas C χ ψ*, Erf. Franc. Barb. 2. ed. 1472. Ven. 1480. 1483. Mox, Franc. 1. *reipublica inimicis*, et C *tradidistis*.—19 *Verba et crudelissimis* in C desunt. Mox, idem a *gentibus tuis*.—20 *H clem. et dignitate ac mis.*—1 *χ consentieret*. Tum C *gemitibus urbis*. In H et S *deest urbis*.—2 MSS. pauci et edd. ante Lamb. *concidisse*. Mox, *arbitraria C H χ*, Grut.—3 *χ ardebant*. Tum, C *vicinium*.—4 In C *χ* Franc. 1. Dresd. Barb. 2. ed.

#### NOTÆ

<sup>z</sup> *Prærogatiæ*] Ex Asconio Pædi-  
ano, ‘prærogatiæ sunt tribus, quæ  
primæ suffragium ferunt ante jure  
vocatas: mos enim fuerat, quo faci-  
lius in comitiis concordia populi fir-  
maretur, bina de iisdem candidatis  
comitia fieri, quorum tribus primæ  
prærogatiæ dicebantur, quod primo  
rogarentur quos vellent consules fi-  
eri: secundæ jure vocatae, quod in  
his sequente populo, ut sæpe conti-  
git, prærogatiavarum voluntatem, jure  
omina complerentur.’ Prærogatiæ  
antem distingebantur ab aliis tribu-  
bus, quod sortitione et quasi divina  
voluntate legerentur, quæ primæ oin-  
nium suffragium ferrent.

<sup>a</sup> *Primum custodem*] Custos diceba-  
tur qui numerum suffragiorum custo-

diebat, quæ in gratiam candidatorum  
data erant a prærogativa tribu.

<sup>b</sup> *Inter mean pestem et tuam præ-  
dam*] Statim atque Clodius rotagio-  
nem de exilio Ciceronis tulit; aliam  
quoque tulit de provinciis, Macedo-  
nia videlicet Pisoni, et Syria Gabi-  
nio danda.

<sup>c</sup> *Gemitus urbis*] Tota respub. do-  
luit de exilio Ciceronis, ut patet ex  
supplicationibus quæ in ejus gratiam  
factæ sunt.

<sup>d</sup> *De Palatio*] Cicero domum ha-  
bebat in Palatio, quæ olim ad Cras-  
sum pertinuerat. Et hæc vicina fuit  
Pisonis, ad quam bona Ciceronis de-  
ferebantur.

<sup>e</sup> *De Tusculano*] In Tusculano vil-  
lam habuit Cicero, ubi etiam Gabinius

vicinum alterum consulem deferebantur: cum, iisdem<sup>5</sup> operis suffragium ferentibus, eodem gladiatore lato<sup>f</sup>, vacuo non modo<sup>g</sup> a bonis, sed etiam<sup>6</sup> a liberis, atque inani foro, ignaro populo Romano quid ageretur, senatu vero oppresso et afflito, duobus impiis nefariisque consulibus, ærarium,<sup>h</sup> provinciæ, legiones, imperia donabantur.

VIII. Horum consulum ruinas vos consules<sup>7</sup> vestra virtute fulsistis, summa tribanorum plebis prætorumque fide et diligentia sublevati. 19. Quid ego de præstantissimo viro, T. Annio,<sup>k</sup> dicam? aut quis de tali cive satis digne unquam loquetur?<sup>8</sup> qui cum videret, sceleratum civem, aut domesticum potius hostem, si legibus uti licaret, judicio esse frangendum; sin<sup>9</sup> ipsa judicia vis impediret ac toleraret, audaciam virtute, furorem fortitudine,<sup>10</sup> temeritatem

---

1472. deest item.—5 Hisdem C: idem χ. Dein, C H χ operi.—6 C et χ omit-tunt etiam.

CAP. VIII. 7 χ consule. Pro fulsistis H in marg. habet sustulisti. Tum, summaque C T χ, Erf. Franc. 1. Dresd. Postea, C H S T χ, Erf. Franc. 1. omit-tunt plebis. Denique, sublevaris Erf. Franc. 1. Barb. 2. et edd. Manut. —8 Franc. 1. de tali cive digne unq. loquitur.—9 Pro sin C T χ, Dresd. ha-bent ne; H S ni; ψ ne in; Franc. 1. sin si. Tum, C imp. aut toll.—10 χforti-

#### NOTÆ

magnificam postea extraxit.

<sup>f</sup> Lato<sup>e</sup>] Opera Clodii, qui gladiato-re comparaverat, pariter bona reipubl. et provinciæ iisdem consulibus deferebantur.

<sup>g</sup> Vacuo non modo] Interim dum hæc agebantur a Clodio, vacuum erat formæ viris bonis, quia nemo se op-ponere ejus furoribus andebat.

<sup>h</sup> Ærarium] Cum Clodius legem tulit de provinciis his eos. decernendis, tulit quoque ut pecunia ex æario illis daretur ad administrandas provincias, quam postea parti-tum cum illis fuisse sequenti oratione dicet.

<sup>i</sup> Vos consules] Lentulus et Metellus tunc consules illatas a superi-oribus consulibus reipubl. rnihas re-

pararunt.

<sup>k</sup> T. Annio] Milo tribunus unice revocando Ciceroni studuit. Cum autem lex de ejus reditu ferenda es-set ad populum, Clodius, acceptis a fratre gladiatoriibus, impetum fecit in multitudinem, multosque vulnera-vit; Milonis et Ciceronis domum in-cendere conatus est: qua de causa Milo Clodinum de vi reum fecit, quod ipsius domum oppugnasset, ut patet ex Dion. lib. xxxix. sed consules, prætor, et tribunus plebis edicta pro-posuerunt, ne reus adesset: quare Milo cum vidisset sublata esse ju-dicia, gladiatores emit, a quibus Clodi furores compressi sunt, atque ita lata lex est de Cicerone revocando.

consilio, manum manu, vim vi esse superandam; primo de vi postulavit. Posteaquam<sup>11</sup> ab eodem iudicia sublata esse vidit; ne ille omnia vi posset efficere, curavit: qui docuit, neque tecta, neque templa, neque forum,<sup>12</sup> neque curiam, sine summa virtute, ac maximis opibus<sup>13</sup> et copiis ab intestino latrocinio posse defendi: qui primus, post meum discessum, metum bonis, spem audacibus,<sup>14</sup> timorem huic ordini, servitutem depulit civitati. 20. Quam<sup>15</sup> rationem pari virtute, animo, fide, P. Sextius secutus, pro mea salute, pro vestra auctoritate, pro statu civitatis, nullas sibi iniurias, nullam vim, nullos impetus, nullum vitæ<sup>16</sup> disserimen vitandum unquam putavit: qui causam senatus, exagitatam<sup>17</sup> concessionibus improborum, sic sua diligentia multitudini commendavit, ut nihil tam populare quam vestrum<sup>18</sup> nomen, nihil tam omnibus earum aliquando quam vestra auctoritas videretur: qui me cum omnibus rebus, quibus<sup>19</sup> tribunus plebis potuit, defendit, tum reliquis officiis, juxta<sup>20</sup> ac si meus frater esset, sustentavit: ejus ego clientibus,<sup>11</sup> libertis,<sup>m</sup> familia, copiis, literis ita sum sustentatus, ut meæ calamitatis<sup>2</sup> non adjutor solum, verum etiam socius videretur. 21. Jam ceterorum<sup>3</sup> officia, studiaque vidistis: quam cupidus mei C. Cestilius,<sup>4</sup> quam studiosus

---

tudinem. Pro manum manu, vim vi Erf. Pith. Gembl. et aliquot Pall. habent manum copiis. Gulielm. conjectit rim viribus. In T deest rim.—11 C T X Postquam.—12 C nec forum. Tum, C H T nec cur.—13 C operibus. Mox, C possem def. Paulo post, C primum.—14 Verba spem audacibus omittunt C T X, Barb. 2. Franc. 1. Dresd. audacibus tantum legitur in ψ, Pith. et ed. 1472. et audacibus habent H S, Ven. 1480. 1483. spem etiam audacibus Erf. spem audacibus e Pat. 9. dedit Grut. cum cdd. seqq. metum a bonis, tim. ab hoc ordine, serv. dep. a civitate e conjectura edidit Lamb.—15 In T superscr. Quem.—16 In C T X deest rite.—17 C senatu, et X agitatum. Pro concessionibus X contemplationibus; C conceptionibus; Pith. cogitationibus; Dresd. et Franc. 1. contentionibus. Tum, C sicut sua dil.—18 C nostri.—19 In C deest quibus.—20 Pro justa Franc. 1. habet non aliter.—1 X clientulis.—2 C ut non ex calamitatibus.—3 C H S T X cetera. Tum, officii X, Guelf. et studia Guelf. Pith. Dresd. Barb. 2. Ms. Lamb. ed. 1472. et Grut.—4 X et Dresd. Testimus: Erf.

## NOTÆ

<sup>1</sup> Clientibus] De his dictum est pro <sup>m</sup> Libertis] De his in orat. eadem, Rose. Amer. § 19. not. not.

vestri, quam non varius fuerit in causa. Quid M. Cispinus?<sup>5</sup><sup>n</sup> cui ego ipsi, parenti, fratrique ejus, sentio quantum debeam; qui, cum a me<sup>6</sup> voluntas eorum in privato judicio esset offensa, publici mei beneficij memoria privatam offensionem oblitteraverunt.<sup>17</sup> Jam T. Fadius, qui mihi quæstor fuit, M' Curtius,<sup>8</sup><sup>o</sup> cuius ego patri quæstor<sup>9</sup> fui, studio, amore, animo, huic necessitudini non defuerunt. Multa de me C. Messius,<sup>10</sup><sup>p</sup> et amicitiae et réipublicæ causa, dixit: legem separatim<sup>11</sup> initio de salute mea promulgavit. 22. Q. Fabricius,<sup>12</sup><sup>q</sup> si, quæ de me agere conatus est, ea contra vim et ferrum perfidere potuisset; [p. 209.] mense Januario nostrum<sup>13</sup> statum recuperassemus: quem ad salutem meam voluntas impulit,<sup>14</sup> vis retardavit, auctoritas vestra revocavit. IX. Jam vero prætores quo animo in

<sup>k</sup> Delicerunt.

\*\*\*\*\*

*Cestilius*: Manut. *Sestilius*, unde Lamb. fecit *Sextilius*.—5 C S T χ, Barb. 2. et edd. vett. nonnullæ *Mosopius*: H M. *Osopius*: Ms. Lamb. *Molpius*, unde quidam conjecterunt *M. Olbius*. In Pall. plerisque *M. Opsius* aut *Mopsius*. Pro cui C et χ habent cur.—6 Pro a me C H S T, Franc. 1. Dresd. Barb. 2. mihi; Ven. 1480. 1483. mea. Mox, Erf. publicis meis beneficij. Pro beneficij C officij.—7 C T χ, Dresd. Barb. 2. ed. 1472. et Ven. 1480. obliteravit. Dein, edd. pr. *Fabius*.—8 M' *Curius* C χ ψ, Lamb. Grav. Wolff. Beck. et Orell. *M. Curius* Franc. 1. Dresd. Barb. 2. Ven. 1480. et Schutz. *M' Curtius* H S T, Grut. Oliv. Lall. *M' Curcius* Erf. *M. Curtius* alii.—9 Pith. quæstor patri. In χ deest fui.—10 S, Junt. Lamb. *C. Messinius*. Ursinus legi maluit *C. Mescinius*.—11 Ven. 1483. spatiatum: H S, Dresd. Franc. 1. Erf. Pall. edd. Rom. Brix. Med. Junt. Ald. Grav. speciatum. Verba *Multa de me . . . promulgavit* non sunt in C T χ, Barb. ed. Wald. 1480.—12 C *Fabius*.—13 H ψ, Pith. Barb. ed. 1472. *vestrum*. Tum, Pith. recuperasse si: H S T χ ψ, Franc. 1. Dresd. Barb. 2. Ven. 1480. 1483. recuperassem: unde Garaton. conjectit *veterem statum recuperassem*.—14 χ implevit. Dein, C auct. nostra.

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *M. Cispinus* [*Mosopius*] Alii legunt *Q. M. Cippius*. Alienus hic erat a Cicerone propter judicium in quo iudex additus fuerat.

<sup>b</sup> *M' Curtius*] Difficile est conjecturam facere quando et ubi Cicero hunc Curtio quæstor fuerit, cum non appareat aut hunc unquam consulem, aut prætorem fuisse in aliqua provincia, sed tantum tribunum eo

anno quo Cicero revocatus est ab exilio.

<sup>c</sup> *C. Messius* [*C. Messinius*] Messinius unus e tribunis fuit qui eodem anno creati sunt.

<sup>d</sup> *Q. Fabricius*] Fabricius tribunus plebis rostra summo mane occupavit, ut de Cicerone ageret cum populo, sed a Clodio prohibitus est.

me fuerint,<sup>15</sup> vos existimare potuistis, cum L. Cæcilius<sup>16</sup> r  
privatim me suis omnibus copiis studuerit sustentare; publice promulgarit de mea salute cum collegis pene omnibus;<sup>5</sup> direptoribus autem<sup>17</sup> meorum bonorum in jus ad-eundi potestatem non fecerit.<sup>t</sup> M. autem Calidius<sup>u</sup> statim, designatus, sententia sua, quam esset cara sibi mea salus, declaravit. 23. Omnia officia C. Septimii,<sup>x</sup> Q. Valerii, P. Crassi, Sex. Quintilii, C. Cornuti,<sup>18</sup> summa et in me, et in rempublicam constiterunt.<sup>l</sup>

Quæ cum libenter commemoro, tum non invitus nonnullorum in me<sup>19</sup> nefarie commissa prætero. Non est mei temporis injurias meminisse; quas ego etiamsi ulcisci<sup>20</sup> possem, tamen oblivisci mallem. Alio transferenda mea tota vita est, ut bene<sup>1</sup> de me meritis referam gratiam, amicitias igne perspectas tuear,<sup>2</sup> cum apertis hostibus bellum geram, timidis amicis ignoscam, proditoribus meis non in-dicem dolorem profectionis meæ, defensores reditus dig-

<sup>1</sup> Fuerunt.

CAP. IX. 15 χ quo an. nunc fuerint: Dresd. quo an. in me nunc fuerint.—16 C Exilius. Mox, pro copiis edd. nonnullæ studiis.—17 C aut.—18 Idem fecerint. Mox, χ Callidus: ψ Cladius.—18 χ Cornicci, et paulo post astiterunt. —19 C χ Quæ cum memorata nominentur nonnullorum in me, &c. H Que cum libenter commemorem non ingratus; nemo enim gratiarum immemor est gratus inventus nonnullorum in me, &c. In Franc. 1. Dresd. et ed. 1472. Quæ cum com-memorata nominentur nonnullorum in me, &c. in Franc. tamen Ms. est libenter, sed al. manus ascriperat, ‘Al. que cum libenter commemorem, nonnullorum.’ In aliis MSS., teste Grævio, legitur, Quæ cum libenter commemoro, nemo enim gratiarum immemor, est gratus inventus, tum non invitus, nonnullorum in me, &c. —20 C quas si ego ulc. χ quas ego si ulc. In Franc. 1. Dresd. Barb. 2. ed. 1472. Ven. 1480. deest etiam.—1 C ut ut bene.—2 Verba amic. igne persp. tuear non agnoscunt C H S T χ, Barb. 2. et edd. ante Grnt. Pro igne in Erf.

#### NOTÆ

<sup>r</sup> L. Cæcilius] Prætor urbanus Cæcilius tunc temporis erat.

<sup>s</sup> Collegis pene omnibus] Omnes prætores de Cicerone revocando promulgarunt; sed unus exceptus est, Appius Claudius, Pub. Clodii frater.

<sup>t</sup> In jus adeundi potestatem non fe-  
cerit] Non dedit ille potestatem de bonis Ciceronis venienti in judicium.

Nam penes erat prætorem urbanum juries dare, vel denegare: credibile videtur de bonis Ciceronis fuisse con-troversiam.

<sup>u</sup> Calidius] Calidius orator optimus fuit, de quo in Bruto; qui tum prætor erat.

<sup>x</sup> Septimii, &c.] Hi omnes prætores fuerunt.

nitate consoler.<sup>3</sup> 24. Quodsi mihi nullum aliud + esset officium in omni vita reliquum, nisi ut erga duces ipsos, et principes, atque auctores salutis meæ, satis gratus judicarer;<sup>5</sup> tamen exiguum reliquæ vitæ tempus non modo ad referendam, verum etiam ad commemorandam gratiam mihi relictum putarem. Quando enim ego huic homini<sup>y</sup> ac liberis ejus, quando omnes mei gratiam referent?<sup>6</sup> quæ memoria, quæ vis ingenii, quæ magnitudo observantiae, tot tantisque beneficiis respondere poterit? qui mihi primus<sup>7</sup> afflito et jacenti consularem fidem<sup>m</sup> dextramque porrexit; qui me a morte ad vitam, a desperatione ad spem, ab exitio ad salutem revocavit;<sup>8</sup> qui tanto amore in me, studio in rempublicam, fuit, ut excogitaret, quemadmodum calamitatem meam nou modo levaret, sed etiam honestaret. Quid enim magnificentius, quid præclarius mihi<sup>9</sup> accidere potuit, quam quod, illo petente,<sup>10</sup> vos decrevistis, ut cuncti ex omni Italia, qui rempublicam salvam vellent, ad me nnum, hominem fractum et prope<sup>11</sup> dissipatum,<sup>n</sup> restituendum et defendendum venirent? ut, qua voce ter omnino post<sup>12</sup> Romam conditam<sup>z</sup> consul usus esset pro universa republica apud

<sup>m</sup> *Præsidium.*<sup>n</sup> *Perditum.*

et Pal. 9. digne; Ms. Vict. segni; Pith. dignas.—3 Erf. Pal. 1. 9. Franc. 1. Dresd. Guelf. Barb. 2. duo Paris. ed. 1472. Manut. Græv. Lall. *proditores non indicem, dolorem profectionis meæ redditus dignitate cons.* χ, Pal. 4. 8. et Ms. Hotomanni *proditores non vindicem:* C H S T χ ψ *proditores* (sine pronomine) et C T ψ *judicem.* Heumann. edidit *proditores meos non indicem; dol. prof. meæ red. dign. cons.* sed idem verba *prod. meis non indicem* spuria censem. In C H T χ, Pith. deest *defensores.* Tum, C *dignitatem.* Ceteri ut Ern.—4 C T χ omitunt *aliud.* Dein, C *reliqua.*—5 C *judicare:* χ *recusarer.* Postea, Pith. *reliquum.*—6 C *grati referent:* χ *gratia referent.*—7 Alii *primus mihi.* Mox, H *consulares.*—8 C T χ ψ *vocavit.* Pro *qui tanto C H S T χ ψ quanto.*—9 χ *carret mihi.*—10 H *nullo pet.* Græv. e Ms. Pith. *illo referente:* Ms. Lamb. *illo suffragium ferente.*—11 χ *vel prope.* In Pith. desunt verba *et defendendum.*—12 C H S T χ, Franc. 1. Dresd. et plerique alii MSS. atque edd. vett. qua

## NOTÆ

<sup>y</sup> *Huic homini]* De Lentulo loquitur, qui consul secebat, et quem nutu vel gestu demonstravit.

<sup>z</sup> *Voce ter omnino post Romanam conditam]* In more positum fuit apud Romanos, ut quotiescumque respub. gra-

viter periclitaretur, consul diceret ex senatusconsulto, ‘Qui rempub. salvam esse volt, me sequatur.’ Id autem tantum ter ante hunc Ciceronis redditum dictum fuerat: 1. Publicola consule, cum App. Herdonius noctu

eos solum, qui ejus vocem exaudire possent; eadem voce senatus omnibus agris atque oppidis,<sup>13</sup> cives totamque Italiam ad unius salutem defendendam excitaret. x. 25. Quid ego gloriiosius meis posteris potui relinquere, quam hoc senatum judicasse,<sup>14</sup> qui civis me non defendisset, eum rempublicam salvam noluisse? Itaque tantum vestra auctoritas, tantum eximia consulis<sup>15</sup> dignitas valuit, ut dedecus et flagitium<sup>16</sup> se committere putaret, si quis<sup>17</sup> non veniret. Idemque consul, cum illa incredibilis multitudine Romam, et pæne Italia<sup>18</sup> ipsa venisset, vos frequentissimos in Capitolium convocavit. Quo tempore quantam vim naturæ bonitas haberet,<sup>19</sup> aut vera nobilitas, intelligere potuistis: nam Q. Metellus, et<sup>20</sup> inimicus, et frater inimici,<sup>a</sup> perspecta<sup>1</sup> vestra voluntate, omnia privata odia depositus; quem P. Servilius,<sup>b</sup> vir cum clarissimus,<sup>2</sup> tum vero opti-

---

*voce te, Romulc, post, &c.* Ubaldinus Bandinellus corredit *qua voce antea semel post, &c.* prob. Mannt. In duobus MSS. Lambini *qua voce semel omnino post, &c.* Ceteri ut Ern. Vid. Nott. Varr. Postea, pro usus in Pith. visus.—  
13 Post oppidis H S et Ven. 1483. addunt *ticis*. Postea inde a Nang. usque ad Grut. editum est, *sen. omnibus agris, vicis atque oppidis*: sed Gruter. delevit vocab. *ticis*, quod nec in suis MSS. reperit, nec est in Barb. atque ed. Ven. 1480. In Ms. Pith. *sen. omnis ex omnibus agr. atque opp. cires*: unde Græv. et Lall. dederunt *sen. omnis omnibus agr. &c.* Ceteri ut Ern.

CAP. X. 14  $\chi$  indicasse. Dein, pro eum in C T  $\chi$  cum, et pro *noluisse* Henmann. conjectit *nolle legend*.—15  $\chi$  *nostro auct., tantum eximi cons.*—16  $\psi$ , Pal. 9. Pith. *cum Grut. et edd. seqq. præter Weiske ut dedecus et flag.* In Ms. Vicet. *ut deus flag.* Pal. 2. Erf. *ut reus flag.* sed in Erf. superser. manu antiqua, ‘vel dedecus.’ A Nangerio inde usque ad Grut. editum est, *ut omne is flag.* et sic Weiske. In C H S T legitur *ut omne flag.*  $\chi$ , Barb. 2. Ven. 1480. 1483. *ut omnis flag.* Hervag. *ut omnes his flag.* Franc. 1. *ut omnes se flag. comm. putarent*, et Aut. Augustinus conjectit *ut omnes flag. se comm. putarent*, ut habet Ms. Ursini.—17 C S T  $\chi$ , Barb. 2. Beck. et Orelli, *si qui. Tuin, S renierent*: Pith. *renissent*, prob. Henmanno.—18 H *Italian.*—19 Franc. 1. Hervag. Nang. Manut. Lamb. *vim haberet vera bonitas.* Ante *vera nob.* Erf. addit copulam *et*.—20 C, Pith. Dresd. omittunt copulam ante *inimicus*.—1 C

## NOTÆ

Capitolium et aream cum exlibus et servis occupavit; 2. L. Opimio, qui Gracchum; 3. C. Mario, qui Saturninum tribunum plebis et Glanciam praetorem interfecit. Haec quidem verba solemnia a consulibus apud præsentes pronuntiabantur. At eadem a toto senatu ad absentes per

totam Italiam mittebantur.

<sup>a</sup> *Frater inimici*] Clodium designat, quia Publ. Clodius Cæciliae filius erat, quæ hujus Metelli amita fuerat. Unde oratore potius quam vere frater appellatur.

<sup>b</sup> *P. Servilius*] Servilius ille Isauriens dictus est a domitis Isauris in

mus, mihique amicissimus, et auctoritatis,<sup>3</sup> et orationis suæ divina quadam gravitate, ad sui generis communisque sanguinis<sup>c</sup> facta virtutesque revocavit, ut haberet in consilio<sup>d</sup> et fratrem ab inferis,<sup>d</sup> socium rerum mearum,<sup>e</sup> et omnes Metellos, præstantissimos cives, pæne ex Acheronte excitatos:<sup>e</sup> in quibus Numidicum<sup>f</sup> illum,<sup>f</sup> cuius quondam de patria discessus<sup>g</sup> molestus omnibus, ipsi ne luctuosus quidem visus fuit. 26. Itaque dimittitur<sup>h</sup> non modo salutis defensor, qui ante hoc unum<sup>i</sup> beneficium fuerat inimicus, verum etiam ascriptor<sup>j</sup> dignitatis meæ. [p. 210.] Quo

.....

et H prospecta.—2 C x tum clariss.—3 C mihique amic., et amantissimus auct.—4 Lamb. legi maluit adhiberet in consilium. Tum, verba ab inferis, Lambino suspecta, delevit Heumaunus.—5 In C et x rerum nostrarum.—6 Idem MSS. Numidicum. Post illum C H S x, Barb. 2. et edd. ante Manut. addunt Metellum.—7 C T x, Franc. 1. et edd. pr. decessus. ‘Molestus omnibus, ipsi ne luctuosus quidem.’ Sic erat in MSS. tribus optimi, Pal. 9. Erf. Pith. recteque recepit Grævius. Vulg. honestus ipsi, omnibus luctuosus tandem visus est.’ Ern. ‘Ernest. vero etiam scripsit visus fuit. Wolf. visus est. Evidem pressius secentus sum Pal. 9. et Pith. est visus. Grævius autem (eumque eo Lallem.) dedit molestus omn. sane, ipsi ne luct. quidem visus est, quoniam ita emendatum perantiqua manu in Ms. Erf. inventit: tandem, vulgo adjectum, quod tamen etiam in Pal. 9. et Pith. deerat, frigere recte censuit. Lectionem quam vulg. Ern. dicit, habent edd. Lamb. et Heumann. In ed. 1472. utraqne Ven. Nang. et aliis, ut in Ms. Barb. Franc. 1. honestis omnibus luctuosus tandem visus est. Lamb. bonis omn. luct. tandem visus est, Oliv. cum Mannt. honestus ipsi, bonis omn. tamen luct. visus est. Weiskius transposuit verba ita, discessus, luctuosus omni, ipsi ne molest. quidem visus est. Et Oxonn. adsernit hanc varietatem, C H S T x honestis: bouis in x deest: ex eodem x tandem.’ Beck.—8 Pro dimittitur Pal. 9. et MSS. Lambini, cum Græv. Oliv. Lall. Wolf. Beck. et Orell. habent exstitit: Franc. 1. Hervag. Manut. Lamb. et Henmann. fuit is: Junct. et al. hic fuit: C H S T x, Barb. 2. Guelf. ed. Wald. dimittit. In duobus MSS. Lambini dummittit is.—9 Erf. a m. sec. suum, quod recepit Græv.

#### NOTÆ

Cilicia: gessit ille consulatum et censuram.

<sup>c</sup> *Communis sanguinis*] Ille Isauricus Q. Metelli Macedonici nepos fuit ex filia.

<sup>d</sup> *Fratrem ab inferis*] Notat Q. Metellum Celerem, qui prætor non mediocrem operam Ciceroni præstitit in extinguenda Catilinæ conjuratione.

<sup>e</sup> *Acheronte excitatos*] Omnes istos Metellos, non tam antea amicos sibi, dicit poëtice ex Acheronte suscita-

tos fuisse ad suam defensionem: porro Acheron fluvius fuit apud inferos.

<sup>f</sup> *Numidicum illum*] Metellus ille Numidicus, duobus præliis Jugurtha devicto, totam Numidiam imperio Rom. subjecit. Is maluit in exilium voluntarium Rhodium abire, quam jurare in legem Agrariam, quam Saturinus tribunus plebis per vim tulerat.

<sup>g</sup> *Ascriptor*] Ascribebat nomina sua senatores omnes, cum quid ab illis senatusconsulto latum erat.

quidem die, cum **ccccxvii** ex senatu essetis,<sup>11</sup> magistratus autem hi omnes<sup>12</sup> adessent, dissensit unus,<sup>h</sup> is,<sup>13</sup> qui sua lege conjuratos etiam ab inferis excitandos<sup>i</sup> putarat. Atque illo die, quo rempublicam<sup>14</sup> meis consiliis conservatam gravissimis verbis et plurimis judicassetis, idem consul curavit, ut eadem<sup>15</sup> a principibus civitatis in concione, postero die, dicerentur: cum<sup>16</sup> quidem ipse egit ornatisime causam meam, perfecitque, adstante atque audiente Italia tota, ut nemo cujusquam conducti aut perditi vocem acerbam<sup>k</sup> atque inimicam bonis posset audire.<sup>17</sup> **xl.** 27. Ad haec<sup>18</sup> non modo adjumenta salutis, sed etiam ornamenta dignitatis meae, reliqua vos iidem addidistis: decrevistis, ne quis ulla ratione rem<sup>o</sup> impediret; <sup>19</sup> qui id impe-

<sup>o</sup> *Reditum.*

\*\*\*\*\*

—10 Pith. *assertor.*—11 In MSS. paucis et ed. Wald. desunt verba *cum CCCCXVII.* . . . Quid denique illo die. Junct. Lamb. Henmann. *cum CCCCX* senatores ess. Weiske *cum CCCCXVII* senatores ess. Græv. auctoritate Erf. et Pith. addidit *vos*, legens *cum vos CCCCXVII ex senatu ess.* Beck. et Orell. *cum vos CCCCXVII* senatores ess. In H. Franc. 1. Ven. 1480. *cum quadringenti decem senatores ess.* Dresd. *cum CCCCX* ess. S. *cum CCCC X* (Ven. 1480. *quadringenti X*) S. *ess.* quod Hervag. Manut. et Lamb. retinuerunt, nota *S* mutata in integrum vocab. *senatores.* Naug. edidit, *cum CCCCXVII* *ess.* Ms. ap. Hotom. *cum quadringenti nonaginta ess.* alius ap. Lamb. *cum CCCCX et septem ess.* *CCCCXVII* fuit in Pal. et Erf. Pith. *cum vos CCCCXVI* magistratus autem adessent. In Dresd. quoque desunt verba *ex senatu.*—12 S. Dresd. et Ven. 1480. *magistratus qui omnes:* H et edd. ante Grut. *cum? Henmann. magistratusque omnes.*—13 H et S. *carent is.*—14 H et Naug. *illo die quod remp.* Lamb. *legi maluit illo die, quo die remp.* Garaton. *conjecit illo die, cum remp.*—15 H ne eadem. —16 Pro *cum Franc. 1. tum, et pro quidem ψ quibus.*—17 Ven. 1480. et 1483. *ut vix cujusq. cond. atque perd. possent aud.*

CAP. XI. 18 Edd. nonnullæ, teste Heumanno, *At hic. Tum, H S ψ, Ven. 1480. 1483. adjumentum.*—19 Franc. 1. *remp. impēd.* Dein, Pith. Naug. Cam. omittunt *id*, quod Orell. uncis inclusit. Ante graviter Græv. et Orell. auctoritate Ms. Erf. addiderunt *vos.* In Guelf. *qui id impēdiret.* Ern. conjectit

#### NOTÆ

<sup>h</sup> *Dissensit unus]* P. Clodius dissensit solus ab omnibus magistratibus.

<sup>i</sup> *Ab inferis excitandos]* Scripserat in lege sua Clodius, ut si revixissent ii quos Cicero morte multaverat, tum ab exilio in patriam revocaretur.

<sup>k</sup> *Vocem acerbam]* Si quid dictum esset in concione, quod populo displacebat, siebat quædam admiratio. Sæpe vero contingebat, ut mercede homines improbi conducerentur ab adversariis, ut admiratio sua quasi dicenti exprobrarent.

disset, graviter molesteque laturos; illum contra rempublicam, salutemque bonorum, concordiamque civium facturum; et ut ad vos de eo statim referretur: <sup>20</sup> meque etiam, si diutius calumniarentur,<sup>1</sup> redire jussistis. Quid? ut age-rentur gratiae,<sup>1</sup> qui e municipiis venissent? quid? ut ad illam diem, cum res redisset,<sup>2</sup> rogarentur, ut pari studio convenirent? Quid denique illo die,<sup>3</sup> quem P. Lentulus, mihi, fratrique meo, liberisque nostris natalem constituit,<sup>m</sup> non modo ad nostram, verum etiam ad sempiterni<sup>4</sup> memoriā temporis? quo die<sup>5</sup> nos comitiis centuriatis,<sup>n</sup> (quae maxime majores<sup>6</sup> comitia justa dici haberique voluerunt) arcessivit in patriam, ut eadem centuriæ, quae me consulem fecerant,<sup>7</sup> consulatum meum comprobarent. 28. Quo die quis civis fuit,<sup>8</sup> qui fas esse putaret, quacumque aut ætate aut valitudine esset, non se de salute mea sententiam ferre? Quando tantam frequentiam in<sup>9</sup> Campo,<sup>o</sup> tantum

\*\*\*\*\*

*si quis impediret: Heumanno verba grar. mol. laturos ejicienda videntur, et leg. qui id impedisset.—20 Pith. ut ad vos de eo referretur: H, Ven. 1480. 1483. Manut. Lamb. ut ad vos ea statim referrentur: Hervag. Naug. ut ad vos ea statim referretur. Tum, pro meque in H neque.—1 Franc. I. et Dresd. ut audi- rentur gratiae. Post gratiae, e conjectura iis addidit Ern. cum edd. seqq. In Guelf. gratis.—2 Junt. res cum recidisset: Hervag. res cum redisset, unde Ern. cum res redisset. Pro redisset H reddidisset; Ven. 1483. recidisset. Ceteri res cum redissent. Hotom. legi maluit ad res cum redissent: Manut. Quid? ut iidem, ad res cum rediissent. Vid. Nott. Varr.—3 Quid denique ille dies Pal. 9. Pith. Erf. duo Pall. cum Grav. Lall. Weiske, Beck. Schutz. et Orell. Lalle-mandus, quia in tertio Ms. Paris. inventit qui den. illo die, legendum conjectit qui den. ille dies. In Ven. 1480. quatnor hæc verba qui den. illo die desunt. Heumann. conjectit legend. denique illo die, quem . . . temporis, nos comitiis, &c. Post non modo Ern. censem excidisse illustrius, aut simile quid.—4 C H T x, Barb. 2. et Ven. 1480. sempiternam.—5 Quo die in C T x desunt, ut et mox verba qua . . . voluerunt. Lamb. dedit illo, inquam, die.—6 Lamb. majores nostri. H S x et edd. nonnullæ cum Heumanno comitia omittunt.—7 In C con- sule feceram.—8 ψ fuerit. Pro fas C x, Franc. I. Dresd. Barb. 2. ed. 1472. Ven. 1480. Grav. Beck. et Orell. habent non nefas.—9 x caret præpositione.*

## NOTÆ

<sup>1</sup> *Calumniarentur*] Id est, astute et malitiose rem producerent, vel mo- ras necterent.

<sup>m</sup> *Natalem constituit*] Diem significat quo Lentulus de Ciceronis redditu decrevit, quo quasi a morte revoca-tus est.

<sup>n</sup> *Comitiis centuriatis*] Vide orat. pro Rab. § 11. not.

<sup>o</sup> *In Campo*] In Campo Martio cen-turiata comitia habebantur, ubi a Lentulo lex de Cicerone revocando lata est.

splendorem Italiae totius ordinumque omnium? quando illa dignitate<sup>10</sup> rogatores,<sup>p</sup> diribitores,<sup>q</sup> custodesque<sup>r</sup> vidistis? Itaque P. Lentuli beneficio excellenti atque divino non reducti<sup>11</sup> sumus in patriam, sicut nonnulli clarissimi cives; sed equis<sup>12</sup> insignibus et curru aurato reportati.

29. Possum ego satis in<sup>13</sup> Cn. Pompeium unquam gratus videri, qui non solum apud vos, qui omnes<sup>14</sup> idem sentiebatis, sed etiam apud universum populum Romanum, salutem reipublicæ<sup>15</sup> et conservatam per me, et conjunctam esse cum mea dixerit? qui causam meam prudentibus commendarit, imperitos edocuerit, eodemque tempore improbos auctoritate sua compresserit?<sup>16</sup> bonos excitarit? qui populum Romanum pro me, tanquam pro fratre, aut pro parente, non solum hortatus sit, verum etiam obsecrarit?<sup>17</sup> qui ipse cum propter metum<sup>s</sup> dimicationis et sanguinis, domo se teneret, etiam a superioribus tribunis<sup>18</sup> petierit, ut de salute mea et promulgarent<sup>t</sup> et referrent?<sup>19</sup> qui in co-

—10 H quando ulla dign. Pith. quod illa dign. Pro rogatores, diribitores C T χ, Franc. 1. tutores; H tot rogatores dirivatores; S rogatores dirivatores; Pith. rogatores, directores; Dresd. rogatores custodesque: edd. nonnullæ rogatores, tutores, custodesque.—11 C H S T χ, Franc. 1. Barb. 2. Ven. 1486. 1483. Junt. Lamb. non solum red. Verba in patriam in T, et verba sicut cives in C T χ desunt. Pro sicut Pith. ita ut; et pro cives H S et edd. nonnullæ ante Grut. viri.—12 Pro equis T equis equius. Tum, C T χ aureato.—13 χ prepositionem in omisit. Dein, in ψ Pompeio, et C T χ ψ quam gratus.—14 In C S T χ deest omnes, —15 Erf. duo MSS. Pariss. Barb. 2. Ven. 1480. 1483. cum Græv. et Lall. ap. univ. pop. populi Romani salutem. In C H S T, Franc. 1. Romanum deest, et pro reip. in C H S T χ legitur populi Romani. Pith. universam salutem P. R. et conservatam.—16 C commendavit . . . eodem temp. . . . compressit.—17 H obsecrarit. Integer locus qui ipse . . . putarit in C T χ deest. In Barb. desunt omnia a verbis qui ipse usque ad initium cap. 12.—18 H tenere, et a

## NOTÆ

<sup>p</sup> Illa dignitate rogatores] Ipsi senatores rogarunt populum pro salute Ciceronis.

<sup>q</sup> Diribitores] Diribitores illi sunt, qui tabulas suffragiorum populo per centurias diviso distribuunt.

<sup>r</sup> Custodes] Custodes observabant ejusque centuriæ suffragia, et punctis notabant, ne quid fraudis admittetur. Voluerunt autem ipsi sena-

tores se diribitores, custodesque constitucere in gratiam Ciceronis, quod beneficium magnifice prædicat in orat. contra Pison.

<sup>s</sup> Propter metum] Deprehensus est homo cum sica, servus Publ. Clodii, in templo Castoris, quem ille ad Cn. Pompeium interficiendum collocarat. Vide superiorem orat. § 14. not.

<sup>t</sup> Promulgarent] Promulgari lex di-

lonia nuper constituta,<sup>u</sup> cum ipse gereret magistratum,<sup>x</sup> in qua nemo erat emtus intercessor,<sup>z</sup> vim et crudelitatem privilegii,<sup>z</sup> auctoritate honestissimorum hominum, et publicis literis consignarit,<sup>a</sup> princepsque, Italiæ totius præsidium ad meam salutem implorandum putarit? qui, cum ipse mihi semper amicissimus fuisse, etiam ut suos necessarios mihi amicos redderet, elaborari?<sup>t</sup> XII. 30. Quibus autem officiis T. Annii beneficia remunerabor?<sup>z</sup> cuius omnis actio, ratio, cogitatio, totus denique tribunatus, nihil aliud fuit, nisi constans, perpetua, fortis, invicta defensio salutis meæ? Quid de P. Sextio<sup>3</sup> loquar? qui suam erga me benevolentiam et fidem non solum animi<sup>4</sup> dolore, sed etiam corporis vulneribus<sup>b</sup> ostendit?

Vobis vero, patres conscripti, singulis et egi et agam gratias. Universis egi ab initio,<sup>s</sup> quantum potui: satis or-

*sup. trib.*—19 Grut. et Lall. ferrent.—20 H S, Dresd. Pith. et edd. ante Grut. *intercessorum*.—1 MSS. plerique, ed. Junt. Grnt. Græv. Oliv. Lall. *consignavit* . . . *putavit* . . . *elaboravit*. In Fraue. 1. *princeps*, sine copula. Pro *ut* ante suos  $\chi$  habet et.

CAP. XII. 2 MSS. plerique et nonnullæ edd. vett. cum Græv. Wolf. Beck. et Orelli. *remunerabo*. Tum, *actio* omittunt C H S T  $\chi$ , Barb. 2. Ven. 1480. 1483. Naug.—3 In C *Sestie*.—4 *Pro animi  $\chi$  cum*. Dein, C *dolorem*.—5 C  $\psi$ ,

#### NOTÆ

citur, cum primum ad populum proponitur cuius est leges probare. Pe-  
tiit autem Pompeius a tribunis, ut legem de Ciceronis reditu promulga-  
rent, et ad senatum referrent.

<sup>u</sup> *In colonia nuper constituta*] De Capua loquitur, quo Cæsar consul coloniam deduxerat.

<sup>x</sup> *Ipse gereret magistratum*] Cum Cæsar deduxisset coloniam Capuam, ibi duumviro præfecit, L. Pisonem socium et Cn. Pompeium generum.

<sup>y</sup> *Emtus intercessor*] Hæc loquitur contra Ælinum Ligurem, tribunum plebis, qui senatus decreto, quod de Cicerone, referente L. Ninnio, fac-  
tum est, accepta a Clodio pecunia, intercessit.

<sup>z</sup> *Privilegii*] Legem Clodiā de se

latam, et qua pulsus est, invidiose privilegium appellat. Privilegium autem jussum est populi aut plebis, rogante magistratu, non generale, neque de universis cibis; sed de singulis conceptum; ut de reditu Ciceronis.

<sup>a</sup> *Consignarit*] Id est, testatam esse voluit. Videtur hic loqui de de-  
creto, quod Campani de Cicerone adjuvando fecerunt, a quibus lex Clodia privilegium appellata est, et tanquam violenta et crudelis notata.

<sup>b</sup> *Corporis vulneribus*] Vulnera plus-  
quam viginti accepit Sextius in illa seditione, quæ a Clodio contra tribu-  
nos excitata est, cum causa Ciceronis ad populum delata est.

nate agere nullo modo possum.<sup>6</sup> [p. 211.] Et quanquam sunt in me præcipua merita multorum, quæ sileri nullo modo possunt,<sup>7</sup> tamen hujus temporis ac timoris mei non est, conari commemorare beneficia in me singulorum: nam difficile est, non aliquem;<sup>8</sup> nefas, quenquam præterire. Ego vos universos, patres conscripti, Deorum numero collere deboeo. Sed, ut in ipsis Diis immortalibus non semper eosdem, atque alias alios solemus et venerari et precari; sic in hominibus<sup>9</sup> de me divinitus meritis, omnis erit ætas mihi ad eorum erga me<sup>10</sup> merita prædicanda atque recolenda.<sup>11</sup><sup>p</sup> 31. Hodierno autem die nominatim a me magistratibus<sup>12</sup> statui gratias esse agendas, et de privatis unicis qui pro salute mea municipia coloniasque adisset,<sup>13</sup> populum Romanum supplex obsecrasset, sententiam dixisset eam, quam vos secuti, mihi dignitatem meam reddidistis. Vos me florentem semper ornastis; laborantem, mutatione vestis, et prope luctu vestro, quoad licuit,<sup>d</sup> defendistis. Nostra memoria senatores ne in suis quidem periculis mutare vestem solebant: in meo periculo senatus veste mutata fuit, quoad licuit per eorum edicta,<sup>14</sup> qui mea pericula non modo suo præsidio, sed etiam vestra deprecatione nudarunt.

<sup>p</sup> Repetenda memoria.

---

Barb. 2. *in initio*. H S ψ, Jnnt. Viet. Manut. Lamb. Wolf. Beck. et Orell. præpositionem omittunt.—6 S agere non possum. Tum, ψ Et quanquam fuit in me præcipue mem.—7 Græv. e Ms. Erf. non sileri ullo modo.—8 C T χ ψ aliquod.—9 C χ ψ, Barb. 2. honoribus.—10 C in me. χ erga me omittit. Heumann. conjectit omni erunt ætate mihi eorum, &c.—11 χ reddenda.—12 Lamb. et magistr. Inter gratias et esse C inserit statim.—13 Colonias ut adisset Franc. 1. coloniasque adissent Dresd. municipia coloniaeque adissent ed. 1472. coloniasque adisset C: coloniasque adisset χ. Heumannus conjectit, qui cum prosul. . . . adisset, et pop. Rom. . . . dixit eam, &c. Pro populum Romanum C χ, Franc. 1. Dresd. ed. 1472. populumque; H S ψ populum.—14 ψ dicta. Dein,

#### NOTÆ

<sup>c</sup> Uni] Pompeio, qui tunc nullo magistratu fungebatur, præcipue agere gratias debere dicit.

<sup>d</sup> Quoad licuit] Senatus censuerat

mutandam esse vestem propter existim Ciceronis: consules vetuere, qui statim senatores redire ad vestem jusserunt.

32. Quibus ego rebus objectis, cum mihi privato conflendendum viderem cum eodem exercitu,<sup>15</sup> quem consul non armis, sed vestra auctoritate superaram;<sup>16</sup> multa mecum ipse reputavi. **xiii.** Dixerat in concione consul<sup>e</sup> se clivi<sup>17</sup> Capitolini poenas ab equitibus Romanis repetiturum. Nominatim alii compellabantur,<sup>g</sup> alii cibabantur, alii relegabantur.<sup>18f</sup> Aditus templorum erant non solum praesidiis<sup>19</sup> et manu, verum etiam demolitione<sup>g</sup> sublati. Alter consul,<sup>20</sup> ut me et rempublicam non modo desererent, sed etiam hostibus reipublicae proderent, pactionibus eos suorum præmiorum<sup>h</sup> obligarat.<sup>i</sup> Erat alius<sup>i</sup> ad portas cum imperio in<sup>z</sup> multos annos,<sup>k</sup> magnoque exercitu;<sup>l</sup> quem ego<sup>j</sup> inimicum mihi fuisse non dico; tacuisse,<sup>f</sup> cum diceretur esse inimicus, scio. 33. Duæ partes<sup>s</sup> esse in republica cum

<sup>g</sup> Objurgabantur.

\*\*\*\*\*

Heumann. corrigit qui me non modo.—15 Al. cum eorum exere.—16 C H χ ψ, Dresden. superatum.

CAP. xiii. 17 Divi C χ: clivii ψ. Mox, χ repetiturus.—18 Verba alii relegabantur in C T χ desunt.—19 Pro praesidiis Pith. prædatione.—20 Wolf. Weiske, Beck. et Orell. e conjectura Augustini et Lambini dederunt consules, prob. Ern. In Ms. Guelf. consul. Mox, C H S T χ, Erf. Barb. 2. MSS. Pariss. ed. 1472. Med. Junct. Græv. desereret . . . proderet. Lallem. e conjectura Grævii recepit Alterum consulem ut me . . . desereret . . . proderet. Pro rempublicam C ro. populum, et pro reipublica S remp. Postea, eos Grævio et Ernesto suspectum est. Vid. Nott. Varr.—1 χ obligaret: ψ obligarunt.—2 C χ, Franc. 1. inde.—3 In iisdem MSS. deest ego. χ mili omittit.—4 H tacuisse. Pro cum χ habet non. Vocab. inimicus Heumanno suspectum est.—5 Pith.

## NOTÆ

<sup>e</sup> In concione consul] Gabinins dixerat in concione se poenas de equitibus Rom. repetiturum, quod ad defensionem Ciceronis in seditione Catilinæ clivum Capitolinum armati occupassent.

<sup>f</sup> Relegabantur] Lamia, equestris ordinis princeps, relegatus est.

<sup>g</sup> Demolitione] Cum Clodius in tempulum Castoris ascendisset, ut legem per vim ferret, gradus evel lendos curavit, ne quis hoc ascenderet, eique adversaretur.

<sup>h</sup> Pactionibus suorum præmiorum ]

In præmium ejecti Ciceronis, Clodius Macedoniam Pisoni, Syriam Gabinius dedit.

<sup>i</sup> Erat alius] Cæsar tunc extra urbem erat, qui licet Galliam utramque cum imperio teneret, tamen ad bellum non prius profectus est, quam Cicero abiisset ex Italia.

<sup>k</sup> In multos annos] Contra legein Semproniam per annos quinqne imperium obtinuit.

<sup>l</sup> Magnoque exercitu] Ad bellum Gallicum Cæsar cum quatuor legiobibus profectus est.

putarentur; altera<sup>m</sup> me deposcere, propter inimicitias; altera<sup>n</sup> timide defendere, propter suspicionem cædis putabatur.<sup>6</sup> Qui autem me deposcere videbantur,<sup>7</sup> in hoc auxerunt dimicationis metum,<sup>o</sup> quod nunquam inficiando<sup>p</sup> suspicionem hominum curamque minuerunt. Quare cum videarem senatum ducibus orbatum, me a magistratibus partim oppugnatum, partim proditum, partim derelictum; servos simulatione collegiorum<sup>q</sup> nominatim esse conscriptos, copias omnes Catilinæ pæne iisdem ducibus ad spem cædis et incendiorum esse revocatas;<sup>r</sup> equites Romanos, proscriptionis;<sup>s</sup> municipia, vastitatis; omnes, cædis metu esse permotos; potui, potui, patres conscripti, multis auctoribus fortissimis viris, me vi<sup>t</sup> armisque defendere: nec mihi ipse<sup>10</sup> ille animus idem meus, vobis non incognitus, defuit. Sed videbam, si vicisem præsentem adversarium, nimium multos mihi alios esse vincendos; si victus essem, multis bonis

-----  
*Scio duas partes: Franc. 1. Dresd. Ven. 1480. 1483. Duas partes esse (in Ven. 1480. deest esse) in rep. cum putaretur. Verba *Duae partes . . . cum viderem in C T x, Barb. 2. desunt.*—6 Ven. 1480. *suspicabantur.*—7 Græv. e Ms. Pith. *recepit dicebantur.* Pro in hoc Ven. 1480. 1483. Hervag. *habent ii hujus.*—8 Verba seruos . . . *revocatas absunt a C T x, Barb. et Gnelf. Tum, Franc. 1. Dresd. et Barb. 2. multis omissis, habent equites Romanos proscriptionis, cædis metu esse perterritos.* In Ven. 1480. 1483. *tantum omittuntur verba municipia et omnes.* In C H S T x *deest omnes.* Pro *vastitatis x vastationis.* Denique, *potui semel tantum legitur in Franc. 1. Pith. Dresd. Barb. 2. Ven. 1480. 1483. et Oliv.*—9 C x me in vi.—10 Hennmann. *legi mavnit ipsi.* Pro *animus x Arrius.* Barb. 2. *omittit verba idem meus, non improb.* Garaton. In Pith.*

## NOTÆ

<sup>m</sup> Altera] Clodius et consules Piso et Gabinius nocere Ciceroni volebant.

<sup>n</sup> Altera] Boni cives favebant ei, at timide, ne quid tumultus et seditionis oriretur in repub.

<sup>o</sup> Dimicationis metum] Id est, efficerunt ut viri boni dimicationem timerent; quia Cæsar, qui Ciceroni inimicus credebat, tacebat.

<sup>p</sup> Inficiando] Id est, cum inimici Ciceronis tacerent, augebatur in bonis civibus dimicationis metus et pe-

riculum.

<sup>q</sup> Simulatione collegiorum] Clodius collegia, id est conventus artificum, a Numa rege instituta, et jam ex magna parte, tum a legibus, tum a senatu sublata, in tribunatu suo restituit, ut homines sibi devotos, et paratos semper ad seditiones excitandas haberet.

<sup>r</sup> Proscriptionis] Exemplo Lamiæ, equestris ordinis principis, qui relegatus est, defendere equites Ciceronem non audiebant.

et pro me, et mecum, etiam<sup>11</sup> post me esse pereundum; tribuniciique sanguinis<sup>5</sup> ultores esse præsentes; meæ mortis<sup>12</sup> poenas judicio et posteritati reservari.<sup>13</sup> xiv. 34. Nolui,<sup>14</sup> cum consul communem salutem sine ferro<sup>1</sup> defendisse, meam privatus armis defendere: bonosque viros lugere malui meas fortunas, quam suis desperare; ac, si<sup>15</sup> solus essem interfactus, mihi turpe; si cum multis, reipublicæ funestum fore<sup>16</sup> videbatur. Quodsi mihi æternam esse ærumnam propositam arbitrarer;<sup>17</sup> morte me ipse potius, quam sempiterno dolore multassem. Sed cum viderem, me non diutius, quam ipsam rempublicam ex hac urbe<sup>18</sup> abfuturum; neque ego illa exterminata<sup>19</sup> mihi remanendum amplius putavi; [p. 212.] et illa, simul atque revocata est,<sup>20</sup> me secum pariter reportavit. Mecum leges, mecum quæstiones,<sup>7</sup> mecum jura magistratum, mecum senatus auctoritas, mecum libertas, mecum etiam frugum libertas, mecum Deorum et hominum sanctitates omnes et religiones abfuerunt.<sup>1</sup> Quæ si semper abessent; magis vestras fortunas lugerem, quam desiderarem meas. Sin aliquando revocarentur; intelligebam, mihi cum illis una esse redeundum. 35. Cujus mei sensus certissimus testis est hic idem, qui custos

<sup>r</sup> *Judicia.*



*deest vobis.*—11 Pro etiam Ven. 1463. habet et. In C T χ deest post me. Mox, C tribunitiisque.—12 Pith. esse præsentissimæ mortis.—13 Dresd. reservare. H T reservare volui, et Franc. 1. reservari volui, omissio verbo Nolui, quod sequitur. ‘Melius cohæreret oratio, si supra esset Sed quia videbam, aut sed cum viderem . . . reservari nolui.’ Ern.

CAP. xiv. 14 χ ψ Volui. In C deest.—15 C H χ at si.—16 C esse.—17 Edd. nonnullæ esse propos. ærumn. arb. Mox, Barb. potius ipse. In Pith. morte mei ipsius potius.—18 H in hac urbe.—19 χ exterminatione. In C T χ deest mihi. C H S T χ, Barb. 2. MSS. Pariss. et edd. ante Grut. cum Lallem. omittunt amplius. In Pal. 9. deest putavi.—20 C T χ simul ac rev. est. Dein, Græv. et Lall. e Ms. Pith. et Erf. receperunt pariter revocavit.—1 C H

#### NOTÆ

\* *Sanguinis*] Si Cicero ad arma venisset sua: defensionis causa, et poenas a Clodio repetiisset, multi cives scelerati ejus mortem, non sine manifesto reipub. periculo, defendissent.

<sup>t</sup> *Sine ferro*] Vicit sine ferro Catilinarios, quia decreto senatus et auctoritate, laqueo jussit frangi gulam in carcere condemnatis.

capitis fuit, Cn. Plancius,<sup>u</sup> qui, omnibus provincialibus ornamenti<sup>x</sup> commodisque depositis, totam suam quæsturam in me sustentando et conservando collocavit: qui<sup>z</sup> si mihi quæstor imperatori fuisset, in filii loco fuisset: nunc certe erit<sup>3</sup> in parentis, cum fuerit quæstor non imperii, sed doloris mei.

36. Quapropter, patres conscripti, quoniam in rempublicam<sup>4</sup> sum pariter cum republica restitutus; non modo in ea defendenda nihil minuam<sup>5</sup> de libertate mea pristina, sed etiam adaugebo. xv. Etenim, si<sup>6</sup> eam tum defendebam, cum mihi<sup>7</sup> aliquid illa debebat; quid nunc me facere oportet, cum ego illi plurimum debo?<sup>8</sup> Nam quid est, quod animum meum frangere aut debilitare possit, cuius ipsam calamitatem non modo nullius delicti, sed etiam divinorum in rempublicam<sup>9</sup> beneficiorum testem esse videatis? nam et importata<sup>10</sup> est, quia defenderam civitatem: et mea voluntate suscepta est,<sup>11</sup> ne a me defensa respublica<sup>12</sup> per eundem me extreum in discrimen vocaretur. 37. Pro me<sup>13</sup> non, ut pro P. Popillio,<sup>y</sup> nobilissimo homine, adolescentes filii, non propinquorum multitudo populum Romanum est deprecata: non, ut pro Q. Metello,<sup>z</sup> summo et clarissimo<sup>14</sup> viro, spectata jam adolescentia filius: non<sup>15</sup>



T x affuerunt.—2 ψ quin. Verba in filii loco fuisset desunt in x.—3 In C x erat. —4 C, Erf. et Ven. 1483. in rep.—5 Lallem. e Pith. edidit immiuam. Tum, C de liberalitate me prist. Postea, C x sed etiam augebo. Heumann. scribi jussit sed eam adaug.

CAP. XV. 6 Erf. Et si.—7 In C H S T x, Barb. 2. deest mihi. Ven. 1483. omittit aliquid. In nonnullis edd. vett. cum aliquid mihi illa.—8 C H S T x debeam.—9 C in republiea. Post beneficiorum C et T addunt divinorum.—10 C H S T x nam imp. sine copula.—11 C x in ea voluptate est. In ψ quoque voluptate.—12 C respublica, et mox extraneum in discr.—13 x Per me. Tum, C P. Pupilio.—14 Ms. ap. Lamb. summo ac clariss. Dein, H S et al. spectatae

#### NOTÆ

<sup>u</sup> Cn. Planeius] Plancius in Macedonia quæstor erat, cum exulabat Cicero, eujus summam in se pietatem commemorat. Hunc postea defendit in judicio.

<sup>x</sup> Provincialibus ornamenti] Hic ad

Ciceronem Dyrrachium, lictoribus dimissis, et veste mutata, venit.

<sup>y</sup> Popillio] Vide orationem superiorem § 9. not.

<sup>z</sup> Pro Q. Metello] De hoc aliisque sequentibus, orat. superiore § 9.

**L.** et **C.** Metelli, consulares, non eorum liberi, non **Q.** Metellus Nepos, qui tum consulatum petebat, non Lueulli, Servilii, Scipiones, Metellorum<sup>16</sup> filii, flentes ac sordidati, populo Romano supplicaverunt: sed unus frater (qui in me pietate filius, consiliis parens, amore, ut erat, frater inventus est) squalore et lacrymis, et<sup>17</sup> quotidianis precibus, desiderium mei nominis renovari,<sup>18</sup> et rerum gestarum memoriam usurpari coegerit. Qui cum statuissest, nisi per vos me<sup>19</sup> recuperasset, eandem subire fortunam, atque idem<sup>20</sup> sibi domicilium et vitae et mortis deposceret; tamen nunquam nec<sup>2</sup> magnitudinem negotii, nec<sup>3</sup> solitudinem suam, nec vim inimicorum ac tela pertimuit. 38. Alter fuit propugnator inearum fortunarum, et defensor assiduus, summa virtute et pietate, **C.** Piso, gener; qui minas inimicorum meorum, qui inimicitias affinis mei, propinqui sui, consulis,<sup>4</sup> qui Pontum et Bithyniam<sup>a</sup> quæstor<sup>b</sup> pro mea salute<sup>5</sup> neglexit. Nihil unquam<sup>6</sup> senatus de **P.** Popillio decrevit, nunquam in hoc ordine **Q.** Metelli<sup>7</sup> mentio facta est. Tribuniciis sunt illi rogationibus,<sup>c</sup> interfictis inimicis,<sup>d</sup> denique<sup>8</sup> nulla auctoritate senatus, restituti; cum

\*\*\*\*\*

*jam adolescentiae.*—15 Quater non omittit Lamb.—16 C H S T χ ψ, Manut. Oliv. Lallem. Heumann. Wolf. Beck. Schntz. et Orell. *Metellarum.* In C T χ desunt verba *non propinq.* . . . *Metellorum filii.* —17 H omittit copulam ante *lacrymis*, et χ ante *quotidianis.* —18 C et edd. nonnullæ *revocari.* Mox, in C T χ deest *memoriam.* Tum, C usurpare.—19 Al. teste Grævio, *nisi vos per me*: al. teste Lamb. *nisi me per vos.* —20 C H T χ *eidem.* Post *sibi* H T ψ addunt *idem.* —1 Edd. nonnullæ *deposcere.* Lamb. Wolf. Beck. et Orell. deleverunt *tamen.* Pro *nec ante magnitud.* C habet *me.* —2 Pro *nec C ne.* Dein, C H S T *solicitudinem.* —3 Ms. Lamb. *virt.* ac *piet.* —4 C *consulis sui.* —5 Lamb. *præ mea sal.* —6 C *nunquam*, et mox *Pupilio.* —7 Pith. de Q. Metello. —8 Verba *interfectis inimicis denique* C T χ omittunt. Pro *interf.* *inim.* Pith. habet *refecti nimis.* Verba *nulla auctor.* *senatus in Pith.* desunt. Postea, χ *restitui.* —

## NOTÆ

<sup>a</sup> *Pontum et Bithyniam]* De his regionibus dictum est in orat. pro Lege Manil.

<sup>b</sup> *Quæstor]* Piso, gener Ciceronis, mittebatur quæstor in Pontum et Bithyniam, quo, exule Cicerone, mit-

ti noluit, nt pro ejus salute suppli- caret.

<sup>c</sup> *Tribuniciis rogationibus]* Popillius rogatione L. Bestiæ restitutus est.

<sup>d</sup> *Interfectis inimicis]* Graecus interfectus est, et Saturinus.

alter eorum<sup>9</sup> senatui paruisse, alter vim cædemque<sup>f</sup> fugisset. Nam C. quidem<sup>10</sup> Marius, qui hac heminum memoria tertius ante me consularis,<sup>g</sup> tempestate civili expulsus est, non modo a senatu non est restitutus,<sup>11</sup> sed reditu suo senatum cunctum pæne delevit. Nulla de illis magistratum consensio,<sup>h</sup> nulla<sup>12</sup> ad rempublicam defendendam populi Romani convocatio, nullus Italiae motus, nulla decreta municipiorum et coloniarum extiterunt. 39. Quare cum me vestra auctoritas arcessierit, populus Romanus revocarit, respublica implorarit, Italia cuncta pæne suis humeris reportarit; non committam, patres conscripti, ut, cum ea mihi sint restituta, quæ in potestate mea non fuerunt, ea non habeam, quæ ipse præstare possim,<sup>i</sup><sup>13</sup> præsertim cum illa amissa recuperarim, virtutem et fidem nunquam amiserim.

<sup>s</sup> *Quæ sunt in mea potestate.*

---

<sup>9</sup> Hotom. legi voluit *cum tamen alter*. Mox, Dresd. *vim cædis fug.* In C T X desunt verba *cum alter . . .* Nam.—<sup>10</sup> C T X carent quidem.—<sup>11</sup> In C a sen. restitutus non.—<sup>12</sup> Idem Ms. *nullam*. Mox Ms. Pith. *unplorante*.—<sup>13</sup> Weiske possum, ut est in marg. Lamb.

#### NOTÆ

<sup>e</sup> *Alter eorum*] Popillius videlicet paruit senatui; quo tamen invito discessit.

<sup>f</sup> *Alter vim cædemque*] Metellus, ut fugeret vim Saturnini, sponte abiit e patria.

<sup>g</sup> *Tertius ante me consularis*] Expulsus primus fuit Popillius, Gracchi seditione: secundus Metellus, Saturnini violentia: tertius Marius, ar-

mis Sullæ, qui rempublicam vastabat.

<sup>b</sup> *Nulla de illis magistratum consensio*] Inter sunum et Marii reditum discriimen affert, quod Marius sineulla lege, et magistratum auctoritate; ipse vero et lege lata, et communis totius Italiae et reipublicæ voce redierit.



M. TULLII CICERONIS  
PRO DOMINA SUA,  
AD PONTIFICES,  
ORATIO XXIX.

---

ARGUMENTUM.

Restitutus in patriam Cicero, statim habuit hanc orationem ad pontifices, in qua nervos omnes intendit, ut domum suam, cadem lege publicatam et eversam, deinde (ne profana unquam fieri posset) Libertati consecratam, neque publicari, neque consecrari potuisse ostenderet. Est autem omnis hæc in septem partes distributa oratio. Prima respondet Clodio, qui apud pontifices ea vituperaverat, quæ per eos dies Cicero in senatu de republica, id est, de Cn. Pompeio rei frumentariæ præficiendo senserat. Secunda de jure publico agit, et in ea ostenditur, legibus iis, quibus Romana civitas uteatur, non posse quenquam civem ejici, aut de capite ejus, vel de bonis quicquam detrahi, sine judicio senatus, aut populi, aut eorum qui de qua-re constituti judices sint. In eadem rationes afferuntur, cur tribunus pl. esse Clodius non potuerit: quo modo enim, cum patricius esset, ad plebem transivit? adoptione? at ea rata esse non potest; primum, quia servatum adoptandi jus non est: nam cum adoptare debeat is, qui neque procreare jam liberos possit, et, cum potuerit, sit expertus; adoptavit Clodium senatorem annos viginti natus; qui liberos non modo procreare potest, cum habeat uxorem, sed procreavit etiam. Et cum quæri a pontificali collegio soleat, quæ causa sit adoptionis, quæ ratio generum ac dignitatis, quæ sacrorum; nihil horum in illa adoptione quæsumum est. Atque hæc de non servato adoptionis jure (quæ omnis notio pontificum esse debuit) apud ipsos pontifices dicuntur. Ad angues autem, qui aderant, de curiata lege disputat, qua Clodius est adoptatus. Nefas, inquit, est, agi cum populo, cum de cœlo servatur: at quo die lata lex est, Bibulus consul de cœlo servavit: rata igitur esse non potest: quodsi rata non est, qui

potuit Clodius, contra auspicia adoptatus, tribunus pl. esse? Accedit ad infirmandam curiatam legem altera ratio. Quid servatur in ferendis legibus? trinundinum, id est, ut promulgata lex per tres nundinas, antequam perferatur, populo pateat: quod spatium, tantum abest, ut servatum sit, ut eam legem Cæsar consul vix per tres horas promulgatam pertulerit. Tertia pars, vel si tribunus pl. et per auspicia, et per leges Clodius esse potuerit, quod utrumque jam negatum est, ab eo tamen legem nominatim de capite civis indemnati ferri non potuisse, demonstrat: id enim privilegium est; quod sacratae leges et xii tabulae vetant. Neque vero hoc tantum contra leges, sed illud etiam, quod de ejus capite fortunisque omnibus, qui neque adesse jussus erat, neque citatus, neque accusatus, legem illam Clodius tulit: cum judicia populi ita moderata essent a majoribus constituta, primum, ut ne poena capitis cum pecunia conjungeretur; deinde, ne, nisi prodicta die, quis accusaretur; tum, ut ante magistratus accusaret, intermissa die, quam multam irrogaret, aut judicaret: postremo, ut esset accusatio trinum nundinum, id est, ab eo die, quo quis ad populum accusari coepitus esset, ad diem judicij trinæ nundinæ intercederent, prodicta die, qua die judicium esset futurum: eamque diem si qua res auspiciliis aut excusatione sustulisset, tota causa judiciumque tolleretur. Nec verba legis vitio carent; sunt enim haec: 'Velitis, jubeatis, ut M. Tullio aqua et igni interdictum sit;' cum ferri debuerit, 'ut interdicatur,' non 'ut interdictum sit.' Quomodo enim, quod factum non est, id ut sit factum, ferri ad populum, aut verbis ullis sanciri, aut suffragiis confirmari potest? Peccatum est igitur in forma legis: quid in ipsa veritate? non minus: scriptum est enim, 'Quod M. Tullius falsum S. C. retulerit:' qui si falsum retulit, recte scripta lex est; si verum, nulla est. Verum autem retulisse, nec ipsum pro suo imperio, sed senatus jussu in conjuratos animadvertisse, senatus ipse, cum eum restituit, indicavit. Sunt igitur haec in lege vitia; primum quod lata nominatim est de capite civis indemnati: alterum, quod imperite, ut interdictum esset aqua et igni, cui nondum interdictum esset: tertium, quod simul de pluribus rebus: quartum, quod per vim. Id quod Lentulus consul in lege vidit, quam de Ciceronis reditu tulit: non enim tñlit, 'ut ei venire Romam liceret,' sed 'ut veniret.' Quarta pars Clodii maledictum, exulem, &c. Ciceronem appellantis, refellit duabus causis, vel quod ex peccato, vel quod ex damnatione subeat exulis nomen. Peccasse me, inquit, negant omnes: optime de patria meritum, senatus, equestris ordinis, scribarum, plebis urbanæ, id est, paganorum, et montanorum, denique etiam municipiorum, coloniarum, et totius Italæ de meo reditu decreta declarant. In ferenda vero lege, quæ celebritas unquam major populi Romani? quantus omnis generis hominum, ætatum, ordinumque splendor? Quod ad damnationem attinet, exul non sum: indemnatus enim discessi; nemo me illa unquam lege interrogavit; nemo postulavit; nemo diem dixit. Libertatem vero, aut civitatem amittere civis Romanus nemo potest, nisi auctor ipse factus sit. Infirmatur Clodii maledictum ea quoque ratione, quod in ipsa rogatione nihil tulerat, quo minus Cicero esset non modo in civium, sed etiam in senatorum numero; et quod in lege illa suffragium tulerant non populus Romanus, sed multitudo homi-

num e servis conductis, et facinorosis, et egentibus congregata. Quinta primum eidem Clodio respondet, accusanti Ciceronem, quod de se ipse gloriōsius prædicaret: deinde iis, qui objicerent ei discessum e patria. Sexta, de domo recuperanda quantum laboret, quamque improbe Clodius fecerit in ea dedicanda, et quid spectarit, ostendit. Dedicatio improbat, quod non affuerit collegiū pontificum, sed unus tantum pontifex, isque frater uxoris Clodii, adolescens imperitus, novus sacerdos, sororis precibus, matris minis adductus, mente et lingua titubante. In extrema parte preces ad Jovem, Junonem, Minervam, ad patros Penates et familiares, ad Vestam continentur; ut, si nefariam flammam ab eorum templis ac delubris depulerit; si summ caput pro eorum cærimonii atque templis perditissimorum civium furori ferroque objecerit; si nihil unquam magis, quam de reipublicæ salute laboraverit; hunc fructum ferat, ut sibi redire in suas sedes liceat. Iisdemque precibus, conversus ad pontifices, ntitur, ut ab ipsis jam in patriam restitutus, nunc, auctore senatu, manibus eorum in suis sedibus collocetur.

I. 1. [Ed. Ald. p. 213.] **C**UM multa divinitus, pontifices,<sup>a</sup> a<sup>i</sup> majoribus nostris inventa<sup>b</sup> atque instituta sunt;

In Ms. Barb. hæc Oratio inscribitur, *M. Tullii Ciceronis in Clodium, causa cuius erat domus ejus Diis dedicata, oratio incipit.*

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Pontifices]* Varro L. L. lib. iv. de hac voce sic scribit: ‘Pontifex, ut Q. Scævola pontifex maximus dicebat, a posse’ et ‘facere’ dictus est: Pontifices ego,’ inquit Varro, ‘a ‘ponte’ arbitror; nam ab iis subliecis est factus primum, et restitutus sœpe. Cum ideo sacra, et ulti et eis Tiberim non mediocri ritu fiant.’ ‘Facere’ autem est offerre, vel sacrificare. Porro hic pons, unde dictus pontifex, plane lignens erat, nullo ære ant ferro compactus, quem Romani adeo sacrum existimarunt, ut, si collaboretur, non nisi cæsa victima, et perfecto sacrificio, eum reficere pontifex posset. A pontifice vero pontificium dicitur, quod licentiam sive potestatem significat. Pontifex unus duntaxat a Numa institutus est, inquit Livius, Marcus Marci filius, cui sacra omnia exscrip-

ta exsignataque attribuit; quibus hostiis, qnibus diebus, ad quæ templo sacra fierent; atque unde in eos sumtus pecunia erogaretur. Cetera quoque omnia publica privataque sacra pontificis scitis subjicit; nec cœlestes modo cærimonias, sed justa quoque funebria, placandosque Manes, ut idem pontifex edoceret. Non multo post, quatuor sunt creati pontifices, quos ‘minores’ Livius appellat, et unum maximum: qui numerus ad M. Valerium et Q. Apuleium eoss. id est, annos amplius quadrigenitos permansit: quo tempore octo primum lege Ogulnia pontifices, omnes de plebe creati sunt. Hic numerus ad Sullam usque dictatorem permansit, quem tandem ad quindecim ampliavit.

<sup>b</sup> *Inventa]* Inventa dicuntur leges, quæ a nobis proficiuntur, et in

tum nihil præclarus, quam quod<sup>2</sup> eosdem et religionibus Deorum immortalium, et summæ reipublicæ,<sup>c</sup> præesse voluerunt; ut amplissimi et clarissimi<sup>3</sup> cives rempublicam, bene gerendo, [pontifices<sup>4</sup>] religiones sapienter interpretando,<sup>d</sup> [rempublicam] conservarent. Quodsi ullo tempore magna causa in<sup>5</sup> sacerdotum populi Romani judicio ac potestate versata est; hæc profecto tanta est, ut omnis reipublicæ dignitas, omnium civium salus, vita, libertas, aræ,<sup>e</sup> foci,<sup>f</sup> Dii penates,<sup>g</sup> bona, fortunæ, domicilia, vestræ sapientiæ, fidei, potestatique<sup>6</sup> commissa creditaque esse videantur. 2. Vobis hodierno die constituendum est,<sup>7</sup> utrum posthac amentes ac perditos magistratus<sup>h</sup> improborum ac

CAP. I. 1 Duo MSS. Lambini præpositionem omittunt.—2 Post *quod vulgo inseritur vos*, quod Ern. et Schutz. deleverunt auctoritate duorum MSS. Lambini.—3 H et S carissimi. Tum, *ψ reipublicæ.*—4 *Pontifices*, et paulo post *rempublicam* Ern. conjectit delend. In Pall. nonnullis deest *pontifices*. Pro sapienter C et χ *religionibus*. In S, Franc. I. Barb. Pall. aliquot, ed. 1472. Ven. 1480. *religiones religionibus sapienter int.* Pantagathius scribi jussit *religiosissimi religiones sap. int. eamque conserv.* Lamb. 1566. *religiosissimi religiones sap. int. remp. conserv.* A Dresden. absunt verba *religiones sap. int.*—5 Nonnullæ edd. vett. cum Grntero in omittunt. Dein, C *sacerdotis.*—6 Lamb. e MSS. suis edidit *potestati*, copula omissa.—7 T *Vobis hodie const.*

## NOTÆ

nostra repub. natæ sunt; instituta vero, quæ ab exteris nationibus ad nos pervenerunt: Romani enim partim suis legibus, partim alienis utebantur.

<sup>c</sup> *Et summæ reipublicæ]* Summa reipub. agebatur in religione et criminibus. Inter pontifices plerique erant senatores, atque adeo publici consilii principes. Certe ad Att. lib. IV. sic ait: ‘Kal. Octob. habetur senatus frequens, adhibentur omnes pontifices qui erant senatores.’

<sup>d</sup> *Religiones interpretando]* Dionys. lib. II. pontifices ait de omnibus causis ad sacra pertinentibus judicare, tam inter magistratus sacrificios, quam inter privatos homines; et a profano etiam et imperito vulgo de

cultu Deorum ac geniorum, aliisque religionibus consuli.

<sup>e</sup> *Aræ]* Ara nomen habet ab ‘ardeo,’ quod in ea victimæ incensæ ardeant; vel a similitudine arearum; quod sicut illæ in urbe puræ sunt, ita et aras Deorum puras esse oportet.

<sup>f</sup> *Foci]* Foci ponuntur pro re nobis maxime cara, qualia sunt propria bona.

<sup>g</sup> *Penates]* Penates quasi penites dicti sunt, quod penitissimi Dii sint et proprii, per quos spiramus.

<sup>h</sup> *Amentes ac perditos magistratus]* Clodium intelligit, qui tribunus plebis domum ejus incendit, et in ejus area Libertatis templum exstruxit.

scelerorum civium<sup>i</sup> præsidio nudare, an etiam Deorum immortalium religione armare<sup>k</sup> malitis. Nam si illa labes ac flamma<sup>81</sup> reipublicæ suum illum pestiferum et funestum tribunatum, quem æquitate humana tueri non potest, divina religione defenderit; aliae cærimoniae<sup>m</sup> nobis<sup>n</sup> erunt, alii antistites<sup>n</sup> Deorum immortalium, alii interpres religionum<sup>o</sup> requirendi. Sin autem vestra auctoritate sapientiaque, pontifices, ea, quæ furore improborum in<sup>10</sup> republika, ab aliis oppressa,<sup>p</sup> ab aliis deserta,<sup>q</sup> ab aliis prodita,<sup>r</sup> gesta sunt, rescinduntur;<sup>11</sup> erit causa, cur consilium majorum in amplissimis viris ad sacerdotia<sup>s</sup> diligendis,<sup>12</sup> jure

est. Mox, Franc. 1. am. et perd.—8 C labes et flamma.—9 In C et X deest nobis.—10 MSS. ap. Ursin. carent præpositione ante republika.—11 Pantagathus conjecit rescindentur, et Ern. rescindantur. Mox, pro cur in C H X legitur qua.—12 Ms. ap. Lamb. diligendis, unde is conjecit diligendis. In C H S

## NOTÆ

<sup>i</sup> *Scelerorum civium*] Clodius, opera scelerorum civium, multa contra viros bonos molitus est in tribunatu sno; immo quo die lata lex est de redditu Ciceronis, cædibus multis in foro factis per gladiatores, voluit illum prohibere comparatis ad cædem gladiatoribus.

<sup>k</sup> *Religione armare*] Clodius scelus suum specie religionis texit, cum incensam a se Ciceronis domum in templo convertit.

<sup>l</sup> *Nam si illa labes ac flamma*] Osten dit quam fatalis fuerit Clodii tribunatus, qui instar labis affert dedecus, instar flammæ exitium.

<sup>m</sup> *Cærimonie*] De cærimonii Isidoris lib. vi. cap. ult. sic loquitur: ‘Cærimoniae apud Latinos dicuntur sacra omnia quæ apud Græcos ὕρια vocantur.’

<sup>n</sup> *Antistites*] Antistites sunt qui in administranda religione principem locum tenent.

<sup>o</sup> *Interpres religionum*] Antistites sunt pontifices, ad quos pertinet re-

ligiones interpretari: alios autem enim cærimonii quærendos interpres religionis dicit; quia, qui funguntur his modo munieribus, favere sceleri non possunt et impiciati.

<sup>p</sup> *Ab aliis oppressa*] Clodius oppressit rempublicam, cum per vim et cædes prohibere voluit, ne lex de Ciceronis redditu ad populum ferretur.

<sup>q</sup> *Ab aliis deserta*] Pompeins, Cæsar, et Crassus deseruerunt rempublicam, cum passi sunt impune Ciceronem ab ea ejici.

<sup>r</sup> *Prodita*] Prodiderunt Piso et Gabinius consules, cum supplicarem totum senatum pro Cicerone, et equestrem ordinem, cum multitidine quæ ex tota urbe et universa Italia convenerat, superbissime repulerunt.

<sup>s</sup> *Sacerdotia*] Conciliat sibi pontifices, snaviterque impellit a consilio majorum, ut tantis malis illatis a Clodio resistere velint, cum ab illis ideo instituti sint, ut quæ contraria sunt religioni, rescindant.

ac merito laudare possimus. 3. Sed, quoniam ille demens, si ea,<sup>13</sup> quæ ego per hos dies in senatu de republica sensi,<sup>t</sup> vituperasset,<sup>14</sup> aliquem se aditum<sup>x</sup> ad aures vestras esse habiturum putavit; omittam<sup>15</sup> ordinem dicendi meum: respondebo hominis furiosi non orationi, qua ille uti non potest,<sup>y</sup> sed convicio,<sup>z</sup> cuius exercitationem cum intolerabili petulantia, tum etiam diurna impunitate munivit.

11. Ac primum<sup>16</sup> illud a te, homine vesano ac furioso,<sup>a</sup> requiro,<sup>a</sup> quæ te tanta poena tuorum scelerum flagitorumque vexet, ut hos tales viros,<sup>b</sup> qui non solum consiliis suis, sed etiam specie ipsa<sup>b</sup> dignitatem reipublicæ sustinent, quod ego, in sententia<sup>17</sup> dicenda, salutem civium<sup>c</sup> cum ho-

<sup>a</sup> Peto.

<sup>b</sup> Majestate sua.

\*\*\*\*\*

<sup>x</sup> eligendis.—13 Dresd. si omnia.—14 H vituperassent. Pro aliquem in C H X ψ aliquando.—15 Dresd. et Guelf. non omittan: sic quoque edidit Grævius. Ern. conjicit legend. omittam consuetudinem dicendi meam.

#### NOTÆ

<sup>t</sup> Per hos dies in senatu de republica sensi] Quo tempore redit Cicero ab exilio, facta est summa annonæ caritas, adeo ut tumultuaretur multitudo, et consulares non aderent in senatum venire, quod tuto negarent posse se sententiam dicere: at factum est senatusconsultum, suadente Ciceronе, atque ex eo lex promulgata, ut Pompeio per quinquennium omnis potestas rei frumentariæ toto orbe terrarum daretur.

<sup>u</sup> Vituperasset] Videtur Clodius orationem habuisse apud pontifices, quo se muniret contra Ciceronem, quem oraturum esse prospiciebat.

<sup>x</sup> Aliquem aditum] Quia Pompeii gloriae Clodius invidebat, credidit se in odium adducturum Pompeium, quod sine consularibus senatus illud consultum factum esset. Plerique autem ex pontificibus illis erant consulares.

<sup>y</sup> Qua ille uti non potest] Habere

orationem pertinet ad hominem prudenter, non ad dementem et furiosum, qualis est Clodius, a quo nihil sapienter dici potest.

<sup>z</sup> Sed convicio] Convicium, inquit Ulpianus, dicitur vel a concitatione, vel a conventu, hoc est a collatione vocum: cum enim in unum plures voces conferuntur, convicium appellatur, quasi convocium; aut etiam cum unius plures et repetitæ voces in unum aliquem jactantur.

<sup>a</sup> Homine vesano ac furioso] Vesanus est qui parum judicio sanus est; furiosus, qui judicium omnino corruptum habet: talis autem fuit Clodius.

<sup>b</sup> Tales viros] Clodius dictitabat pontifices Ciceroni iratos esse, quod Pompeio annonæ procurationem committendam esse censuerat.

<sup>c</sup> Salutem civium] Contendit Cicerо non sibi ea de causa esse iratos pontifices; quia salus civium annonæ

nore Cn. Pompeii coniuxerim, mihi esse iratos, et aliud de summa hoc tempore<sup>18</sup> religione<sup>d</sup> sensuros, ac me absente senserint, arbitrere. 4. Fuisti tu,<sup>19</sup> inquit, apud pontifices superior:<sup>e</sup> sed jam,<sup>20</sup> quoniam te ad populum contulisti, sis inferior, necesse est. Itane vero? quod in imperita multitudine<sup>f</sup> est viliissimum, varietas et inconstantia, et crebra, tanquam tempestatum, sic sententiarum, commutatio, hoc tu ad hos transferas, quos ab inconstantia gravitas, a libidinosa sententia<sup>g</sup> certum et definitum jus religionum, vetustas exemplorum, auctoritas<sup>2</sup> literarum monu-

CAP. II. 16 χ At primum.—17 C et χ cum sent.—18 Verba hoc tempore non agnoscunt T, Franc. Barb. Pal. 4. et ed. 1472. In Pal. 9. hujus temporis. Nang. Mannt. Lamb. de summa relig. hoc temp. et sic duo MSS. Lambini. Mox, pro absente C H χ, Franc. Barb. ed. 1472. Ven. 1480. 1483. Junt. et Hervag. habent præsente. Paulo post, arbitrarere C H S T χ: arbitrarere Franc. 1.—19 Hotom. conjectit tum legendum, prob. Ern. Lambinus dedit Fuisti, inq., tum ap. pontif. Dein, C χ superiores.—20 C H S T χ ψ sed etiam. Pro populum Lamb. e conjectura dedit Pompeium.—1 T caret præpositione.—2 χ auc-

## NOTE

caritate periclitabatur: quare ipsis erat subveniendum: at nemo melius Pompeio id poterat.

<sup>d</sup> *De summa religione*] Consecrata fuit domus Ciceronis, impellente Clodio, cuius in area templum exstrui curavit Libertati sacrum. Responde Cicero, quod si se absente domus consecrationem improbarunt pontifices, jam tum se ipso præsente eam improbabant. Nam cum in senatu a Clodio de domo Ciceronis absentis conseranda actum est, nemo ei assensit.

<sup>e</sup> *Superior*] Objicit Ciceroni Clodius quod revera fuerit apud pontifices superior, quando consecratio domus ejus ab eis est improbata; at inferior, quando de annona committenda Pompeio apud populum effecit; quasi haec procuratio pontificibus, qui optimates erant, displicuisse.

<sup>f</sup> *Quod in imperita multitudine*] Clo-

dium increpat, qui tam patum sanementis est, ut, et vitia imperitæ multitudinis, ac præsertim levitatem et inconstantiam in viros tam graves cadere credat.

<sup>g</sup> *Libidinosa sententia*] Libidinosa sententia est quam non ratio, sed libido temere regit; qua abduci pontifices non possunt: 1. Quia certum ius habent et definitum, quod in rebus religionis sequi necessario debent. 2. Quia idem ius multis veteribus exemplis confirmatum est. 3. Habent literarum auctoritatem, in quibus ea omnia continentur, quæ scripta sunt de jure dedicandi, et quæ in inferenda vel tollenda religione facienda sunt. 4. Habent monumenta rerum quæ religionis indicio conservatae sunt. A quibus omnibus enim in jure decernendo deflectere pontifices non possint, regi inconstantia non posse manifestum est.

mentorumque deterret? Tune es ille, inquit,<sup>b</sup> quo senatus carere non potuit? quem boni luxerunt? quem respublica desideravit? quo restituto, senatus auctoritatem restitutam putabamus?<sup>3</sup> quām primum adveniens prodisti? Non dum de mea sententia dico: impudentiæ primum respondebo tuæ. III. 5. Hunc igitur, funesta reipublicæ pestis, hunc tu civem ferro, et armis, et exercitus terrore,<sup>i</sup> et consulum scelere,<sup>k</sup> et audacissimorum hominum minis, servorum delectu,<sup>4</sup> obsessione templorum,<sup>l</sup> occupatione fori,<sup>m</sup> oppressione curiæ, domo et patria, ne cum improbis boni ferro<sup>5</sup> dimicarent, cedere curasti;<sup>c</sup><sup>6</sup> quem a senatu, quem a bonis omnibus, quem a cuncta Italia desideratum, arcessitum, revocatum,<sup>7</sup> conservandæ reipublicæ causa, confiteris? [p. 214.] At enim in senatum venire, in Capitolium intrare turbulentio illo die<sup>n</sup> non debuisti.<sup>8</sup> 6. Ego vero

<sup>c</sup> Coëgisti.

.....

tores.—3 χψ putamus.

CAP. III. 4 χ deletu. Lamb. e MSS. dilectu.—5 In C H S χ deest ferro.—6 Lamb. e conjectura dedit coëgisti.—7 In χ renovatum.—8 Idem Ms. debu-

#### NOTÆ

<sup>b</sup> *Tune es ille, inquit]* Cum vidisset Clodius rogante Cicerone delatam fuisse Pompeio annonæ procuratiōnem, id ei objecit tanquam quod indignum eo cive, quo carere non potuit senatus, quem boni luxerant, &c. quia eam eo tempore suaserat cum multi senatores et consulares aberant, et liberae propter seditiones non erant senatns sententiæ. At hæc eadem verba Clodii arripit, atque iis utitur ad eum convincendum impietatis, quod se civem eum, quo carere rempub. non posse fatebatur, cedere patria et domo coëgerit: ab ea antem abire maluit Cicero, quam pro se motus aliquis excitaretur in repub. Coëgit autem abire, 1. terrore exercitus; 2. consulum scelere; 3. minis impiorum civium; 4. gladiatorum armis; 5. obsessione templorum, &c.

<sup>i</sup> *Exercitus terrore]* Cæsar comparatum habebat exercitum ut proconsul in Gallias abiret, quo Clodius, quasi Cæsar's amicus, ad injiciendum suis adversariis timorem utebatur. De hoc loquitur in orat. pro Sext.

<sup>k</sup> *Et consulum scelere]* Pisonis et Gabinii scelere et avaritia, quibus provincias et pecuniam pollicitus fuerat Clodius, Cicero abire compulsus est.

<sup>l</sup> *Obsessione templorum]* A Clodianis palam in templum Castoris arma deportata sunt.

<sup>m</sup> *Occupatione fori]* Quo die, ut scribit Dio lib. xxxix. lex ad populum ferebatnr, Clodius, acceptis a fratre Appio gladiatoriis, quos ille in funere Marci propinqui sui daturus erat, impetu in multitudinem facto, multos vulneravit, multosque occidit.

neque veni, et domo<sup>9</sup> me tenui, quamdiu turbulentum tempus fuit; cum servos tuos ad rapinam,<sup>10</sup> ad bonorum cædem paratos, cum illa tua consceleratorum<sup>11</sup> ac perditorum manu, armatos,<sup>12</sup> in Capitolium tecum venisse constabat. Quod cum mihi nuntiaretur, scio<sup>13</sup> me domi mansisse, et tibi, et gladiatoribus tuis instaurandæ cædis<sup>o</sup> potestatem non fecisse. Posteaquam mihi nuntiatum est, populum Romanum in Capitolium, propter metum atque inopiam rei frumentariæ,<sup>p</sup> convenisse; ministros autem scelerum tuorum perterritos, partim amissis gladiis, partim ereptis, disfugisse;<sup>14</sup> veni non solum sine ullis copiis ac manu, verum etiam cum paucis amicis. 7. An ego,<sup>q</sup> cum P. Lentulus consul, optime de me ac de republica meritus, cum Q. Metellus,<sup>r</sup> qui, cum meus inimicus esset, frater tuus,<sup>s</sup> et dissensioni nostræ, et precibus tuis, salutem ac

---

*istis.*—9 Nonnullæ edd. vett. *domi*.—10 MSS. *panci* et edd. *vett.* cum Beck. Schütz. et Orell. *ad rapinas*. Lamb. e Ms. edidit *cum servos tuos a te jam prius ad bon. cædem par.* In Pal. 9. et Erf. *ad inopiam prædam par.*—11 Franc. 1. *sceleratorum*.—12 Post *armatos* C H S T. Dresd. Franc. Barb. Guelf. cum Grav. Oliv. Beck. et Orell. addunt *etiam*.—13 Wolf. legi inavult *scito*.—14 Franc. 1. Dresd. et Barb. *defugisse*.—15 Franc. 1. omittit *verba frater*

## NOTÆ

<sup>n</sup> *Turbulento illo die]* Cum L. Cæcilius Rufus prætor iudos Apollinares daret populo, infima multitudo annuæ caritate concitata tumultuata est; atque illa non solum eos expulit, qui in theatro spectandi causa conseedabant; sed etiam Capitolii incensio nem minata est.

<sup>o</sup> *Instaurandæ cædis]* Fafetur Cicerone se non venisse in senatum, ne eadem tempestas et seditio propter se exoriretur, quæ nuper excitata est a Clodio per suos gladiatores, ut jamjam diximus.

<sup>p</sup> *Inopiam rei frumentariae]* Cum Clodii improbitate frumenti inopia in Ciceronem rejiceretur, sententiam dixit, et in eam factum est senatus-consultum: atque ex eo lex promulgata, ut Pompeio per quinquennium

omnis potestas rei frumentariæ toto orbe terrarum daretur. Vide epist. 1. lib. iv. ad Att.

<sup>q</sup> *An ego]* Reddit jam rationem quare venerit in Capitolium; quia nempe vocatus est a consulibus, quibus parere debuit; tum maxime propter beneficium quo fuit ab illis affectus, cum Romani ab exilio revocatus est.

<sup>r</sup> *Q. Metellus]* Q. Metellus Nepos, qui sororem Clodii uxorem duxerat, consul Ciceroni vel maxime ex magnis contentionibus reipublicæ fuerat inimicus, permotus cum auctoritate senatus, qui Ciceronem revocari optabat, tum P. Servillii incredibili gravitate dicendi, absens cum M. Tullio rediit in gratiam.

dignitatem meam prætulisset, me arcesserent in senatum; cum tanta multitudo civium, tam recenti beneficio<sup>16</sup> suo, me ad referendam gratiam nominatim vocarent,<sup>17</sup> non venirem; cum præsertim te jam illinc cum tua fugitivorum manu discessisse constaret? Hic tu me etiam, custodem defensoremque Capitolii,<sup>5</sup> templorumque omnium, hostem Capitolinum appellare ausus es, quod, cum in Capitolio senatum duo consules haberent, eo venirem?<sup>18</sup> Utrumne est tempus aliquod, quo in senatum venisse turpe sit? an res illa talis erat, de qua agebatur,<sup>1</sup> ut rem ipsam repudiare,<sup>19</sup> et eos, qui agebant, condemnare deberem? iv. 8. Primum dico senatoris esse boni, semper in senatum venire: nec cum his<sup>20</sup> sentio, qui statuunt minus bonis temporibus in senatum ipsi non venire;<sup>1</sup> non intelligentes, hanc suam<sup>2</sup> nimiam perseverantiam vehementer iis, quorum animum offendere voluerunt, gratam et jucundam fuisse. At enim<sup>3</sup> nonnulli,<sup>0</sup> propter timorem, quod se in senatu tuto non esse arbitrabantur, discesserunt. Non reprehendo:<sup>4</sup> nec quæro, fueritne aliquid pertimescendum. Puto, suo quemque arbitratus<sup>5</sup> timere oportere. Cur ego



*Ianus.* In H est frater ejus. Dein, Ms. Hotomanni *discessioni nostræ*.—16 Pro officio Ern. e conjectura recepit beneficio.—17 In x, Barb. Ven. 1480. Junt. rocaret.—18 Garaton. legi mavult eo venisse, et mox revire turpe sit. Schlutz. omisit aliquod. Verba de qua agebatur desunt in C H S T x, Franc. Dresd. Ms. Hotomanni, Ven. 1480. 1483.—19 H repudiarem: S repudiaret. Pro et eos T habet aut eos.

CAP. IV. 20 Orell. conjectit cum iis legend.—1 C H S T x, Guelf. Dresd. Franc. Barb. ed. 1472. Ven. 1480. 1483. ut ipsi non venirent.—2 Franc. non habet suam. Mox, in C H S x, Franc. deest vehementer. In Dresd. legitur hanc sententiam nimia perseverantia iis, &c. Pro iis C his.—3 Ed. 1472. Atque enim. Mox, C tutos.—4 x reprehendendo.—5 C H S T x, Franc. I. Dresd.

## NOTÆ

<sup>5</sup> *Defensorem Capitolii]* Cicero Capitolum defenderat ab incendio in Catilinæ seditione.

<sup>1</sup> *De qua agebatur]* Agebatur tum in senatu de annonæ caritate sublevanda.

<sup>0</sup> *At enim nonnulli]* Respondet Clodio, qui Ciceroni objiciebat, quod

aliqui discesserint, ipse vero venerit in senatum. Aliqui certe viri consulares, et plurimi senatores, cum illis diebus senatus de annonâ habebatur, a senatu absuerunt, quod tuto se negarent posse sententiam dicere.

non timuerim, quæris? quia te illinc abiisse constabat. Cur, cum viri boni nonnulli putarint, tuto se<sup>6</sup> in senatu esse non posse, ego non idem senserim? Cur, cum ego me<sup>7</sup> existimassem tuto omnino in civitate esse non posse, illuc irem?<sup>8</sup> an aliis licet, et recte licet, in meo metu sibi nihil timere; mihi uni necesse erit et meam et aliorum vicem<sup>9</sup> pertimescere?<sup>d</sup>

9. An, quia non condemnavi<sup>10x</sup> sententia mea duo<sup>11</sup> consules, sum reprehendendus? Eos igitur<sup>12</sup> ego potissimum damnare debui, quorum lege perfectum est, ne ego indemnatus, atque optime de republica meritus, damnatorum poenam sustinerem? quorum etiam delicta, propter eorum egregiam in me conservando voluntatem, non modo me, sed omnes bonos ferre oporteret; eorum optimum consilium ego potissimum, per eos in meam pristinam dignitatem restitutus, consilio repudiarem meo?<sup>13</sup> At quam sententiam dixi?<sup>y</sup> 10. Primum eam, quam populi sermo in animis nostris<sup>14</sup> jam ante defixerat: deinde eam, quæ erat superioribus diebus agitata in senatu: deinde eam, quam senatus frequens, tum, cum mihi est assensus, secutus est; [p. 215.] ut neque allata<sup>15</sup> sit a me res inopi-

<sup>d</sup> Timere pro me, et pro aliis.

Barb. suo quemque arbitrio: edd. ante Lamb. arbitrio suo quemque: Naug. tam en et Hervag. suo quemque arbitrio. Lamb. et Græv. dederunt arbitratu suo quemque.—6 In H deest se.—7 H mei. Pro existimassem Pal. 9. habet sensissem. Tum, C tutos.—8 Pro illuc irem Erf. et Pal. 9. habent illi senserunt: Ms. ap. Manut. cum Manut. Lall. Beck. Schntz. ei Orell. illi non item. Vir doctns in marg. ed. Lamb. ap. Orell. conjectit illi remanserint legend.—9 Pro vicem C et x cedem; Dresd. Barb. Ven. 1480. cædem. In Franc. 1. legitur necesse non erit . . . cædem pertim.—10 Franc. 1. *An quod condemnavi.*—11 Al. duos.—12 Pro igitur in Franc. 1. autem. Mox Oliv. pœnas.—13 C, Barb. Ven. 1480. Naug. Hervag. Lamb. *meo cons. rep.* T *me cons. rep.*—14 Beck. et Orell. *in animis vestris*, ut habent Dresd. Guelf. Ms. Ursini, sex Oxonii. MSS.

#### NOTÆ

\* *Non condemnavi*] Si Cicero non venisset in senatum vocatus a consulibus, visus esset eos condemnare, a quibus ipse lata lege tanquam indemnatus civis fuerat revocatus ab exilio, quod erat damnatorum pœna.

<sup>y</sup> *At quam sententiam dixi*] Jam æquitatem suæ sententiæ, allatis rationibus, proponit.

nata ac recens, nec, si quod in sententia vitium est, magis<sup>16</sup> sit ejus qui dixerit, quam omnium qui probarint. At enim liberum<sup>2</sup> senatus judicium, propter metum, non fuit. Si timuisse eos facis, qui discesserunt; concede, non timuisse eos, qui remanserunt. Sin autem sine iis, qui tum abfuerunt,<sup>17</sup> nihil decerni libere potuit; cum omnes adessent,<sup>a</sup> coeptum est referri de inducendo<sup>e</sup><sup>18</sup> senatusconsulto. Ab universo senatu reclamatum est. v. Sed quæro, in ipsa sententia, quoniam princeps<sup>b</sup> ego sum ejus atque auctor, quid reprehendatur. Utrum causa capiendi novi consilii<sup>19</sup> non fuit? an meæ partes in ea causa non præcipuae fuerunt? an alio potius consugiendum fuit? Quæ<sup>20</sup> res, quæ causa major esse, quam famæ, potuit? quam seditio? quam consilia<sup>f</sup> tua tuorumque; qui, facultate<sup>f</sup> oblata,<sup>c</sup> ad imperitorum<sup>2</sup> animos incitandos, renovaturum te tua

<sup>e</sup> Abolendo.<sup>f</sup> Occasione.

edd. Ven. 1483. Hervag.—15 χ ablata.—16 C H S ψ majus.—17 Affuerunt C H S χ, Barb. ed. 1472. Ven. 1480. 1483. defuerunt Dresd. Franc. In Dresd. tum omittitur. Dein, edd. Manut. et Car. Steph. discerni.—18 Indicendo C H S χ: incendio Franc. I. Dresden, et ed. 1472.

CAP. V. 19 Barb. et MSS. Lambini, atque Ven. 1480. Hervag. Naug. Junt. novi cons. cap. Græv. novi cap. cons.—20 In C H χ ψ, Barb. Ms. Vict. Pall. Ven. 1480. 1483. deest Quæ. Pro res MSS. plerique et edd. Junt. Naug. Manut. Lamb. Oliv. Lall. Beck. et Orell. habent vis. In S visque: in T et ed. 1472. jusque. Dein, C T, Barb. et MSS. Lambini, atque ed. 1472. Ven. 1480. Hervag. Naug. Lamb. Græv. Beck. et Orell. major, quam famæ, esse pot.—1 T quoniam cons.—2 χ imperatorum. Mox, renovantur C χ: revocatur Barb. Pro illa C χ, Barb. illis, et sic edd. nonnullæ, teste Garaton. Verba ob annonæ in T desunt. Denique, putavisti Franc. I. ed. 1472. Junt.

## NOTÆ

\* *At enim liberum]* Aliam proponit objectionem, nempe propter metum populi, qui minas circa curiam inten-tabat, liberum non finisse senatus judicium. Hanc Cicero diluit en-thymemate a repugnantibus.

<sup>a</sup> *Cum omnes adessent]* Postquam metus remissus est, et omnes senatores affuerunt, de illo decreto abolendo, quo annona Pompeio commis-sa est, actum est: at illud retinen-

dum nemo non jndicavit.

<sup>b</sup> *Princeps]* Princeps sententia di-citur, qui primus sententiam aperit, quam alii sequuntur. Quærit autem a Clodio quid in illa sententia reprehendendum est, quam ipse prior aperuit de Pompeio.

<sup>c</sup> *Qui facultate oblata]* Rejicit præ-cipuum causam in famem, ex qua Clodius occasionem motus excitandi in repub. arripuerat.

illa funesta latrocinia ob annonæ causam putarunt? 11. Frumentum provinciæ frumentariæ<sup>d</sup> partim non habebant; partim in alias terras, credo, propter varietatem venditorum,<sup>3 e</sup> miserant; partim, quo gratius<sup>4</sup> esset, tum, cum in ipsa fame subvenissent, custodiis suis clausum continebant, ut subito novum mitterent. Res erat non in opinione dubia, sed in præsenti<sup>5</sup> atque ante oculos proposito periculo: neque id conjectura prospiciebamus, sed jam experti videbanus: nam, cum ingravesceret annona, ut jam plane inopia ac fames, non caritas timeretur; conurus<sup>6</sup> est ad templum<sup>7</sup> Concordiæ factus, senatum illuc<sup>8</sup> vocante Metello consule. Qui si verus<sup>9</sup> fuit,<sup>f</sup> ex dolore hominum et fame; certe consules causam suscipere, certe senatus aliquid consilii capere potuit.<sup>10</sup> Sin in causa fuit annona, seditionis quidem instimulator<sup>11 g</sup> et concitator tu fuisti; nonne id agendum nobis omnibus fuit, ut materiem<sup>g</sup> subtraheremus<sup>h</sup> furori tuo? 12. Quid, si utrum-

<sup>8</sup> Causam.



Græv. *putavit* C X, Dresd. Barb. Vid. Nott. Varr.—3 Grævius conjecit legend. propter avaritiam vend.—4  $\psi$  *gratus*.—5 *Præsentia* C H S T X, Barb. Pall. et edd. vett. cum Græv. Beck. et Orell. Mox, Lamb. conjecit *posito peric.*—6 C *concursum*.—7 *Templum* Gulielmo suspectum est.—8 X *illuc*.—9 Pro *verus* H et S *velut*. Lamb. dedit qui si *verus timor fuit*.—10 Pro *potuit* Lamb. 1566. debuit. Tum, *Si in causa* Barb. *Sin autem causa* T: *Sin causa* MSS. nonnulli, ed. 1472. Ven. 1480. Naug. Hervag. Græv. Oliv. Lall. Beck. et Orell. Hotomannus legi maluit *Sin cassa fuit*, &c.—11 H S et edd. ple-

## NOTÆ

<sup>d</sup> *Provinciæ frumentariæ*] Provinciæ frumentariæ sunt, quæ vesticigal frumenti singulis annis populo Rom. pendunt: his autem temporibus provinciæ frumento cavebant.

<sup>e</sup> *Varietatem venditorum*] Aliam rationem caritatis assert, quod in alias terras missum erat frumentum, quod cum aliis mercibus commutabatur; ideoque Romanum non afferebatur.

<sup>f</sup> *Qui si verus fuit*] Si verus fuit, id est, si justa de causa factus est ille concursus, nempe propter famem,

consul providere, et senatus de remediis deliberare debuit.

<sup>g</sup> *Seditionis quidem instimulator*] Recedit causam tumultus et seditionis in Clodium, qui Ciceronis causa hanc inopiam finimenti fuisse populo persuasit.

<sup>h</sup> *Materiem subtraheremus*] Materia seditionis Clodio subtrahebatur procuranda populo per Pompeium annona: quia et ea suppeditabatur, et Pompeius Clodii furoribus opponebatur.

que fuit, et ut<sup>12</sup> fames stimularet homines, et tu in hoc  
ulcere,<sup>i</sup> tanquam unguis, existeres? nonne fuit eo ma-  
jor adhibenda medicina, quæ et illud nativum et hoc de-  
latum<sup>13</sup> malum<sup>k</sup> sanare posset? Erat igitur et præsens  
caritas, et futura fames. Non est satis:<sup>14</sup> facta lapidatio  
est. Si ex dolore plebei,<sup>15</sup> nullo incitante; magnum ma-  
lum: si P. Clodii impulsu; usitatum hominis facinorosi  
scelus: si utrumque, ut et<sup>16</sup> res esset ea, quæ sua sponte  
multitudinis animos incitaret, et parati atque armati sedi-  
tionis duces; videturne ipsa res publica<sup>1</sup> et consulis auxi-  
lium implorasse, et senatus fidem?<sup>h</sup><sup>17</sup> Atqui utrumque  
fuisse perspicuum est, difficultatem annonæ, summamque  
inopiam rei frumentariæ, ut homines non jam diuturnam  
caritatem, sed ut<sup>18</sup> famem plane timerent: nemo negat.  
Hanc istum<sup>19</sup> otii et pacis hostem causam<sup>20</sup> arrepturum  
fuisse ad incendia, cædem,<sup>i</sup> rapinas, nolo, pontifices, suspi-  
cemini, nisi videritis.<sup>2</sup> 13. Qui sunt homines a Q. Me-  
tello, fratre tuo,<sup>j</sup> consule, in senatu palam nominati, a

<sup>h</sup> Auxilium.

.....

ræque ante Grnt. *stimulator*.—12 χ ψ, Barb. Lall. Beck. et Orell. *ut et.* Mox, in H S χ deest *tu.* Tum, Ms. Vict. *in hoc viscere.* Pro *unguis* Pal. 9, et Ms. Vict. habent *inguem;* C H S *unguem;* χ *unguentum.*—13 *Delectum* C H S χ et edd. pleræque ante Lamb. *delictum* Franc. 1. Barb. et MSS. Lambini.—14 *Pro non est satis* T inde; C H S χ, Franc. 1. Barb. ed. 1472. Ven. 1480. 1483. *inde satis.*—15 Edd. vett. enni Oliv. *plebeio:* C χ *plebis:* T *plebe:* ψ et Ven. 1483. *plebi:* Barb. *plebeo.* Vid. Nott. Varr.—16 C H S T χ carent co-  
pula ante *res.*—17 Barb. *fidem senatus.* Tum, C H S *Atque.* Porro, Franc. 1. Dresd. ed. 1472. *utrumque fuisse ad incendia persp. est.*—18 Lamb. *ut omittit.*—19 MSS. nonnulli et edd. ante Lamb. *Hunc istum.*—20 Quidam ap. Lamb. *conjecerunt ansam legend.*—1 C H S χ ψ, Barb. Ven. 1483. Nang. Hervag. Manut. Beck. Schutz. et Orell. *cædes.* Tum, Franc. 1. Barb. Ven.

#### NOTE

<sup>1</sup> *In hoc ulcere]* Ait Clodium fuisse  
concitatorem illius doloris, similitu-  
dine sumta a vulnere.

<sup>k</sup> *Nativum et hoc delatum [delec-  
tum] malum]* Per nativum et delec-  
tum malum intelligit internum et ex-  
ternum sen adventitium malum. Na-  
tivum autem dicitur, quasi fomes;  
et delectum, quasi excitatum seditio-

ne et furore Clodii.

<sup>1</sup> *Videturne ipsa respub.]* Et pre-  
pter famem et propter metum seditio-  
nis excitandæ a Clodio, respub. de-  
buit consulis, ad quem pertinet ipsi  
prospicere, et senatus auctoritatem  
implorare, enjus est edicere consuli  
in rebus periculosis, nt videat ne  
quid respubl. detrimenti patiatur.

quibus ille se lapidibus appetitum, etiam percussum esse dixit? L. Sergium et M. Lollium nominavit. Quis est iste Lollius?<sup>m</sup> qui sine ferro ne nunc quidem tecum est: qui, te tribuno plebis, nihil de me dicam, sed qui Cu. Pompeium interficiendum depoposcit. Quis est Sergius?<sup>n</sup> armiger Catilinæ, stipator tui corporis, signifer seditionis, concitator tabernariorum,<sup>o</sup> damnatus injuriarum, percussor, lapidator, fori depopulator,<sup>i</sup> obsessor curiæ.<sup>s</sup> His atque hujusmodi ducibus, cum tu in annonæ caritate in consules, in senatum, in bona fortunasque locupletium,<sup>g</sup> per causam inopum atque imperitorum,<sup>k</sup> repentinorum impetus comparares; cum tibi salus esse in otio nulla posset; cum, desperatis ducibus, decuriatos<sup>p</sup> ac descriptos<sup>q</sup> haberet exercitus perditorum; nonne providendum senatui fuit, ne in hanc tautam materiem seditionis<sup>r</sup> ista funesta fax<sup>r</sup> adhæresceret?

VI. 14. Fuit igitur causa capiendi novi consilii.<sup>s</sup> Videte nunc, fuerintne partes meæ pæne præcipuæ. [p. 216.]

<sup>i</sup> *Destructor.*

<sup>k</sup> *Prætextu salutis et conservationis inopum.*

1480. 1483. *rapinas. Nolo.*—2  $\chi$  *videtis.*—3 *Franc. l. fratre suo.* Tum pro etiam H S  $\chi$ , Barb. et nonnullæ edd. vett. habent et.—4 *T Quis est iste Sergius.*—5 *Pro curiæ in C S T  $\chi$ , Barb. Ven.* 1480. 1483. *patriæ.* Mox, C T  $\chi$ , Barb. et Ven. 1480. *ejusmodi.*—6 *Al. locupletum.* Dein, Barb. et Ven. 1480. *per causas.* Pro imperitorum C H S T  $\chi$  et nonnullæ edd. vett. *peregrinorum.*—7 *H dec. et descr.*—8 *Pro adhæresceret Guelf.* habet *ardesceret*; *Franc. et ed. Wald.* adolesceret. Panlo ante, Wolf. conjecit *ad hanc tantam mat.* In Barb. *in hac tantum materiem:* alii ap. Garaton. *ne hæc tanta materies sed. istu funesta face adolesceret.* Grævius legi jussit *ne in hac tanta materia . . . adolesceret.*

CAP. VI. 9 *Ms. ap. Lamb. cons. novi.* Mox, in C H S T  $\chi$  deest *pæne.*—

#### NOTÆ

<sup>m</sup> *Quis est iste Lollius?* Lollium describit ab adjunctis.

<sup>n</sup> *Quis est Sergius?* Describit Sergium tanquam hominem natum ad seditiones excitandas.

<sup>o</sup> *Tabernariorum?* Tabernarii dnnntur, qui res venales exponunt in tabernis.

<sup>p</sup> *Decuriatos?* Distributos in decurias. Decuria manipulus est decem

hominum, eui præst decurio. Objicit antem Clodio emi distributos in decurias homines sceleratos habuisse semper ad seditiones paratos.

<sup>q</sup> *Materiem seditionis?* Seditio ex fame et annonæ caritate proveniebat.

<sup>r</sup> *Ista funesta fax?* Clodius fax dicitur, qui cum suis paratus ad incendia semper fuit.

Quem tum Sergius<sup>10</sup> ille tuus, quem Lollius, quem ceteræ pestes in lapidatione illa nominabant? quem annonam præstare<sup>11</sup> oportere dicebant? nonne me? quid? puerorum<sup>12</sup> illa concursatio nocturna tum<sup>13</sup> a te ipso instituta? Me frumentum flagitabant. Quasi vero ego aut rei<sup>14</sup> frumentariæ præfuisse, aut compressum<sup>15</sup> aliquod frumentum tenerem, aut in isto genere omnino quicquam, aut curatione, aut potestate valuisse. Sed homo ad cædem imminens, meum nomen operis<sup>16</sup> ediderat,<sup>17</sup> imperitis injecerat. Cum de mea dignitate in templo Jovis Optimi Maximi senatus frequentissimus, uno isto<sup>18</sup> dissentiente, decrevisset; subito, illo ipso die, carissimam annonam nec opinata<sup>19</sup> vilitas consecuta est. 15. Erant, qui Deos immortales (id quod ego sentio) numine suo redditum meum dicerent comprobasse. Nonnulli autem illam rem ad illam rationem<sup>20</sup> conjecturamque revocabant, qui,<sup>21</sup> quod in meo reditu spes otii et concordiæ sita videbatur, in discessu autem quotidianus seditionis timor, jam pæne belli depulso metu, commutatam esse annonam dicebant:<sup>22</sup> quæ quia rursus in meo reditu facta erat durior, a me, cujus adventu fore vilitatem boni viri dictitarant,<sup>23</sup> annona flagitabatur.

<sup>1</sup> *Subvenire inopiae.*

<sup>20</sup> *Absconditum.*

10 H S *Quem tu quoque Serg.*—11 Pro *tum*, qnod e conjectura dedit Eri, quem Wolf, Beck, et Schutz, secuti sunt, non habent Lamb. et Orell. *num ceteri.*—12 In x deest *rei*.—13 *Operariis* C H S x, Pall. aliquot, Ven. 1480, 1483. *peritis* Pal. 9. *obœratis* conjectit Gulielm.—14 C illo ipso, cur. ann. *inopinata*.—15 Eri. conjectit legend. nonnulli autem rem ad illam rat. Gesner. legi maluit nonnulli autem illam rem ad aliam rat.—16 Qui J. F. Gronovio suspectum est. In ed. Junct. revocabant. Quid quod.—17 Ms. Lamb. Barb. Ven. 1480. Naug. Hervag. Car. Steph. comm. ann. *esse dic.* In S deest *annonam*. Edd. nonnullæ *esse* omittunt, errore typographico.—18 Eri. e conjectura dedit *dictitatæ*.

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Puerorum*] Apposita fuerat multitudine puerorum et servorum, qui de caritate quererentur, et Ciceroni invidiam crearent, quasi calamitatis anchori.

<sup>2</sup> *Operis ediderat*] Per *operas*, homines *operarios* intelligit, per quos indicaverat Clodius Ciceronem anc-

torem esse *annonæ*; quia tanta eorum undequaque multitudine ad comitia, et ad legem de eo revocando jubendam confluxerat, ut multo gravior *annona* facta fuerit.

<sup>3</sup> *Uno isto*] Clodius semper Ciceronis dignitati opponebatur.

VII. Ego denique non solum ab operis<sup>19</sup> tuis, impulsu tuo, nominabar, sed etiam, depulsis<sup>20</sup> ac dissipatis tuis copiis, a populo Romano universo, qui tum in Capitolium conve- nerat, cum illo die minus valorem, nominatim in senatum vocabar.<sup>1</sup> 16. Veni expectatus. Multis sententiis jam dictis, rogatus sum sententiam. Dixi reipublicæ saluber- rimam, mihi necessariam.<sup>2</sup> Petebatur a me frumenti copia, annonæ vilitas; quasi possem aliquid in ea re gerenda: non habebatur.<sup>3</sup> Flagitabar bonorum expostulatione: im- proborum convicia sustinere non poteram. Delegavi amico<sup>x</sup> locupletiori, non quo illi, ita de me<sup>4</sup> merito, onus illud im- ponerem (succubuisse enim potius ipse); sed quia vide- bam id,<sup>5</sup> quod omnes: quod nos de Cn. Pompeio pollice- remur, id illum fide, consilio, virtute, auctoritate, felicitate denique sua facillime perfecturum.<sup>6</sup> 17. Itaque, sive hunc Dii immortales fructum mei redditus populo Romano<sup>7</sup> tribu- unt, ut quemadmodum discessu meo frugum inopia, fames, vastitas, cædes, incendia, rapinæ, scelerum impunitas, fuga, formido, discordia fuisset; sic reditu meo ubertas agrorum, frugum copia, spes otii, tranquillitas animorum, judicia, leges, concordia populi, senatus auctoritas, mecum simul reducta videantur; sive egomet aliquid adventu meo,



rant. Omnes aliæ edd. dictitabant. Dein, Pithœus conjectit legend. ann. flagellabatur.

CAP. VII. 19 C H S χ operariis.—20 Lamb. conjectit dispulsis.—1 T revoca- bar.—2 Salub. ac necess. C H S χ, Ven. 1480. 1483. probante Grævio: salub. ac mihi necess. Naug. et al.—3 Pal. aliquot non debebatur, nude Grut. olim conjectit annona debebatur: Pal. 9. omissa partic. quasi, habet possem aliquid mea regere accusatione habebar. In Pal. 8. emendatum est hærebatur. Franc. 1. non hærebatur. Unus Paris. partic. quasi omissa, possem aliquid in ea re ge- neratio non hærebatur. Lall. e conjectura Grævii recepit num poss. in ea re gerenda, ratio non hab. Ant. Augustinus conjectit gerenda: nominabar, flagita- bar, &c. Pantagathus ap. Ursin. quasi possem aliquid in ea re gerenda prae ceteris, aut, ut ex ante ced. verbi Ursini videtur colligi, gerenda bona prae ce- teris. Lambinus olim reposnerat, meæ valetudinis ratio non hærebatur. Qui- dam ap. eundem conjecterunt meæ personæ rat. non hab. Beck. legi mavult gerendæ ratio non hab. Vid. Nott. Varr.—4 In T deest me.—5 Hotom. censuit id redundare. Mox C et χ pollicemur.—6 T profecturum.—7 Lamb. Grut. et

## NOTÆ

<sup>x</sup> Delegavi amico] Pompeio munus annonæ commisit Cicero.

consilio, auctoritate, diligentia, pro tanto beneficio populi Romani præstare debui, præsto, promitto, spondeo : nihil dico amplius ; hoc, quod satis est huic tempori, dico, rem-publicam annonæ nomine, in id discrimen, quo vocabatur,<sup>8</sup> non esse venturam. **VIII. 18.** Num igitur in hoc officio, quod suit præcipue meum, sententia mea reprehenditur ?<sup>9</sup> Rem maximam eripui e peste<sup>10</sup> summi periculi, non solum eam, sed etiam vos a cæde, incendiis, vastitate ; nemo negat : cum ad causam caritatis accederet iste<sup>11</sup> speculator<sup>y</sup> communium miseriarum, qui semper in reipublicæ malis sceleris sui faces inflamarit.<sup>12</sup>

Negat oportuisse quicquam uni extra ordinem decerni.<sup>z</sup> Non jam tibi sic respondebo, ut ceteris ; Cn. Pompeio plurima,<sup>13</sup> periculosissima, maxima, terra marique bella extra ordinem esse<sup>14</sup> commissa ; quarum rerum si quem pœniteat, eum victoriæ populi Romani pœnitere.<sup>15</sup> Non ita tecum ago. **19.** Cum his hæc a me<sup>16</sup> haberi oratio potest, qui ita disputant, se, si qua res ad unum deferenda sit,<sup>17</sup> ad Cn.

---

*Ern. populi Romani. Omnes aliæ edd. et MSS. populo Romano.—8 Quod vocab. sex Oxonienses MSS. Ven. 1483. Naug. in quod vocab. Barb. et Ven. 1480.*

*CAP. VIII. 9 S reprehendatur.—10 MSS. plerique et edd. vett. cum Græv. Oliv. Lall. Wolf. Beck. Schutz. et Orell. a peste. Ms. Vict. et MSS. Lambini Rem maximam potuisse summi periculi non solum ea me, sed etiam a cæde, &c. Pal. 9. Rem maximam fuisse suum perieulum, non solum eam, sed etiam a cæde, &c. Lamb. dedit Non solum rem. max. eripui e peste summi perie., sed etiam vos. Gulielm. conjectit po. fuisse et summi perieuli non solum jam me, sed, &c.—11 Accedit et iste C H S X ψ, Franc. 1. Dresd. ed. Med. accedit et iste T et ed. 1472.—12 Lamb. inflammaret. Ern. conjectit scribendum inflammavit vel inflammaret : unde Schutz. dedit inflammavit, ut Wolf. volebat.—13 In Franc. 1. et Dresd. deest plurima.—14 Pro esse C H S T X, Barb. Dresd. ed. 1472. Ven. 1480. 1483. habent sunt. In Franc. 1. commissa sunt.—15 C H S T X, Franc. 1. Dresd. Ms. Hotomanni, Guelf. et edd. ante Vict. cum Græv. Wolf. Schutz. et Orell. necesse est pœnitere. Lamb. pœnitere necesse est. In Ms. Ursini legitur eum victoris populi Romani necesse est pœnitere.—16 C H S X omittunt voces a me. Tum, in C S X ratio. Mox, pro se C T X habent sed.—17 Res est ad unum def. Dresd. et ed. 1472. res ad unum est def. Barb. Ven. 1480.*

#### NOTÆ

<sup>y</sup> *Speculator*] Quia Clodium delectabat publica urbis calamitas, eum vocat speculatorem communium miseriarum, quod ex iis occasionem

tumultus excitandi nanciscebatur.

<sup>z</sup> *Extra ordinem decerni*] Extra ordinem fieri dicuntur, quæ legitimò et usitato ordine non observato fiunt.

Pompeium delatueros potissimum ;<sup>18</sup> sed se extra ordinem nihil cuiquam dare : [p. 217.] cum Pompeio datum sit, id se, pro dignitate hominis, ornare ac tueri solere.<sup>19</sup> Horum ego sententiam ne laudem, impediō Cn. Pompeii triumphis ;<sup>a</sup> quibus ille, cum esset<sup>20</sup> extra ordinem ad patriam defendendam vocatus, auxit nomen populi Romani, imperiumque honestavit : constantiam probo, qua mihi quoque utendum fuit,<sup>b</sup> quo ille auctore<sup>c</sup> extra ordinem bellum cum Mithridate Tigraneque gessit. 20. Sed cum illis tamen possum aliquid disputare : tua vero quae tanta impudentia est, ut audeas dicere, extra ordinem dari nihil cuiquam oportere ? qui cum lege nefaria<sup>d</sup> Ptolemæum,<sup>e</sup> regem Cypri, fratrem regis Alexandrini, eodem jure regnantem, causa incognita, publicasses,<sup>f</sup> populumque Romanum sceletere obligasses ; cum in ejus regnum, bona, fortunas, latrocinium<sup>15</sup> hujus imperii immisisses, cujus cum patre, avo, majoribus societas nobis et amicitia fuisset ; hujus pecuniæ deportandæ, et, si quis suum defenderet,<sup>2</sup> bello gerendo



1483. In  $\psi$  deferendum. Franc. 1. sit omittit.—18 Lamb. potiss. del.—19 C H S orn. et tueri sol. Tum, Ms. Lamb. Hor. autem sent.—20 In Manutii Comment. legitur tribus triumphis. Dein, Barb. et Ven. 1480. quibus cum ille esset.—1 Patrocinium MSS. omnes, Junt. Grnt. Oliv. latrocinium ceteri.—2 Si is suum jus def. Lamb. si quis suum jus def. C H S T  $\psi$  et edd. vett. paucæ

## NOTÆ

<sup>a</sup> Cn. Pompeii triumphis] Trinmphavit ex Hispania Pompeius, Ser-torio et Perpenna ; ex Africa, Hierba et Domitio ; ex Asia, Mithridate et Tigrane superatis.

<sup>b</sup> Utendum fuit] Cicero opus habuit patientia, ut committeret Pompeio negotium hoc necessarium, quia similes Clodio viri resistebant.

<sup>c</sup> Quo auctore] Cicero suasit ut Pompeius Mithridaticum bellum gereret, qua de causa habuit orationem pro Lege Manilia.

<sup>d</sup> Lege nefaria] Lex nefaria est, quæ lata est contra ius vel humanum vel divinum. Clodiu autem hic suomet facto refellit.

<sup>e</sup> Ptolemæum] Ptolemæus Ptolemai Anletis Ægypti regis frater fuit ; qui cum Catonem Clodii rogatione adversus se armatum venire andisset, vim non expectavit, sed veneno mortem sibi intulit. Id a Clodio factum est ulciscendæ injuriaæ causa, quod rex eum olim a piratis captum neglexisset.

<sup>f</sup> Publicasses] Clodius legem tulit, ut Cypri regnum, universaque Gaza regia publicaretur.

<sup>g</sup> Latrocinium] Vere ista publicatio latrocinium dici potest, quia contra fidem societatis patri et avo datau, bonis suis lege Clodii spoliatus est.

M. Catonem præfecisti.<sup>b</sup> 21. Dices, Quem virum? Sanctissimum, prudentissimum, fortissimum, amicissimum reipublicæ, virtute, consilio, ratione vitæ, mirabili<sup>3</sup> ad laudem, et prope singulari. Sed quid ad te,<sup>4</sup><sup>i</sup> qui negas esse verum, quenquam ulli rei publicæ extra ordinem præfici? ix. Atque in hoc solum inconstantiam redarguo tuam; qui in ipso Catone, quem tu non pro illius dignitate produxeras,<sup>n</sup> sed pro tuo scelere subduxeras;<sup>s</sup> quem<sup>k</sup> tuis Sergiis, Lollis, Titiis,<sup>6</sup> ceterisque cædis et incendiorum ducibus, objeceras; quem carnificem civium, quem indemnatorum necis principem, quem crudelitatis auctorem fuisse dixeras; ad hunc, honorem et imperium extra ordinem nominatim rogatione tua detulisti; et tanta fuisti intemperantia,<sup>1</sup> ut illius tui sceleris rationem occultare non posses. 22. Li-

<sup>n</sup> Nominaras palam.



enn Græv. Oliv. Lall. Vocem *ius* omittunt χ, Barb. Dresd. Franc. 1. edd. ante Ald. enm Ern. Wolf. Beck. Schutz. et Orell. Legendum conjectit Ern. si *is suum def.*—3 *Ratione, vita mirab.* C H S T χ ψ, Franc. 1. Barb. edd. 1472. Ven. 1480. 1483. Junt. Med. Oliv. *ratione vita, mirab.* Dresd. Ald. Vict. Maunt. Cam. Car. Steph. Lamb. Græv. Lall. Wolf. Beck. Schutz. et Orell. —4 Ern. legi maluit *quid id ad te.* Mox, pro *verum* Franc. 1. Dresd. ed. 1472. Med. habent *juris; χ et Barb. virum.* Tum, *H ulli negotio reip.* Denique *præfeci χ: præficiendum H.*

CAP. IX. 5 <sup>c</sup> *Qui in ipso Catone, quem . . . subduxeras]* Hic est vitium orationis, quod nemo vidit superiorum. Nihil est, quod respondeat verbis *qui in ipso Catone.* Aut excidit aliquid, ut *inconstans fuisti*, vel simile quid; aut *qui delendum* est. Deinde punctum scripsi post *subduxeras;* nam in seqq. plena et propria est sententia, *quem . . . objeceras, quem . . . dixeras: ad hunc, &c.* Ern. Post non H S, Ven. 1480. 1483. addunt modo. Ms. Lamb. Naug. Cam. et al. *quem tu in eo non, &c.* Pal. 9. *quem tu meo prod.* T caret particula negativa. In C *perduxeras: χ prædixeras.*—6 In C H S T χ, deest *Titiis.*—

#### NOTÆ

<sup>b</sup> *Præfecisti]* Extra ordinem Catonem huic expeditioni præfecit, cuius anuctoritate Clodius suum scelus tegebatur: ne vero Catonem læderet, in ejus landes excurrit occupatione.

<sup>i</sup> *Sed quid ad te?* Ait Cicero non excusari Clodium Catonis virtutibus, quod imperium extraordinarium ei dederit; sed prodere Clodiu suam inconstantiam, dum conqueritur decreum fuisse ejusmodi Pompeio im-

perium, quod ipse Catoni decrevit, non propter ejus virtutes, sed ut eum removeret a republica.

<sup>k</sup> *Quem]* Sententiam dixit de conjuratis ultimo supplicio afficiendis, quam senatus secutus est.

<sup>1</sup> *Intemperantia]* Intemperantia est rerum agendarum perturbatns ordo, qui maxime se prodit in Cladio, qui tam sceleratus fuit, ut Catonem amandarit a republica.

teras in concione recitasti, quas tibi a C. Cæsare missas dices: ‘Cæsar Pulchro: <sup>7</sup> cum etiam es argumentatus, amoris esse hoc signum, cum nominibus <sup>8</sup> tantum uteretur, neque ascriberet, ‘proconsul,’ <sup>9</sup> aut ‘tribuno plebis’: deinde gratulari tibi, quod idem in posterum M. Catonem tribunatu tuo removisses, <sup>10</sup> et quod idem in posterum de extraordinariis potestatibus libertatem ademisses. Quas aut nunquam tibi ille literas misit; aut, si misit, in concione recitari noluit: <sup>11</sup> <sup>m</sup> aut, sive ille misit, sive tu finxisti, certe consilium tuum de Catonis honore, illarum literarum recitatione patefactum est. Sed omitto Catonem, <sup>n</sup> cuius eximia virtus, dignitas, et in eo negotio, quod gessit, fides et continentia, tegere videntur <sup>12</sup> improbitatem et legis et actionis tuæ.<sup>o</sup> 23. Quid? homini <sup>13</sup> post homines <sup>p</sup> natos turpissimo, sceleratissimo, contaminatissimo, <sup>14</sup> quis illam

<sup>7</sup> Pro *Pulchro* in Barb. ed. 1472. Ven. 1480. Hervag. Lamb. legitur *P. Clodio*. —<sup>8</sup> Lamb. *quod nom.* prob. Wolfio. —<sup>9</sup> *Proconsuli* C S T χ, Barb. ed. 1472. Ven. 1480. Naug. Lamb. *proconsule* e Ms. Franc. edidit Grav. quem Oliv. Wolf. Lall. Beck. et Orell. scenti sunt: sic quoque in H et ψ. Vid. Nott. Varr. —<sup>10</sup> Verba *quod idem . . . removisses* in T desunt. Lamb. dedit *grat. tibi, quod M. Catonem a trib. &c.* Pro *idem* (posteriori loco), quod in ψ deest, Ursinus, Gulielm. Gesner. Ernest. maluerunt *eidem*. —<sup>11</sup> χ *voluit*. Pro aut Ern. conjectat *at legend.* ut est in ed. vet. ap. Wolf. —<sup>12</sup> C H S χ *videretur*. In H deest *et ante legis*. —<sup>13</sup> *Quis provinciam hom.* Junt. Lamb. Grut. *quis homini* Grav. Wolf. Beck. Schutz. et Orell. Pro *quid*, quod in S et edd. Rom. 1480. Brix. legitnr, H habet *qui*; C T χ ψ Dresd. Pall. plerique *quod*; Franc. I. Barb. ed. 1472. Ven. 1483. Lamb. Grav. Oliv. Lall. Wolf. Beck. Schutz. et Orell. *quis*. Post *quis* edd. vett. a Junt. usque ad Grav. enim Oliv. Lall. addunt *provinciam*, quod abest a Ms. omnibus. In Pal. 3. legitur *Quis hominum post, &c.* —<sup>14</sup> In T deest *contaminatissimo*. Mox, *optimam* C χ, Franc.

## NOTÆ

<sup>m</sup> *Recitari noluit*] Clodium adducit in invidiam, quod ad se scriptas a Cæsare literas divulgavit: nam habebatur injuriosum apud Romanos literas publicare. Certe Phil. II. Cic. ostendit Antonium fecisse contra bonos mores, quod literas, quas ei amici scriperat, aliis legendas dederit, postquam ei factus est inimicus.

<sup>n</sup> *Sed omitto Catonem*] Jam aliis exemplis aggreditur Clodium repre-

hendere, quæ interrogationibus et repetitionibus amplificat.

<sup>o</sup> *Legis et actionis tuæ*] Tulit Clodius ut M. Cato quæstor cum jure prætorio, adjecto etiam questore, mitteretur in insulam Cyprum, et regis Ptolemai bonis vendendis, et pecuniae deportandae præficeretur.

<sup>p</sup> *Homini post homines, &c.*] Gabiniū significat, enī Syriam provinciam decreverat Clodius.

opimam fertilemque Syriam, quis bellum pacatissimis<sup>15</sup> gentibus,<sup>q</sup> quis pecuniam<sup>r</sup> ad emendos agros constitutam, erexit vi ex Cæsaris rebus actis,<sup>16</sup> quis imperium infinitum<sup>s</sup> dedit? Cui quidem cum Ciliciam dedisses,<sup>17</sup> mutasti pactionem,<sup>t</sup> et Ciliciam ad prætorem item extra ordinem transtulisti; Gabinio, pretio amplificato,<sup>u</sup> Syriam nominatim dedisti. Quid? homini teturrimo, crudelissimo, fallacissimo,<sup>v</sup> omnium scelerum libidinumque maculis notatissimo, L. Pisoni, nonne nominatim populos liberos, multis senatusconsultis, etiam recenti lege generi<sup>w</sup> ipsius<sup>x</sup> liberatos, vincitos, et constrictos tradidisti?<sup>y</sup> nonne, cum ab eo merces tui beneficii, pretiumque<sup>z</sup> provinciæ, meo sanguine tibi esset persolutum, tamen ærarium cum eo partitus es? 24. Itane vero? tu provincias consulares,<sup>y</sup> quas C. Gracchus,<sup>i</sup> qui unus maxime popularis fuit, non modo non abstulit ab senatu, sed etiam, ut necesse esset quotannis constitui<sup>2</sup> per senatum, decreta<sup>3</sup> lege sanxit;

<sup>o</sup> Redegisti in servitutem.



1. Dresd. et edd. vett. nonnullæ.—15 Post pacatissimis Lambinus addidit inferendum.—16 Erupt. in Cæs. rebus actis Franc. I. erupt. Cæs. rebus actis Dresd. erupt. vi Cæs. rebus actis Barb. Ven. 1480. 1483. erupt. ex vi Cæs. rebus actis x, Pall. et Ms. Viet. unde Gruter. quærit annon legendum sit erupt. ex Sex. Cæs. rebus actis. Grævius conjectit erupt. vi Cæs. rebus. Lamb. dedit vi erupt. ex Cæs. rebus.—17 C dedisset: x dedisset.—18 C H S T x fallacissimo omittunt.—19 Soceri MSS. omnes, Junt. Grut. Græv. generi ceteri, e conjectura Mantonii.—20 C pretium.—1 Al. Gracchus semper.—2 T constare.—3 Hotom. aut

## NOTÆ

<sup>q</sup> Pacatissimis gentibus] Pacatae gentes dicuntur, a quibus nullum bellum metuitur, et quibuscum pax initia est.

<sup>r</sup> Quis pecuniam] Ex ærario publico pecuniam Gabinio et Pisoni dedit, qua emi dehebant agri Campani, lege Cæsaris populo dividendi.

<sup>s</sup> Imperium infinitum] Imperium infinitum dicitur, quod nullo termino circumscriptum est.

<sup>t</sup> Pactionem] Extra ordinem fecit pactionem.

<sup>u</sup> Amplificato] Majore quam pro Cilicia pretio, Gabinio Clodius Syriam dedit.

<sup>x</sup> Generi [socii] ipsius] Tulit legem Cæsar consul cum Bibulo, ut Achaia, Thessalia, cuncta Græcia liberæ essent; neque, in his, magistratibus pop. Rom. ius dicere liceret: at has provincias cum Macedonia Pisoni Clodius dedit.

<sup>y</sup> Provincias consulares] Dicuntur provincias consulares, quæ administrari a consulibus debebant.

[p. 218.] eas, lege Sempronia<sup>z</sup> per senatum decretas, rescidiſti? <sup>a</sup> extra ordinem, sine sorte, nominatim dedisti, non consulibus, sed reipublicæ pestibus? Nos, quod nominatim rei maximæ,<sup>p</sup> pæne jam desperatæ, summum virum sæpe ad extrema reipublicæ discrimina<sup>+</sup> delectum, præfecimus, a te reprehendemur? x. Quid tandem? si, quæ tum<sup>s</sup> illis reipublicæ tenebris,<sup>b</sup> cæcisque nubibus et procellis, (cum senatum a gubernaculis dejecisses, populum e navi exturbasses; ipse archipirata,<sup>c</sup> cum grege prædonum impurissimo, plenissimis velis navigares)<sup>d</sup> si, quæ tum promulgasti,<sup>e</sup> constituisti, promisisti, vendidisti, perferre potuisses, qui locus in orbe<sup>s</sup> terrarum vacuus extraordinariis fascibus<sup>d</sup> atque imperio Clodiano fuisset? 25. Sed excitatus aliquando Cn. Pompeii (dicam, ipso audiente, quod sensi, et sentio, quoquo animo me auditurus est<sup>g</sup>) excitatus,<sup>e</sup> inquam, aliquando Cn. Pompeii nimium diu

<sup>p</sup> Frumentariæ.



tollit decretal aut legi rogata vult. Tum, in S χ ψ, Franc. 1. Barb. Ven. 1480. 1483. Med. eas leges Sempronias: C H eas legē Sempronias: T eas lege Sempronia: Dresd. illas leges Sempronias: ed. 1472. eas leges sempiternas. Paulo post, pro decretis C et χ decreta. Vid. Nott. Varr.—4 Pro discriminū χ subsidia, et mox reprehenderemur.

CAP. X. 5 Pro quæ tum H habet tu quas; χψ quæ tu. Ante illis C H S T χψ, Junt. Lamb. Wolf. Beck. et Orell. addunt in.—6 χ ψ, Franc. 1. Dresd. et edd. vett. narigusses.—7 Franc. 1. permisisti. In Dresd. deest. Mox, perficere potuisti Franc. 1. Dresd. Barb. et edd. pleræque ante Lamb.—8 Franc. Dresd. Barb. sex Oxonn. MSS. ed. 1472. Ven. 1480. 1483. locus orbī. Garaton. conjectit locus orbis.—9 In S desunt verba dicam . . . auditurus est. Pro me

#### NOTÆ

<sup>z</sup> *Lege Sempronia]* Sempronius Græchus tulit, ut senatus quotannis ante comitia consularia, designandis consulibus provincias arbitratu suo decerneret, quas deinde ipsi designati inter se sortirentur: quod ante, vel post designatos, vel post initium consulatum facere solebat: præterea eum antea senatus decreto per tribunos intercedi posset, ne deinceps liceret.

<sup>a</sup> *Decretas rescidiſti]* Rescidit legem Sempronii Clodius, quia sine

sorte extra ordinem provincias scelearatis consulibus Pisoni et Gabinio dedit. Sorte autem provinciæ ducebantur.

<sup>b</sup> *Illiſ reipublicæ tenebris, &c.]* Per allegorias sumtas a tempestatibus tristem reipublicæ statum describit.

<sup>c</sup> *Archipirata]* Dux prædonum est archipirata.

<sup>d</sup> *Fascibus]* Magistratus intelligit, quibus fasces, insignia dignitatis, præferebantur.

<sup>e</sup> *Excitatus]* Pompeius veluti sopi-

reconditus, et penitus abstrusus animi dolor, subvenit subito reipublicæ,<sup>10</sup> civitatemque fractam malis, mutam, debilitatam,<sup>11</sup> abjectam metu, ad aliquam spem libertatis et pristinæ dignitatis erexit. Hic vir extra ordinem rei frumentariæ præficiendus non fuit? scilicet tu<sup>12</sup> helluoni<sup>f</sup> spurcissimo, prægustatori libidinum tuarum, homini egenissimo et facinorosissimo, Sex. Clodio,<sup>13</sup> socio tui sanguinis,<sup>g</sup> qui sua lingua etiam sororem tuam a te abalienavit,<sup>14</sup> omne frumentum privatum et publicum, omnes provincias frumentarias, omnes mancipes,<sup>h</sup> omnes horrorum claves lege tua<sup>i</sup> tradidisti. Qua ex re primum caritas nata est; deinde inopia. Impendebat fames, incendia, cædes,<sup>15</sup> direptio: imminebat tuus furor omnium fortunis et bonis. 26. Queritur etiam importuna pestis, ex ore<sup>k</sup>

CH χ ψ habent modo. Ante excitatus CH χ addunt vi.—10 C remp.—11 Mutatam ac debil. CH S T χ, Barb. Franc. 1. ed. 1472. Ven. 1480. 1483. Med. mutilatam vel mutilam Manut. corredit: nudatam conjectit Græv.—12 T caret tu. Pro spurcissimo Ms. Vict. purgalissimo; unde Lamb. conjectit impuratissimo, Gulielm. spurcatissimo.—13 Pro Clodio Pal. 9. Delio; Ms. Vict. Clælio; Dresd. Celio. Tum, Pantagathus malnit socio tui facinoris. In marg. ed. Gothofred. conjicitur socio, tuique sang.—14 C et χ alienavit.—15 Franc.

## NOTÆ

tus fuerat, cum Ciceronem deseruit, et abire permisit in exilium. Verum Pompeius cum vidisset frequentem senatum dissentiente nullo de ejus reditu retulisse, referente L. Mummo tribuno plebis, se accusans quod Ciceronem prodidisset, ut Plutarchus scribit, de illius reditu, amicorum opera adjutus, agere cœpit, resistente Cladio.

<sup>f</sup> Helluoni] Quia omnia consumit fœdissime, helluo dicitur.

<sup>g</sup> Socio tui sanguinis] Sextus Clodius socius fuit P. Clodio in turpi suæ sororis consuetudine.

<sup>h</sup> Omnes mancipes] ‘Manceps,’ inquit Festus, ‘dicitur, quod manus capiat. Manceps dicitur, qui quid a populo emit, conductive, quia manus sublata significat se auctorem em-

tionis esse: qui quidem præs dicitur, quia tam debet præstare populo quod promisit, quam qui pro eo præs faciunt est.’

<sup>i</sup> Lege tua] Tulit P. Clodius trib. pleb. Pisone et Gabinio coss. ut frumentum populo, quod ante senis æris ac trientibus in singulos modios dabatur, gratis daretur, et Sexto Clodio frumentaria procuratio mandaretur: atque ex illa lege adducendo in odium Clodio, concludit annonaæ caritatem natam esse.

<sup>k</sup> Ex ore] Queritur Clodius, ex impiudenti consilio, (per os autem impiudentiam saepe Cicero significat) e Sex. Clodii administratione erectam esse rem frumentariam, et datam Pompeio.

impurissimo Sex. Clodii rem frumentariam esse creptam, summisque in periculis, ejus viri auxilium implorasse rem-publicam,<sup>16</sup> a quo s<sup>a</sup>pe se et servatam et amplificatam esse meminisset. Extra ordinem ferri<sup>17</sup> nihil placet Clodio. Quid? de me quod tulisse te dicis, patricida,<sup>18</sup> fratricida, sororicida, nonne extra ordinem tulisti? An de peste<sup>9</sup> civis, quemadmodum omnes jam Dii<sup>m</sup> atque homines judicaverunt, conservatoris reipublicae, quemadmodum autem tute ipse confiteris, non modo indemnati, sed ne accusati quidem, licuit tibi ferre, non legem, sed nefarium privilegium,<sup>n</sup> lugente senatu, m<sup>o</sup>rentibus bonis omnibus, totius Italiae precibus repudiatis, oppressa captaque re-publica? mihi, populo Romano implorante, senatu poscente, temporibus reipublicae flagitantibus, non licuit de salute populi Romani sententiam dicere?<sup>19</sup> 27. Qua quidem in<sup>20</sup> sententia, si Cn. Pompeii dignitas aucta est, conjuncta cum utilitate communi, certe laudandus essem, si ejus dignitati suffragatus viderer, qui mea saluti opem et auxilium tulisset. xi. Desinant, desinant<sup>1</sup> homines, iisdem machinis,<sup>o</sup> sperare me restitutum posse labefactari, quibus

<sup>9</sup> De capite.

1. Impendebant cades, fames, incendia.—16 C x reip. Sex Oxonn. MSS. omit-tunt præpositionem ante quo. Dein, in T deest s<sup>a</sup>pe, atque etiam copula ante servatam.—17 T fieri. In C et H deest.—18 C paricida: Viet. Manut. paricida: x patricidia, fratricidia, sororicidia.—19 Ms. Gemb. de sal. publicam sent. dic. unde Grut. scribi maluit de sal. publica sent. dic.—20 Wolf. præpositionem ante sententia deleri mavult. Lambinus præpos. cum ante utilitate omisit. Ms. Barb. ita locum exhibit, Qua quidem in sent. sic Gn. Pomp. dign. aucta est, ut conj. sit cum util. comm. In Franc. 1. Dresd. ed. 1472. certe laud. essem . . . tulisset. Desinant.

#### NOTÆ

<sup>1</sup> Extra ordinem ferri] Accusat Clodium impudentiae singularis, qui nihil velit ferri extra ordinem, cum extra ordinem de Ciceronis exilio tulerit.

<sup>m</sup> Omnes Dii] Dii redditui Cicero-nis favere visi sunt, quia tunc viiorem annonam reddiderunt.

<sup>n</sup> Privilegium] Privilegium jussum populi est, aut plebis, rogante ma-

gistratu, non generale, neque de uni-versis civibus, sed de singulis con-ceptum, ut de imperio Pompeii, de reditu Ciceronis. Vide Gellium x. 20. illud antem frequentatione per dissolutionem amplificat.

<sup>o</sup>- Isdem machinis] Per machinas, columnias insidiosas intelligit.

antea stantem perculerunt.<sup>2</sup> p Quod enim par amicitiae<sup>q</sup> consularis<sup>3</sup> fuit unquam in hac civitate conjunctius, quam suimus inter nos, ego et Cn. Pompeius? quis apud populum Romanum de illius dignitate industrius,<sup>4</sup> quis senatui saepius dixit? qui tantus fuit labor, quae simultas, quae contentio, quam ego non pro illius dignitate suscepserim? qui ab illo in me honos, quae prædicatio de mea laude, quae remuneratio benevolentiae prætermissa est? 28. Hanc nostram conjunctionem, hanc conspirationem in republica bene gerenda, hanc jucundissimam vitæ atque officiorum omnium societatem, certi homines fictis sermonibus et falsis criminibus diremerunt;<sup>5</sup> cum iidem illum, ut me metueret,<sup>6</sup> me caveret, monerent; [p. 219.] iidem apud me, mihi illum esse<sup>7</sup> uni inimicissimum, dicerent; ut neque ego, ab illo quae mihi petenda essent, satis audaciter<sup>8</sup> petere possem; neque ille, tot suspicionibus certorum hominum et scelere exulceratus,<sup>9</sup> quae meum tempus<sup>r</sup> postularet, satis prolixe mihi polliceretur. 29. Data merces est<sup>s</sup> erroris mei magna, pontifices, ut me non solum pigeat stultitiae meæ, sed etiam pudeat; qui, cum me non repentinum aliquod meum tempus,<sup>10</sup> sed veteres multo ante suscepti et provisi labores, cum viro fortissimo et clarissimo conjunxissent, sim passus<sup>t</sup> a tali amicitia<sup>11</sup>



CAP. XI. 1 Desinat semel tantum legitur in C T.—2 ψ pertulerunt.—3 Consularis omittunt C H S T, Franc. 1. Dresd. Barb. et edd. pr.—4 C S χ, Manut. et Lamb. illustris, prob. Ern. Mox, Guelf. senatus: Lamb. in senatu, prob. Ern.—5 C dirimerint.—6 χ metuerent: ψ metuerunt. Lamb. metueret, sibi a me.—7 χ illum idem esse.—8 Al. andacter.—9 Sceleratus C χ: scelere exvisceratus Franc. 1. Dresd. ed. 1472. Mox, C et χ mecum tempus.—10 MSS.

## NOTÆ

<sup>p</sup> *Perculerunt*] A voce ‘percello,’ in præterito ‘percellui’ et ‘perculi.’ Proprie est de statu mentis dejicere.

<sup>q</sup> *Quod enim par amicitiae*] Suam cum Pompeio amicitiam ex signis commendat.

<sup>r</sup> *Meum tempus*] Adversum suum

tempus intelligit.

<sup>s</sup> *Data merces est*] Confitetur hic errorem suum, et pudere facti sui ostendit.

<sup>t</sup> *Sim passus*] Fictis et falsis sermonibus passus est se in errore in indui.

distrahi; neque intellexerim, quibus aut ut apertis<sup>12</sup> inimicis obsisterem, aut ut insidiosis amicis non crederem. Proinde desinant aliquando me iisdem inflammare<sup>13</sup> verbis: ‘Quid sibi iste vult?’<sup>14</sup> nescit, quantum auctoritate valeat, quas res gesserit, qua dignitate sit restitutus. Cur ornat eum, a quo desertus est?’<sup>15</sup> 30. Ego vero neque me tum desertum puto, sed pæne<sup>16</sup> deditum: nec, quæ sint in illa reipublicæ<sup>17</sup> flamma<sup>18</sup> gesta contra me, neque quomodo, neque per quos, patesciundum mihi esse arbitror. Si utile reipublicæ fuit, haurire<sup>19</sup> me unum pro omnibus illam indignissimam calamitatem; etiam hoc utile sit,<sup>20</sup> quorum id scelere conflatum sit, me occultare et tacere. Illud vero est hominis ingratii tacere. Itaque libentissime prædicabo, Cn. Pompeium studio et auctoritate, æque ut<sup>21</sup> unumquemque vestrum, opibus, contentione, precibus, periculis denique, præcipue pro salute mea laborasse. XII. Hic tuis, P. Lentule, cum tu nihil aliud, dies et noctes, nisi de salute mea cogitares, consiliis omnibus intersuit: hic tibi gravissimus auctor ad instituendam, fidelissimus socius ad comparandam, fortissimus adjutor ad rem perficiendam fuit: hic municipia<sup>22</sup> coloniasque adiit: hic Italiæ totius auxilium cupientis imploravit:<sup>23</sup> hic in senatu princeps sententiæ fuit: idemque cum dixisset,<sup>24</sup> tum etiam pro salute mea populum Romanum obsecravit. 31. Quare istam orationem, qua es usus,<sup>1</sup> omittas licet; post illam sententiam, quam dixeram<sup>2</sup> de annonâ, pontificum animos

<sup>1</sup> Incendio.<sup>2</sup> Pati.<sup>3</sup> Perorasset.

Lambini aliquod tempus meum.—11 Lamb. passus sim me a tali amie.—12 Naug. et Cam. apertissimis.—13 Inflare C H S χ, Barb. Dresd. MSS. Memorian. Ven. 1-183. Lamb.—14 Quidam ap. Lamb. pæna. Ursinus maluit plane.—15 C rep.—16 Lamb. utile est.—17 Sex Oxon. MSS. non agnoscant ut.

CAP. XII. 18 C municipias.—19 C et χ adorarit.—20 Quidam, teste Lamb., legunt cum dixit. Lallemando videtur deesse in concione; et Garaton. censet locum corruptum.—1 C S T χ est unus. Tum, Dresd. amillas.—2 Qui dix-

## NOTÆ

<sup>1</sup> Quid sibi iste vult] Id est, cur tal, cum ab ipso desertus sit? adeo Pompeium extollit? quid spec-

esse mutatos: perinde,<sup>3</sup> quasi isti aut de Cn. Pompeio aliter, atque ego existimo, sentiant; aut, quid mihi pro expectatione populi Romani, pro Cn. Pompeii meritis erga me, pro ratione mei temporis faciendum fuerit, ignorent: aut etiam, si cuius forte pontificis<sup>4</sup> animum (quod certo scio aliter esse) mea sententia offendit, alio modo sit constituturus,<sup>5</sup> aut de religione pontificum, aut de republica,<sup>6</sup> quam eum aut cærimoniarum jus, aut civitatis salus coegerit.

32. Intelligo, pontifices, me plura extra causam dixisse, quam aut opinio<sup>7</sup> tulerat, aut voluntas mea: sed cum me purgatum vobis esse cuperem, tum etiam vestra in me attente audiendo benignitas provexit orationem meam. Sed hoc compensabo brevitate ejus orationis, quæ pertinet ad ipsam cognitionem vestram:<sup>8</sup> quæ cum sit in jus religionis, et in jus reipublicæ distributa, religionis partem, quæ multo est verbosior, prætermittens,<sup>9</sup> de jure reipublicæ dicam. 33. Quid est enim aut tam arrogans, quam de religione, de rebus divinis,<sup>10</sup> cærimoniis, sacris, pontificum collegium docere conari; aut fam stultum, quam, si quis quid<sup>11</sup> in vestris libris invenerit, id narrare vobis; aut tam curiosum, quam ea scire velle, de quibus majores nostri vos solos et consuli et scire voluerunt? xiii. Nego potuisse jure pub-

---

eram C χ: qua dixeram H: quam qui dixeram ψ: qui dixerant Dresd. quam dixerim Lamb. In T illa verba omnino desunt.—3 S T χ, Vict. Manut. Lamb. proinde. Pro quasi in χ quas, et paulo post, pro Cn. Pompeio.—4 H et S pontifices. Mox, C, Franc. I. et ed. 1472. certe.—5 CS χ constitutus.—6 Aut de religione pontifex, aut de rep. civis e conjectura Gnielmi dederunt Beck. Schutz. et Orell. probb. Gruter. Garaton. Wolf. Pro pontificum T χ, Barb. Pall. plerique, Ven. 1480. et 1483. pontificis; Ms. Vict. et Pal. 9. pontifices. Pro verbis de rep. quam eum Ms. Vict. et Pall. habent de rep. cuiusquam; Barb. de republ. civis quam meum aut cær. sed in marg. ascribitur 'Alii cuiusquam.' C de reip. cuiusquam: H de reip. jure quam eum: S χ, Ven. 1483. de r. p. cuiusquam meum: T de rep. cuiusque meum: Ven. 1480. de rep. cuiusquam inets: aut cær. Denique in χ deest salus.—7 C H S ψ ut opinio: Franc. I. aut opinio nostra. Dein, tulerat e Franc. I. dederunt Græv. Lall. Ern. tulerit ceteri.—8 Lamb. e MSS. dedit ad causam cognitionemque vestram. In Barb. et Ven. 1480. ad ipsum rem cognitionemque vestram.—9 Lamb. e Ms. prætermittam.—10 Post divinis χ addit. dicere. Tum, Grævius e Ms. Franc. recepit de cærimoniis, sacris: Lall. de cærimoniis sacris. In Dresd. deest præpositio ante rebus divinis.—11 H S T χ si quis quod. Mox, C caret id.

lico,<sup>x</sup> legibus iis,<sup>12</sup> quibus hæc civitas utitur, quenquam civem ulla ejusmodi calamitate affici, sine judicio: hoc juris in hac civitate, etiam tum,<sup>13</sup> cum reges essent, dico fuisse; [p. 220.] hoc nobis esse a majoribus traditum; hoc esse denique proprium liberæ civitatis, ut nihil de capite civis, aut de bonis, sine judicio senatus, aut populi, aut eorum, qui de quaue re constituti judices sint, detrahi possit. 34. Videsne, me non<sup>14</sup> radicitus evellere omnes actiones tuas? neque illud agere, (quod apertum est) te omnino nihil gessisse jure, non fuisse tribunum plebis? hoc dico,<sup>15</sup> esse parricidium.<sup>y</sup> Dico apud pontifices: augures<sup>z</sup> adsunt: versor in medio jure publico. Quod<sup>16</sup> est, pontifices, jus adoptionis?<sup>a</sup> nempe ut is adoptet, qui neque

CAP. XIII. 12 C et H leg. his. Mox,  $\chi$  quemque civem.—13 In Ms. Lamb. deest *tum*.—14 Junt. et Lamb. *non* omittunt. Mox, pro *neque* Lamb. habet *me*.—15 In Pal. 9. desunt verba *hoc dico*, quæ Beck. uncis inclusit. MSS. in marg. ed. Lamb. ap. Orell. *hodie*. Tum, Hotom. e MSS. suis dedit *esse te patricium*: Manut. Græv. Lall. Beck. Schintz. et Orell. *esse patricium*, ut in Pal. 9. et duobus MSS. Pariss. Garatonus conjectit Ciceronem seipsisse *adhuc esse patricium*. In ed. Junt. legitur *non fuisse tribunatum plebis tuum, sed*

## NOTÆ

<sup>x</sup> *Jure publico*] Jus publicum est, quod ad statum reipublicæ Romanæ spectat, et quod in saeris, in sacerdotibns, in magistratibus consistit.

<sup>y</sup> *Esse parricidium*] Plerique codices habent *esse patricium*. Certe hanc vocem requirere videtur sententia: ostendit enim non esse legitimum Clodii tribunatum, utpote qui a patriciis descendit ad plebeios: nam inter leges sacras, hæc adeo custodita est, ut tribunatum nunquam patricii fere ceperint, nisi ad plebem, vel adoptione, vel alia fortasse ratione, (ut de Minutio Augurino traditum cum Plinio Livius) se contulerint.

<sup>z</sup> *Augures*] Augures primum a Romulo instituti et creati tres numero fuerunt, qui summ habuerunt collegium. Deinde quartus a Servio Tul-

lio additus est, tum plures diversis temporibus, adeo ut eorum numerus ad viginti quatuor pervenerit. Qui inter ceteros major, et reliquos ætate superabat, iisque præcerat, magister collegii dicebatur. Munus eorum fuit, ex avibus vaticinia observare, signaque rerum futurarn, et a Diis monita contemplari. Aderant antem et augures in hoc judicio, qui pontifices erant, quia hæc causa ad solos pontifices pertinebat.

<sup>a</sup> *Quod est, pontifices, jus adoptionis? &c.*] Ex hoc Ciceronis loco apparet, causas ante legitimas adoptionis quæri, de iisque pontificum collegium cognoscere oportuisse: quas si illi probassent, tum auctoribus pontificibus, lex curiata ad populum a magistratu aliquo, ut a consule, ferebatur: in qua ferenda omnia ser-

procreare jam liberos possit, et, cum potuerit, sit expertus.<sup>b</sup> Quæ deinde causa cuique sit adoptionis, quæ ratio generum ac dignitatis,<sup>c</sup> quæ sacrorum,<sup>d</sup> quæri a pontificum collegio solet. Quid est horum in ista adoptione quæsitus?<sup>e</sup> Adoptat annos viginti<sup>f</sup> natus, etiam minor, senatorem.<sup>g</sup> Liberorumne causa? At procreare potest: habet uxorem: suscepit<sup>h</sup> etiam liberos. Exhæredabit<sup>i</sup> igitur pater filium. Quid? sacra Clodiæ gentis<sup>j</sup> cur intereunt, quod<sup>k</sup> in te est? quæ<sup>l</sup> omnis notio<sup>m</sup> pontificum, cum adoptarere,<sup>n</sup> esse debuit. 35. Nisi forte ex te ita quæsitus est,<sup>o</sup> num perturbare<sup>p</sup> rempublicam seditionibus

\* Examinatum.

\* Totum collegium.

\*\*\*\*\*

*parricidium, hoc dico et dico apud pontif.*—16 C Quid.—17 C senatorum:  $\chi e$  natorum. Tum,  $\chi$  Liberorum causa. Pro At C habet Ac.—18 Schutz. e Pal. 9. et Erf. recepit suscipiet, probb. Grut. Garaton. et Wolf. Mox, *Exhereditavit* H S T, Pal. S. Dresd. Barb. Ven. 1480. 1483. Junt. *Exhereditavit* C  $\chi$  et Dresd.—19 H quo.—20 C H, Franc. Dresd. ed. 1472. quia. Dein, natio H T  $\chi$ , Franc. Dresd. ed. 1472. et alia.—1 S  $\psi$  et Ms. Lamb. *adoptare*: C *adoptant*: H T  $\chi$ , Franc. Dresd. Barb. et edd. vett. *adoptaret*.—2 C H T  $\chi \psi$

### NOTÆ

vari oportebat, quæ in ceteris feren-  
dis legibus de more servanda erant.  
Modestinus addit aliquid de ætate;  
nempe non tantum eum qui adoptat,  
sed et eum qui arrogat, majorem  
esse debere eo, quem sibi per adop-  
tionem, vel per arrogationem filium  
fecit; sed utique plena pubertate, id  
est decem et octo annis, eum præce-  
dere debere.

<sup>b</sup> *Sit expertus*] Debuit experiri,  
cum liberos procreare potuit, an re-  
vera potuerit.

<sup>c</sup> *Generum ac dignitatis*] Qui adop-  
tantur, amittunt nomen patrium, et  
nomen acepint ab iis a quibus  
adoptantur.

<sup>d</sup> *Quæ sacrorum*] Sacra privata gen-  
tis ejusque fuerunt; quare adopta-  
ti, qui in alterius gentem transibant,  
in ejus gentis sacra transire diceban-  
tur. Vide Val. Max. VII. 7.

<sup>e</sup> *Annos viginti*] Ab ætate repre-  
hendit adoptionem; Clodius enim  
major fuit natu Fonteio: ergo adop-  
tari ab eo non potuit.

<sup>f</sup> *Senatorem*] Ex dignitate senato-  
ria ætatem ejus arguit: nemo autem  
in senatu legebatur, nisi saltem an-  
num ætatis vigesimum septimum at-  
tingisset.

<sup>g</sup> *Exhæredabit*] Exhæredare, pro-  
prie est eum, qui ipso jure hæres de-  
signat<sup>u</sup>s erat, ab hæreditate remo-  
vere. Exhæredabit igitur, seu po-  
tius emancipabit pater adoptans fi-  
lium adoptivum Clodinm.

<sup>h</sup> *Sacra Clodiæ gentis*] Sacra patri-  
cia gentis a Clodio jam retineri non  
poterant: quia transierat ad sacra  
familiaæ Fonteii, qui plebeius erat.

<sup>i</sup> *Ex te ita quæsitus est*] Cum nulla  
esset ratio justa cur Clodius adopta-  
retur, eam refundit in seditiones quas

velles; et ob eam causam adoptari,<sup>3</sup> non ut filius esses, sed ut tribunus plebis fieres, et funditus everteres civitatem.<sup>4</sup> Respondisti, credo, te ita velle. Pontificibus bona causa visa est: approbaverunt. Non ætas ejus,<sup>5</sup> qui adoptabat, quæsita est, ut in<sup>5</sup> Cn. Aufidio, M. Pupio;<sup>1</sup> quorum uterque nostra memoria, summa senectute, alter Orestem, alter Pisonem adoptavit. Quas adoptiones, sicut alias innumerabiles, hæreditates nominis,<sup>m</sup> pecuniæ, sacrorum<sup>6</sup> secutæ sunt. Tu neque Fonteius es,<sup>n</sup> qui esse debebas; neque patris hæres;<sup>7</sup> neque, amissis sacriss<sup>p</sup> paternis, in hæc adoptiva<sup>q</sup> venisti.<sup>8</sup> Ita perturbatis sacriss, contaminatis gentibus,<sup>q</sup> et quam deseruisti,<sup>r</sup> et quam polluisti,<sup>s</sup> jure Quiritium<sup>t</sup> legitimo tutelarum et hæreditatum relicto,<sup>10</sup> factus es ejus filius contra fas, cuius per etatem pater esse potuisti.<sup>11</sup> XIV. 36. Dico apud ponti-

<sup>v</sup> In jus adoptionis.

-----

perturbari.—3 Ms. Vict. et Pal. 9. optari. Mox, in H et S deest partic. ut. Ante filius Pal. 9. et Ms. Vict. cum Beck. Schmitz. et Orell. addunt ejus, probb. Grunt. Garaton. et Ern. In ed. Hervag. legitur non ut filius ejus esses. —4 Lamb. fund. civ. evert. Mox, in C et X deest te.—5 C H S T ψ carent præpositione. Dein, iidem MSS. cum Lamb. habent Puppio.—6 In X deest sacrorum.—7 Hotom. conject legend. partis hæres.—8 X venistis.—9 Al. Quiritum.—10 Lamb. e Ms. derelicto.—11 T puter ejus esse pot.

#### NOTÆ

excitare in repnblca volebat.

<sup>k</sup> *Ætas ejus*] De Fonteii ætate loquitur, qui annos viginti tantum natus erat.

<sup>l</sup> *Cn. Aufidio, M. Pupio*] Cum illi duo adoptati sunt, eorum ætates quæsitæ sunt. Marcus autem ille Pupius Piso, biennio post Ciceronem, cum M. Messalla consul fuit.

<sup>m</sup> *Hæreditates nominis*] Triplex adoptionis jus edocet: qui enim adoptabatur, adoptivi patris prænomen, nomen, cognomen sic assumebat, ut suum dimittaxat nomen, idque inflexum atque immutatum, retinere: v. g. pro Octavius, Octavianus dicebatur.

<sup>n</sup> *Tu neque Fonteius es*] Ab illo

Fonteio adoptatus est Clodius.

<sup>o</sup> *Neque patris hæres*] Non erat patris hæres, quia jam emancipatus erat, et propterea exhæredatus.

<sup>p</sup> *Amissis sacriss*] Suos adhuc Clodius Deos Penates colebat.

<sup>q</sup> *Gentibus*] Clodiornm et Fonteiorum familias contaminavit Clodius.

<sup>r</sup> *Quam deseruisti*] Deseruit Clodius familiam paternam.

<sup>s</sup> *Polluisti*] Polluit familiam Fonteii, a quo adoptatus est.

<sup>t</sup> *Jure Quiritium*] Jus Quiritium dicebatur, quod civium Romanorum causa proprie ita institutum erat, ut peregrini omnes ejus plane expertes essent.

fices: nego, istam adoptionem pontificio jure esse<sup>12</sup> factam: <sup>u</sup> primum, quod hæc vestræ sunt ætates, ut is, qui te adoptavit,<sup>13</sup> vel filii tibi loco per ætatem esse potuerit; vel eo, quo fuit:<sup>14</sup> deinde quod causa quæri solet adoptandi, ut et<sup>15</sup> is adoptet, qui, quod natura jam assequi non potest, et<sup>16</sup> legitimo et pontificio jure quærat; et ita adoptet, ut ne quid aut de dignitate generum, aut de sacrorum religione minuatur: illud in primis, ne qua calumnia, ne qua fraus, ne quis dolus adhibeatur; ut hæc simulata adoptio<sup>17</sup> filii quam maxime veritatem illam<sup>18</sup> suscipiendorum liberorum imitata esse videatur. 37. Quæ major calumnia est, quam venire imberbein<sup>x</sup> adolescentulum,<sup>19</sup> bene valentem ac maritum;<sup>20</sup> dicere, filium senatorem populi Romani sibi velle adoptare; id autem scire et videre omnes, non ut ille filius instituatur,<sup>z</sup> sed ut e patriciis exeat, et<sup>y</sup> tribunus plebis fieri possit, idcirco adoptari? neque id obscure;

<sup>z</sup> Adoptetur.



CAP. XIV. 12 In C H S x deest esse. Mox, Lamb. quod ex. Pro sunt Ern. e conjectura, cum Wolf. Beck. Schutz. et Orell. dedit sint. In Dresden legitur quod hoc jure sit ætates: in ed. 1472. quod hæc vestræ jure sint ætates.—13 Post adoptavit Franc. 1. ed. 1472. Ven. 1480. Junct. Græv. Lall. Wolf. Beck. et Orell. addunt patris loco. Dein, Ms. Lamb. vel illi tibi loco: Franc. 1. Barb. ed. 1472. vel ille tibi loco filii: C H x, Ven. 1480. 1483. vel ille tibi loco.—14 MSS. nonnulli et edd. ante Grut. non habent verba vel eo quo fuit. In C H S x et al. vel eo quod fuit: Franc. 1. rel ea que fuit; unde Græv. conjectit legend. vel ea que solet. Vid. Nott. Varr. Mox, pro causa H habet ea. Tum, Grut. et Græv. soleat.—15 Sex Oxonn. MSS. copulam omittunt.—16 Sex Oxonn. MSS. Franc. 1. ed. 1472. Ven. 1480. 1483. Hervag. Naug. non agnoscent copulam ante legitimo, et eam deleverunt Græv. Wolf. Beck.—17 Pro adoptio Pal. 9. Gembl. habent aditio; Ms. Vict. adjectio; T, Franc. 1. Barb. adoptatio; Manut. 1583. susceptio; Beck. e conjectura Pautagathii adoptio: Gruter. conjectit adlectio, et Garaton. adgnatio.—18 H illa.—19 T invenire imberbem adolescentem. Lamb. 1566. et Gruter. imberbum.—20 Sex Oxonn. MSS. et ed. 1472. meritum. In Franc. 1. legitur ac maritum dici ejus filium sen. pop. Rom. sibi velle adopt. ed. 1472. ac meritum dicens Fulvium sen. pop. Rom. sibi filium velle adopt. Pro pop. Rom. in C equestrem r. x equi. r. Tum, Franc. 1. et ed. 1472. id autem scire et videre omnes possunt. Pro et ante videre Vict. et Manut. habent ut.—1 In C H x, Franc. 1. ed. 1472. deest

## NOTÆ

<sup>u</sup> Pontificio jure factam] Affert rationes quare hæc adoptio non sit facta jure pontificio, ideoque nulla sit.

<sup>x</sup> Imberbeni] Fonteum designat, qui juvenis filium senatorem adoptabat Clodium.

nam adoptatum emancipari statim,<sup>y</sup> ne sit ejus filius, qui adoptarit. Cur ergo adoptatur? probate<sup>z</sup> genus adoptionis: jam omnium sacra interierint, quorum custodes vos esse debetis; patricius nemo relinquetur.<sup>2</sup> Cur enim quisquam velit,<sup>3</sup> tribunum plebis se fieri non licere?<sup>4</sup> angustiorem<sup>a</sup> sibi esse petitionem consulatus? in sacerdotium<sup>b</sup> cum possit venire, quia<sup>5</sup> patricio non sit locus, non venire? Ut cuique aliquid<sup>a</sup> acciderit, quare commodius sit esse plebeium, simili ratione adoptabitur.<sup>6</sup> 38. Ita populus Romanus brevi tempore, neque regem sacrorum,<sup>c</sup> neque flamines,<sup>d</sup> nec Salios<sup>7 e</sup> habebit, nec ex parte dimidia reli-

<sup>a</sup> Quodeunque.

\*\*\*\*\*

copula ante tribunus.—2 Verba *Cur ergo adoptatur . . . relinquetur absunt a Franc.* 1. Dresd. T, Guelf. Barb. In  $\chi$  et al. *adoptat*: Pal. 9. *adoptabatur*: Ms. Viet. et Ms. ap. Lamb. *adoptabat*. *Pro jam in H nam.* Dein, *interierunt CHS*  $\chi$ , ed. Rom. 1471, aliaeque edd. vett. *Paulo post, ante patricius omnes* MSS. et edd. ante Lamb. cum Oliv. Lall. Wolf. Beck. et Orell. addunt *jam*. *Pro patricius S patrius*; Rom. 1471. Ven. 1480. 1483. *patrimus*.—3 Ern. e conjectura cum Beck. et Schutz. *velit*: *ceteri vellet*. *Pantagathus legi maluit volet*.—4 T omittit verba *non licere*.—5 H qua. *Tum, non is sit locus, vel non sit is locus*, C T  $\chi$   $\psi$ , Barb. Ven. 1480. Hervag. Naug. Junt. Græv. Wolf. Beck. et Orell.—6  $\chi$  *adoptabit*. Dein, nonnullæ edd. vett. *Itaque pop. Rom. In T desunt verba brevi tempore*.—7 Franc. et ed. 1472. *nec alias*: Lamb.

## NOTÆ

<sup>y</sup> *Emancipari statim*] Adoptatum emancipari statim, id est, emancipatus est statim atque adoptatus est. Emancipatio autem, et suitalis, ut dieunt jurisconsulti, et aguationis jus extinguit: quomodo ergo plebeius manebat, cuius agnatione nihil aliud esse videatur, quam gens? patet nimis aliud esse gentem, aliud agnationem; ut gens ad patriciorum et plebeiorum qualitatem referatur, agnatione vero ad propinquitatem,

<sup>z</sup> *Probate*] Si probetur haec adoptio a pontificibus, jam omnia familiarium sacra revertentur, quos tueri ad pontifices pertinet.

<sup>a</sup> *Angustiorem*] Angustior ideo est patricis, quam plebeii petitio consulatus, quia veteri jure duo patricii simul consules esse non poterant:

poterant vero duo plebeii.


<sup>b</sup> *In sacerdotium*] Per sacerdotium, munus sacerdotii intelligitur; atque, cum obtineri illa sacerdotia possint, quorum aditus patriciis non patet, neminem eis privari velle.

<sup>c</sup> *Regem sacrorum*] Rex sacrorum fuit sacrificulus sine imperio, solo nomine rex, quod sacra, quæ penes reges erant, obibat.

<sup>d</sup> *Neque flamines*] Tres sacerdotes fuere flamines; alter Jovis, alter Quirini, Martis ultimus. Flamines porro dieti sunt a 'flameo,' hoc est, velamento capitis, quo utebantur. Id autem 'flameum' vocatum a flameo colore: hujus vero coloris erat, quia erant sacerdotes Jovis tonantis, cui is color convenit. Vide Festum.

<sup>e</sup> *Salios*] Salii fuere Martis sacer-

quos sacerdotes, neque auctores centuriatorum<sup>f</sup> et curiaturum<sup>g</sup> comitiorum: auspiciaque<sup>h</sup> populi Romani, si magistratus patricii creati non sint, intereant necesse est, cum interrex<sup>i</sup> nullus sit, quod et ipsum patricium esse, et a patricio prodi, necesse est. [p. 221.] Dixi apud pontifices, istam adoptionem nullo decreto hujus collegii probatam, contra omne pontificium jus factam, pro nihilo esse habendam: qua sublata, intelligis, totum tribunatum tuum concidisse. xv. 39. Venio ad augures; quorum ego libros, si qui sunt reconditi, non scrutor: non sum in exquirendo jure augurum curiosus:<sup>j</sup> hæc, quæ una cum populo didici, quæ sæpe in concionibus<sup>k</sup> responsa sunt, novi. Negant fas esse agi cum populo,<sup>l</sup> cum<sup>m</sup> de cœlo servatum sit. Quo die de te lex curiata<sup>n</sup> lata esse dicatur, audes negare de cœlo esse servatum?<sup>o</sup> Adest præsens vir singu-



*neque salios.* In Dresd. verba *nec salios habebit* omittuntur. Mox, ψ *ex ea parte.*  
—8 χ *interim.*

CAP. XV. 9 ψ *curiosius.* Mox, H S dici.—10 In C et T deest *cum.*—11

#### NOTÆ

dotes numero duodecim ex patriciis. A Salio autem ‘Salii’ dicti sunt, quod ancilia per urbem gestantes salire soliti essent. Vid. Varr. de L. L. lib. IV.

<sup>f</sup> *Auctores centuriatorum]* Ii dicebantur auctores, qui ea probabant quæ centuriatis et curiatis comitiis fiebant, quos ex antiquo more, cum senatus e solis patriciis constabat, patricios fuisse oportuit. De comitiis illis fuse dictum est in orat. pro Rabirio § 11. not.

<sup>g</sup> *Curiatorum]* Curiatorum comitiorum species et imago quædam, triginta lictoribus curias representantibus, auspiciorum causa remanserat.

<sup>h</sup> *Auspiciaque]* Penes patricios magistratus auspicia fnere.

<sup>i</sup> *Interrex]* Cum sine summo imperio civitas esset, tum et patricius, et

a patriciis interrex prodebatur, qui dies duntaxat quinque imperium obtineret; a quo alias deinde creabatur, in dies alteros quinque; itemque alias atque alias eodem modo, dum consules creari possent.

<sup>k</sup> *Sæpe in concionibus]* Mos fuit, ut qui quid per auspicia improbare vellet, is angues, et eum, qui cum auguribus de cœlo servarat, in concionem productos interrogaret, ecquid signi animadvertisserent.

<sup>l</sup> *Agì cum populo]* Agi cum populo, id est, creare magistratus suffragiis populi. Creare vero magistratus fas non erat, quando de cœlo observatum erat, et cum adversa erant auguria.

<sup>m</sup> *Lex curiata]* Julius Cæsar legem comitiis curiatis tulerat, ut Clodium a plebeio adoptari liceat.

lari virtute, constantia, gravitate præditus, M. Bibulus: hunc consulem illo ipso die contendo servasse de cœlo. Infirma sunt<sup>a</sup> igitur, tua sententia,<sup>12</sup> acta C. Cæsaris, viri fortissimi? Minime. Neque enim mea jam quicquam interest, exceptis his<sup>13</sup> telis,<sup>b</sup> quæ ex illius actionibus<sup>c</sup> in meum corpus<sup>d</sup> immissa sunt. 40. Sed hæc de auspiciis, quæ ego nunc perbreviter attingo, acta sunt a te. Tu, tuo præcipitante jam, et<sup>14</sup> debilitato tribunatu, auspiciorum patronus<sup>e</sup> subito extitisti: tu M. Bibulum in concionem,<sup>15</sup> tu augures produxisti: te interrogante augures responderunt, cum de cœlo servatum sit, cum populo agi non posse: tibi M. Bibulus quærenti, se de cœlo servasse respondit: idemque in concione dixit, ab Appio,<sup>16</sup> fratre tuo, productus, te omnino, quod contra auspicia adoptatus essem, tribunum plebis<sup>17</sup> non fuisse. Tua denique omnis actio posterioribus mensibus fuit: <sup>e</sup> omnia, quæ C. Cæsar egisset, quæ<sup>18</sup> contra auspicia essent acta, per senatum rescindi oportere; quod si fieret, dicebas, te tuis humeris me custodem urbis in urbem relaturum. Videte hominis amentiam, ubi<sup>19</sup> per suum tribunatum Cæsaris actis illi-

<sup>b</sup> *Calumniis.*      <sup>c</sup> *Actis.*      <sup>d</sup> *Meam famam.*

<sup>e</sup> *Egisti per tres illos menses posteriores.*

---

*X de Cælio esse negatum: et Franc. 1. At est præs. vir.—12 In C H S T χ, Barb. Dresd. Pall. et edd. pr. deest sententia. Ab Ald. etiam tua abest. Pro acta C facta. Lamb. dedit acta, tua sententia.—13 Lamb. iis.—14 C H S χ copulam omittunt.—15 In concione C H S χ, Franc. 1. Barb. Dresd. Rom. 1471. ed. 1472. Ven. 1480. 1483. Cam. Mannt. Græv. Wolf. Beck. et Orell. Mox. Lamb. tibi interroganti.—16 Opinio C χ: Oppio optima H: Opinio S et ed. 1472.—17 In C H S χ ψ, Franc. 1. Dresd. Barb. et nonnullis edd. vett. deest plebis. Ven. 1480. tribunum plebem. Ed. 1472. verba trib. pl. post fuisse ponit.—18 Quinque Oxoni. MSS. et MSS. Lambini, cum Lamb. Græv. Oliv. Lall. Wolf. Beck. et Orell. quod. Augnstinns conjecit quia legend.—19 C H T χ, Dresd. Barb. Franc. ed. 1472. Ven. 1480. ut. Junct. qui, ut volebat Ern. In Ven. 1483. deest. Lamb. dedit Vid. hom. amentiam, qui perire suum*

## NOTÆ

<sup>a</sup> *Infirma sunt]* Objectio Clodii, qua in Ciceronem Cæsaris invidia accenditur.

<sup>o</sup> *Auspiciorum patronus]* Cum desi-

neret proxime Clodii tribunatus, quæ contra auspicia facta fuerant a Cæsare, rescindere voluit.

gatus<sup>f</sup> teneretur. 41. Si et sacrorum jure pontifices, et auspiciorum religione augures totum evertunt<sup>20</sup> tribunatum tuum, quid quæris amplius? an etiam apertius aliquod jus populi atque legum? XVI. Hora fortasse<sup>1</sup> sexta diei questus sum in judicio, cum C. Antonium, collegam<sup>p</sup> meum, defendere, quædam de republica, quæ mihi visa sunt ad illius miseri causam pertinere. Hæc homines improbi ad quosdam viros fortes<sup>q</sup> longe aliter, atque a me dicta erant, detulerunt. Hora nona, illo ipso die, tu es adoptatus. Si quod in ceteris legibus trinum nundinum<sup>r</sup> esse oportet, id in adoptione satis est, trium esse horarum; nihil reprehendo. Sin eadem observanda sunt; si decrevit<sup>2</sup> senatus, M. Drusi legibus,<sup>s</sup> quæ contra legem Cæciliam et Didiam<sup>t</sup> latæ essent, populum non teneri; 42. jam intelligis, omni genere juris, quod in sacris, quod in auspiciis, quod in legibus sit, te tribunum plebis non fuisse.<sup>3</sup> Atque ego<sup>4</sup>

*f Conunctus.*

\*\*\*\*\*

*tribunatum tum demum voluerit, ubi per suum trib.* In χ, Barb. ed. 1472. Ven. 1480. deest præpositio ante suum. Mox, alligatus C H S χ et nonnullæ edd. vett. In ed. Junt. legitnr qui suum tribunatum, Cæsaris actis irritatis tueretur. —20 C H T χ ψ, Franc. Barb. ed. Rom. Ven. 1480. 1483. vertunt.

CAP. XVI. 1 Pro fortasse Lamb. edidit circiter.—2 χ ψ, Junt. Lamb. Grnt. si omittunt. Pantagathus correxit *observ.*, sicut *decr.*—3 Post fuisse edd. nonnullæ interrogationis notam ponunt.—4 T, Barb. Ven. 1480. *At ego;*

#### NOTÆ

<sup>p</sup> *Antonium collegam*] Antonius ille, qui collega Ciceronis in consulatu fuerat, de vi à M. Cœlio accusatus et damnatus est.

<sup>q</sup> *Viros fortes*] C. Cæsarem significat, qui legem curiatam de Clodii adoptione consul tulit, ut ille tribunus plebis deinde factus, Ciceronem in exilium pelleret. Vide Sueton. in Jul.

<sup>r</sup> *Trinum nundinum*] Lex nulla fe-rebatur, nisi promulgata populo per tres nundinas fuisset: at Cæsar legem curiatam de adoptione Clodii tribus horis pertulit.

<sup>s</sup> *M. Drusi legibus*] M. Drusus, tribunus plebis, multas leges tolerat:

at Philippus consul, qui ei inimicus erat, obtinuit a senatu, ut leges ejus omnes uno senatusconsulto tollerentur: decretum est enim contra auspicia latas esse, neque iis teneri populum.

<sup>t</sup> *Cæciliam et Didiam*] Tulerunt Q. Cæcilis Metellus et T. Didius coss. anno 655. ne multis de rebus conjunctim una rogatione ad populum ferretur, ne populo necesse esset, in conjunctis rebus compluribus, aut id quod nollet accipere, aut id quod vellet repudiare: item ut in legibus promulgandis tripundinum servaretur.

hoc totum<sup>u</sup> non sine causa relinquō. Video enim quos-dam clarissimos viros,<sup>x</sup> principes civitatis, aliquot locis judicasse, te cum plebe jure<sup>s</sup> agere potuisse; qui etiam de me ipso,<sup>6</sup> cum tua rogatione<sup>y</sup> funere<sup>7</sup> elatam rempublicam esse dicerent,<sup>8</sup> tamen id funus, etsi miserum atque acerbum fuisset, jure indictum esse dicebant; [quod de me civi,<sup>9</sup> ac de republica bene merito, tulisses, funestum funus te indixisse reipublicæ; quod salvis auspiciis tulisses, jure egisse dicebant.] Quare licebit,<sup>10</sup> ut opinor, nobis, eas actiones<sup>z</sup> non infirmare, quibus illi actionibus constitutum tribunatum tuum comprobaverunt.<sup>11 a</sup>

43. Fueris sane<sup>12</sup> tribunus plebis tam jure<sup>b</sup> ac lege,<sup>c</sup> quam fuit hic ipse Rullus,<sup>13</sup> vir omnibus rebus claris-

---

et sic in marg. Ms. ap. Lamb. Mox, in H S χ ψ deest non.—5 Franc. 1. non habet *jure*.—6 In χ ψ de meo ipso.—7 Funere Ernesto suspectum est.—8 H S χ ψ dicarem.—9 Græv. et al. cive. Mox, C reip. Post merito Lamb. addit civi. Tum, C S χ ψ tulisse. Profunestum, H S T χ ψ, Franc. Dresd. Barb. et edd. pr. funeste. Lamb. delevit. Orell. uncis inelusit. Denique, χ habet induxisse. Verba *quod de me . . . dicebant* Ernesto suspecta sunt, et absunt a Ms. Guelf.—10 Ms. Car. Steph. licebat. Dein, C H S T χ ejus actiones. T caret *non ante infirmare*.—11 Ven. 1480. *tribunalum tum non compr.*—12 Pro sane in Guelf. tamen, prob. Ern. Mox, H mihi *jure*: S T χ ψ, Barb. edd. Rom. Ven. 1480. 1483. *in jure*. Dein, *tam lege* Lamb. *legeque* Car. Steph. *quem in lege* T et Barb. *ac lege e conjectura dederunt* Ern. et Schutz. *quam lege* ceteri.—13 Rullius C H S χ. Rom. Ven. 1480. 1483.

## NOTÆ

<sup>u</sup> *Hoc totum*] Ait omnes rationes omittere, quare tribunus plebis revera Clodius non fuerit.

<sup>x</sup> *Clarissimos viros*] Catonem significat, qui Clodii tribunatu*m* favebat, a quo missus fuerat in Cyprum insulam. Contendebat igitur ille Clodium jure agere potuisse, quasi tum de celo servatum non fuisset.

<sup>y</sup> *Tua rogatione*] Fatebantur quidem agi de reipublicæ funere, eum rogationem Clodius contra Ciceronem proposuit, quo tota illa nitebatur; at eam proposuisse legitimate, quia salva erant auspicia; quæ si negasset Cato, legem Clodiā de Ciccone latam sustulisset.

<sup>z</sup> *Eas actiones*] Intelligit leges a Cæsare latas, inter quas curiata fuit.

<sup>a</sup> *Comprobaverunt*] Negaverunt leges Cæsaris contra auspicia latas esse, ut Clodii tribunatum, et cum eo suas ipsi actiones constituerent.

<sup>b</sup> *Tam jure*] Transit jam per concessionem ad statum proprium eausæ, vultque Clodiu*m* tam jure sacrorum et anspiciorum factum esse tribunum plebis quam Rullum, qui hnic iudicio præsens erat inter pontifices.

<sup>c</sup> *Lege*] Nulla per trinundinum lege promulgata, Cicero abire in exilium a Clodio compulsus est, licet indemnatus.

simus<sup>14</sup> atque amplissimus: quo jure, quo more, quo exemplo legem nominatim de capite civis indemnati tulisti? **XVII.** Vetant leges sacratae,<sup>d</sup> vetant XII tabulae, leges privis<sup>15</sup> hominibus irrogari: id est enim privilegium.<sup>e</sup> Nemo unquam tulit: [p. 222.] nihil est<sup>16</sup> crudelius, nihil perniciosius, nihil quod minus haec civitas ferre possit. Proscriptionis miserrimum nomen illud, et omnis acerbitas Sullani temporis,<sup>f</sup> quid habet, quod maxime sit insigne ad memoriam crudelitatis? opinor, poenam in cives Romanos nominatim sine judicio constitutam. 44. Hanc vos igitur,<sup>17</sup> pontifices, judicio atque auctoritate vestra tribuno plebis potestatem dabitis, ut proscribere possit, quos velit? Quæro<sup>18</sup> enim, quid sit aliud proscribere. ‘Velitis, jubeatis, ut M. Tullius in civitate ne sit, bona que ejus ut mea<sup>19</sup> sint.’ Ita enim fecit, etsi aliis verbis tulit. Hoc plebiscitum<sup>20g</sup> est? haec lex? haec rogatio est? hoc vos pati potestis? hoc ferre<sup>1</sup> civitas, ut singuli cives singulis versi-

Franc. Ms. Car. Steph. ed. 1472. *Tulius* Dresd. Barb.—14 χ clarissimis. In T desunt verba atque amplissimus. Tam, C χ qui jure.

**CAP. XVII.** 15 *Privatas* Lamb. *privis* e conjectura Scaligeri ad Festum in ‘*Privos*’ deduxit Ern. Wolf. Beck. Schütz. et Orell. *privatis* ceteri. Ante hominibus sex Oxoni. MSS. Barb. Rom. Ven. 1480. 1483. addunt in. *Fortassis*, inquit Garaton., aliquis voluit *privatos in homines*. In H superser. *abrogari*.—16 Franc. I. est omittit.—17 Franc. I. Dresden. Barb. ergo.—18 ψ *Quære*. Pro quid in χ qui.—19 Verba ut mea in T desunt. H χ ψ tantum ut omittunt.—20 *Plebecitum* Rom. *plebescitum* Ven. 1480. 1483. *per plebem scitum*

## NOTÆ

<sup>d</sup> *Leges sacratae*] *Sacratae* leges dicebantur, inquit Festus, quibus sanctum erat, ut si quis adversus eas fecisset, sacer alicui Deorum esset. Inter antem illas leges, haec præcipua fuit, ‘ut neque privilegium irrogari, neque de capite civis, nisi comitiis centuriatis, rogari liceret.’

<sup>e</sup> *Privilegium*] Privilegium jussus est populi ant plebis, rogante magistratu, non generalis, neque de universis civibus, sed de singulis conceptus, ut de exilio Ciceronis.

<sup>f</sup> *Sullani temporis*] Sulla dictatore,

nulla lex servabatur; sed per summum nefas eo volente et jubente, cives Romani ejiciebantur, proscriptabantur, &c. quæ crudelitas a Clodio renovatur.

<sup>g</sup> *Plebiscitum*] Plebiscitum est id quod plebs Romana, tribunno plebis rogante, tribuntis tantum comitiis constituebat. Lex vero a majoribus magistratibus cerebatur, et a toto populo comitiis centuriatis. Invehitur autem in illud plebiscitum tanquam non legitimum, quod a Clodio contra se Ciceronem prolatum est.

culis e civitate tollantur? Evidem jam perfunctus sum: nullam vim, nullum impetum metuo: explevi animos invidorum: placavi odia improborum: saturavi etiam perfidiam et scelus proditorum: denique de mea causa, quæ videbatur perditis civibus ad invidiam esse proposita, jam omnes urbes, omnes ordines, omnes Dii atque homines judicaverunt. 45. Vobis metipsis, pontifices, et vestris liberis, ceterisque civibus, pro vestra auctoritate et sapientia consulere debetis. Nam, cum tam moderata judicia populi sint a majoribus constituta, primum, ut ne poena capitis cum pecunia conjungatur; deinde, ne, nisi prodicta<sup>3</sup> die,<sup>4</sup> quis accusetur; ut ter ante<sup>5</sup> magistratus<sup>6</sup> accuset, intermissa<sup>7</sup> die, quam<sup>8</sup> mulctam irroget,<sup>9</sup> aut judicet: quarta sit accusatio<sup>10</sup> trinum nundinum prodicta<sup>11</sup> die, qua die judicium sit futurum; tum multa<sup>12</sup> etiam ad placandum, atque ad misericordiam reis<sup>13</sup> concessa sunt; deinde exorabilis populus,<sup>14</sup> facilis suffragatio pro salute; denique etiam si qua res illum diem,<sup>15</sup> aut auspiciis,<sup>16</sup> aut excusa-

<sup>8</sup> Constituta ante die.<sup>9</sup> Interposita.

Barb.—1 C ferret.—2 Verba placari odia improb. tres MSS. ap. Lamb. omittant.—3 Loco nisi prodicta C H S χ habent pro indicta; Barb. Pall. plequire, Rom. Ven. 1480, 1483. ne prouindicta; Pal. 9. dcinde prouindicta; Ms. Vict. ne in prædicta; Franc. 1. nisi indicta; Dresd. prodicta, omisso nisi; ed. 1472. nisi, pro indicta; Nang. et Hotom. nisi prædicta.—4 Ald. tertio ut ante mag. Franc. 1. Dresd. ed. 1472. ut cum ante mag. In edd. vett. nonnullis deest ter. Pro accuset Lamb. dedit citet.—5 Franc. 1. quæ; Dresd. qui.—6 Franc. 1. trinundinum, et χ pro dicta. Nang. prodicta; al. prædicta. Tum, C quo die: in H et S desunt.—7 Ven. 1480. Nang. et al. cum multa.—8 Ad misorecedendum jam reis Franc. 1. miscendum jam reis Dresd. ad miserendum jam reis ed. 1472. Dein, MSS. nonnulli et edd. ante Lamb. conc. sint:

## NOTE

<sup>b</sup> Ter ante] Accusatio trinundinum durabat.

<sup>i</sup> Mulctam irroget] Irrogare mulctam, est rogare populum, ut mulctam alicui velit imponere. Irrogabant antem soli magistratus.

<sup>k</sup> Quarta sit accusatio] Quarta die post trinundinum dies præstituebatur, qua die apud populum rens ac-

cusandus erat.

<sup>1</sup> Exorabilis populus] Populus facile flectitur erga miseros. Profert hic multa Cicero, quibus severitas judiciorum mitigatur.

<sup>m</sup> Auspiciis] Auspicia populi judicium tollebant, si quis obnuntiasset; quia sic quoque cum populo agebatur.

tione,<sup>10</sup> sustulit, tota causa<sup>o</sup> judiciumque sublatum est. XVIII. 46. Hæc cum ita sint in re,<sup>11</sup> ubi crimen est, ubi accusator, ubi testes; quid indignius, quam, qui neque adesse sit jussus, neque citatus, neque accusatus, de ejus capite, liberis, fortunis omnibus, conductos,<sup>p</sup> sicarios,<sup>12</sup> egentes, et perditos suffragium ferre, et eam legem putare? At,<sup>13</sup> si hoc de me potuit,<sup>q</sup> quem honos,<sup>i</sup> quem dignitas,<sup>14</sup> quem causa, quem respublica tuebatur, cuius denique pecunia non expetebatur,<sup>15</sup> cui nihil oberat præter conversionem status et inclinationem<sup>k</sup> communium temporum; quid tandem futurum est iis,<sup>16</sup> quorum vita remota ab honore populari et ab hac illustri gratia est, pecuniæ autem tantæ sunt, ut eas nimium multi, egentes, sumtuosi, nobiles concupiscant? 47. Date hanc tribuno plebis licentiam, et intuemini paulisper<sup>17</sup> animis juventutem, et eos maxime, qui imminere jam cupiditate videntur in tribuniciam potestatem: collegia, medius fidius, tribunorum plebis tota repe-

<sup>i</sup> *Magistratus.*

<sup>k</sup> *Mutationem.*

ed. 1472. *conc. sit.*—9 Lamb. *legi manu illam diem.*—10 Lamb. *aut recusatione.*

CAP. XVIII. 11 Lamb. *Hæc cum ita sint constituta jure:* Barb. *Hæc cum ita sint in re:* Edd. pleræque notas interrogationis ponunt post verba *crimen est, accusator, testes.* Vid. Nott. Varr.—12 *Ante sicarios χψ* et edd. vett. addunt *et;* Barb. Dresd. Guelf. *ut.* Hinc Garaton. conjecit scriptum fuisse *conductos fures, sic.* Græv. Oliv. Lall. deleverunt comma post *conductos.*—13 C H S χψ Ac. *Tum, si hæc H S T χψ.*—14 *Pro dignitas in Franc. I. civitas.*—15 Franc. I. Barb. Ms. Car. Steph. ed. 1472. *expectabatur.*—16 C his. Mox χ suspiciosi..—17 Barb. Ms. ap. Græv. ed. 1472. et Græv. omittunt

#### NOTÆ

<sup>o</sup> *Excusione]* Moris fuit ut reipublicæ sæpe vel morbi vel alterius rei excusatio permitteretur.

<sup>o</sup> *Tota causa]* Si vel auspiciis vel aliqua excusatione evitabatur dicta die judicium, in eo judicio, et illa tota accusatione nihil actum videbatur: quare accusatori novum de integro judicium altero trinundino instituendum erat.

<sup>p</sup> *Conductos]* Conqueritar de judi-

cio quod contra se factum est, in quo nulla lege citatus est et accusatus: quodque, cum homines mercede conducti, sicarii, egeni de se suffragium tulevint, tamen de se legem latam esse Clodius contendat.

<sup>q</sup> *At si hoc de me potuit]* Argumento utitur a comparatione ex minore, ut ostendat quam periculosum sit ejusmodi judicium.

rientur, hoc jure firmato,<sup>r</sup> quæ<sup>18</sup> coëant de hominum locupletissimorum bonis, præda præsertim populari et spe largitionis oblata.

At quid<sup>19</sup> tulit legum scriptor peritus et callidus? 'Velitis, jubeatis, ut M. Tullio aqua et igni<sup>20</sup> interdicatur?'<sup>s</sup> Crudele, nefarium, ne<sup>t</sup> in sceleratissimo quidem civi<sup>z</sup> sine judicio ferundum. Non tulit, ut interdicatur:<sup>t</sup> quid ergo? 'ut interdictum sit.' O cœnum, o portentum, o scelus! hanc tibi legem Clodius<sup>3</sup> scripsit, spurciorem lingua sua? ut interdictum sit, cui<sup>4</sup> non sit interdictum? Sexte noster,<sup>5</sup> bona venia,<sup>u</sup> (quoniam jam dialecticus es, et hoc quoque ligurris)<sup>x</sup> quod factum non est, ut<sup>6</sup> sit factum, ferri ad populum, aut verbis ullis sanciri, aut suffragiis confirmari potest? 4S. Hoc tu scriptore,<sup>7</sup> hoc consiliario, hoc ministro, omnium non bipedium solum, sed etiam qua-

---

*paulisper.—18 In χ firmatoque.—19 Atqui C S χ ψ: Atque H: Aut quid T. In C H S χ ψ, Barb. MSS. Grævii, et edd. vett. deest copula ante callidus. In T verba et callidus omittuntur. Vox peritus Grævio suspecta est.—20 MSS. plerique et edd. vett. cum Oliv. ignis. Vid. Nott. Varr.—1 χ ut.—2 Al. cive.—3 Lamb. et Schutz. Sex. Clodius. Mox, H T et al. spurciorem.—4 T cum.—5 Idem nostra. In Dresd. deest. Post venia MSS. punci et edd. ple- ræque ante Lamb. addunt dic. Mox, edd. pr. Dyaleticus. In χ ψ, Barb. Pall. sex, MSS. Grævii, edd. Rom. 1472. Ven. 1480. 1483. deest es.—6 χ*

#### NOTÆ

<sup>r</sup> *Hoc jure firmato]* Si constitutum sit hoc juris esse, et detur hæc tribunis plebis licentia ferendi leges ejusmodi, brevi invadent in hominum divitum fortunas, allicientque ad se populum spe largitionis.

<sup>s</sup> *Aqua et igni interdicatur]* Formula fuit usitata apud Rom. qua civis in exilium mittebatur, et qua usus est contra Ciceronem Clodius.

<sup>t</sup> *Ut interdicatur]* 'Interdicatur' est futuri temporis, et 'interdictum sit' præteriti temporis; Cicero autem dicit affirmationem rerum præteritarum esse falsam et impossibilem. Si falsa est, ergo is qui eam instituit, non est dialecticus; si impossibilis, non est prudens.

<sup>u</sup> *Bona venia]* Non licebat adversariis interloqui, nisi fas eis fuisset per oratorem. Compellat autem Sextum Clodium, qui scriba erat.

<sup>x</sup> *Ligurris]* Dicuntur ligurrire, qui non uno se cibo satiant, sed ex variis paululum delibant. Vult autem significare Sextum Clodium varias disciplinas primoribus tantum labiis degustasse.

<sup>y</sup> *Scriptore]* Fœditatem Sexti Clodii insectatur, qui subscripsit accusationi quæ a Publ. Clodio contra Ciceronem facta est. Sciebat autem Sextus Clodium contra leges agere, neque potuisse quenquam assumere sive scribam, sive pontificem, in quo esset aliqua probitas.

drupedum impurissimo, rempublicam perdidisti? [p. 223.] neque<sup>8</sup> tu eras tam excors, tamque demens, ut nescires, hunc<sup>9</sup> Clodium esse, qui contra leges faceret: alios,<sup>10</sup> qui leges scribere solerent. Sed neque eorum, neque ceterorum, in quibus esset aliquid modestiae, cuiusquam tibi potestas fuit: neque tu legum scriptoribus iisdem potuisti uti, quibus ceteri, neque operum architectis;<sup>11</sup> neque pontificem adhibere, quem velles; postremo ne<sup>12</sup> in praedae quidem societate mancipem,<sup>2</sup> aut praedem socium, extra tuorum gladiatorum numerum, aut denique suffragii latorem<sup>13</sup> in ista tua proscriptione quenquam, nisi furem, aut sicarium,<sup>14</sup><sup>a</sup> reperire potuisti. xix. 49. Itaque cum tu<sup>15</sup> florens ac potens per medium cohortis popularis<sup>16</sup> volitares; amici illi tui, te uno amico tecti et beati, qui se populo commiserant,<sup>b</sup> ita repellebantur, ut etiam Palatinam tuam<sup>c</sup> perderent:<sup>17</sup> qui in judicium venerant; sive accu-

quod.—7 H et S proscriptore.—8 T prodidisti. Nec.—9 Car. Steph. omittit hunc. Garaton. cum Manut. mavult Clodium delere, tanquam e gloss. enatum.—10 Ante alias MSS. pauci et edd. vett. addunt et.—11 Ms. Ursini architectum.—12 Pro ne C H S x neque. Pro societate Lallem. e conjectura Pithei et Grævii recepit sectione. Tum, aut prædonem socium C H S T x, Barb. Guelf. et edd. ante Junt. aut prædem socium Victor. Lamb. Græv. Oliv. Lall. Wolf. aut prædem socium Manut. Beck. Schutz. et Orell. Malnit Garaton. ne in pr. quidem sectione manc., aut prædem, socium; vel ne in pr. quidem societate manc. aut prædem, delecto vocab. socium.—13 x suffr. latronem: Pal. 9. et Car. Steph. suffragatorem: Ms. Vict. suffragulatorem.—14 Franc. 1. et Dresd. non furem, ac sic. In Ven. 1480. ut sic. Barb. MSS. Lambini, Ms. Car. Steph. ed. 1472. Lamb. Græv. ac sic. In x deest reperire.

CAP. xix. 15 T caret tu.—16 A Naug. usque ad Grnt. cum Oliv. et Lall. editum est per med. forum popularis: Pall. et Ms. Vict. per med. scortum populare. In C et S quoque scortum. Edd. Rom. 1480. Brix. per med. sortitum popularem: Dresd. Barb. per med. scortis populare: T per med. forum scrociis. Lamb. dedit per medium forum, scortum populare: Franc. 1. Junt. Græv. Wolf. Beck. et Orell. per medium cohortis popularis. In C S T x popule. Vid. Nott. Varr.—17 Franc. 1. et ed. 1472. Palatinam tuam: lingua perd. Pro tuam H S tum. Pantagathus corredit Palatinam tribum tuam;

## NOTÆ

<sup>2</sup> Mancipem] Manceps dicitur quisquis a populo aliquid emit, aut condicuit.

<sup>a</sup> Sicarium] Sicarius a 'sica,' latronum gladio, dicitur.

<sup>b</sup> Populo commiserant] Committere

se populo dicuntur qui in comitiis honores petebant.

<sup>c</sup> Palatinam tuam] Per Palatinam, tribum ejus intelligit; erat enim ex Palatina.

satores erant, sive rei; te deprecante damnabantur. Denique etiam ille<sup>18</sup> novitus Ligur,<sup>d</sup> venalis ascriptor<sup>e</sup> et subscriptor<sup>f</sup> tuus, cum M. Papirii, sui fratri, esset testamento et judicio improbatus,<sup>g</sup> mortem ejus se velle persequi<sup>h</sup> dixit: nomen Sex. Propertii detulit. Accusare alienæ damnationis<sup>19</sup> scelerisque socios,<sup>j</sup> propter calumniæ metum, non est ausus. 50. De hac igitur lege<sup>k</sup> dicimus, quæ jure rogata videatur;<sup>20</sup> cujus quam quisque partem tetigit, digito, voce, praeda, suffragio; quocumque venit, repudiatus convictusque<sup>l</sup> discessit.

Quid, si iis verbis scripta est ista proscriptio, ut se ipsa dissolvat?<sup>m</sup> Est enim,<sup>n</sup> ‘quod M. Tullius falsum sena-

Augustinus *Palatinam illam tuam*.—18 C S T X *Denique illi*: H *Denique ille*. Mox, *Ligus* Pal. 9. Gembl. *Lgitur* T. Tum, MSS. ap. Græv. *scriptor*. In Ms. Lamb. deest copula *et*. In Barb. legitur tantum, *ven. ascriptor tuus*.—19 *Dominationis* C S X, Barb. Guelph. et edd. pr. Mox, *socius* edd. vett. cum Lamb. Wolf. Beck. et Orell.—20 Ed. 1472. *videtur*.—1 Franc. Barb. et ed.

## NOTÆ

<sup>d</sup> *Novitus Ligur*] Sextum Ælium, tribunum plebis, carpit, novum hominem, qui Liguris cognomen sibi assenserat, quasi ex antiqua Æliorum familia esset. Is antem intercesserat, cum L. Mummius, tribunus plebis, de reditu Ciceronis retulit.

<sup>e</sup> *Ascriptor*] Dicitur ascriptor, qui in alieno testamento sibi aliquid, quasi a testatore attributum, vel sua, vel eorum qui in sua parte sunt, manu ascribit.

<sup>f</sup> *Subscriptor*] Subscriptor dicitur, qui accusationi subscribit illius, cuius nomen desertur apud judicem aut magistratum.

<sup>g</sup> *Testamento et judicio improbatus*] Testamento improbatus fuerat iste Ligur, id est a fratre non substitutus hæres; fuerat enim exhaeredatus. Porro probatio dabatur fratribus, præsertim cum in testamentis prætermissi fuerant.

<sup>h</sup> *Mortem ejus se velle persequi*] Per-

timebat ad hæredes omnes mortem defuncti vindicare, alioquin eorum bona fisco addicebantur. Voluit autem Papirii sui fratri mortem persequi, quasi veneno sublatus esset.

<sup>i</sup> *Damnationis socios*] Arguit illum quasi fraternæ cædis socium et participem: nam cum eos accusasset, relinquunt accusationem, ne in caput tota criminis suspicio recideret.

<sup>k</sup> *Lege*] Legem vocat proscriptiōnem suam, cui nemo digito potuit subscribere, nemo apud populum landise, aut probare suffragio vel accepta pecunia, quiu statim fuerit criminis accensatus, ad quodenique judicium ille venerit.

<sup>l</sup> *Repudiatus convictusque*] Statim si accensator fuit, repudiatus est; si reus, convictus est.

<sup>m</sup> *Se ipsa dissolvat*] Arguit quod illa tam male scripta sit proscriptio, ut vel ipso jure nulla sit, propter vitium quod ipsi inest.

tusconsultum retulerit.<sup>7</sup> Si igitur retulit° falsum senatus-consultum, tum<sup>2</sup> est rogatio: si non retulit, nulla est. Satisne tibi videtur a senatu judicatum, me non<sup>3</sup> modo non ementitum esse auctoritatem<sup>2</sup> ejus ordinis, sed etiam<sup>4</sup> unum post urbem conditam diligentissime senatui paruisse? Quot modis doceo, legem istam, quam vocas, non esse legem? Quid, si etiam pluribus de rebus uno sortitu<sup>P</sup> retulisti?<sup>5</sup> tamenne arbitraris, id, quod M. Drusus<sup>9</sup> in legibus suis<sup>6</sup> plerisque, bonus ille vir M. Scaurus,<sup>7</sup> et L. Crassus<sup>8</sup> consularis non obtinuerint, id te posse, omnium facinorum et stuprorum omnium,<sup>7</sup> Decumis et Clodiis<sup>8</sup> auctoribus,

<sup>1</sup> Abusum esse auctoritate.

1472. *Etenim.* Mox, retulit Dresd. Franc. Barb. ed. 1472. probante Wolf.—<sup>2</sup>  $\chi$  tamen.—<sup>3</sup> Pro me nou in  $\psi$  ne.—<sup>4</sup> In CH S  $\chi$  deest etiam.—<sup>5</sup> Manntins conjectit uno scitu tulisti: unde Lallem. dedit uno scitu retulisti. Tum,  $\chi$  tamen nou arb.—<sup>6</sup> C S T  $\chi$ , Pal. 1. 2. tuis. Mox, in bonis ille vir C H S T  $\chi$ , Pal. 1. 2. Franc. 1. Dresd. Barb. MSS. Lambini: bonis ille vir ed. 1472. magnus ille vir malnit Lamb. Dein, Scauro C H S  $\chi$ , sed in H solo Crasso consulibus. Pal. 1. 2. M. Scauro et L. Crasso coss. non obtinuerit. Obtinuerit quoque legitur in H S T  $\chi$   $\psi$ , Franc. 1. Barb. ed. Rom. et 1472. Manntins legi volebat consulares.—<sup>7</sup> Omnia post stuprorum deest in C, Franc. 1. Barb. In Ven. 1480. pro facinorum legitur facinorosorum. Garaton. conjectit legend. omn. fac. et stup. hominem. Hotomann. excidisse putat substantivum

#### NOTÆ

<sup>n</sup> *Est enim]* Jam profert illud, quod sibi a Clodianis imputatur, quod falsum nempe retulerit senatusconsultum de afficiendis ultimo supplicio conjuratis.

<sup>o</sup> *Si igitur retulit]* Dilemma ex antecedentibus et consequentibus profert.

<sup>p</sup> *Uno sortitu]* Lex Cæcilia Didia, quæ a Q. Cæcilio Metello, T. Didio coss. A. U. C. 655. lata est, vetabat, ne multis de rebus conjunctim una rogatione ad populum ferretur, ne populo necesse esset in conjunctis rebus plurimis, ant id quod nollet accipere; ant id quod vellet repudiare. Clodius autem uno sortitu retulit de pluribus: 1. ut Cicero non reciparetur: 2. ut ejus bona proscriptiverentur: 3. ut opera publica a se

exigerentur.

<sup>q</sup> *M. Drusus]* Tribunus plebis.

<sup>r</sup> *M. Scaurus]* Scaurus constantissimus semper fuit in republ. defendenda, ut ait Cic. pro Sextio.

<sup>s</sup> *L. Crassus]* Crassus ætatis suæ princeps oratorum habitus est. Illi omnes non potuerunt ut una lege de pluribus ad populum referretur, ergo neque Clodius, vir sceleratus, debuit obtinere.

<sup>t</sup> *Stuprorum omnium]* Crederem pro altero omnium desiderari principem: sensus enim esset clarior.

<sup>u</sup> *Decumis et Clodiis]* Significat Decimū et Clodium legem Clodium tulisse, quæ talis extitit, ut M. Tullio Ciceroni, quod falsum SC. retulisset, quod cives Rom. indemnatos necasset, aqua et igni interdictum es-

obtinere? 51. Tulisti de me, ne reciperer,<sup>9</sup> non ut exirem; quem tu ipse non poteras dicere non licere esse Romæ. XX. Quid enim dices? damnatum? certe non. Expulsum? qui licuit? sed tamen ne id quidem est scriptum, ut exirem. Poena est, qui receperit; quam omnes neglexerunt. Ejectio nusquam<sup>10</sup> est. Verum sit. Quid? operum publicorum exactio;<sup>11</sup> y quid? nominis inscriptio, tibi<sup>z</sup> num<sup>12</sup> aliud videtur esse, ac meorum bonorum direptio? præterquam, quod ne id quidem per legem Liciniam,<sup>a</sup> ut ipse tibi curationem<sup>m</sup> ferres, facere potuisti.<sup>13</sup> Quid hoc ipsum,<sup>b</sup> quod nunc apud pontifices agis,<sup>n</sup> te meam domum consecrasse, te monumentum<sup>c</sup> fecisse, in meis aedi-

<sup>m</sup> *Exactionem operis.*<sup>n</sup> *Cupis impetrare.*

\*\*\*\*\*

*principem, aut simile.—8 Alii ap. Lamb. Claliis.—9 S neque recip. In T et ed. 1472. recipere. Mox, T exire.*

*CAP. XX. 10 CS x nunquam.—11 Græv. malebat exstructio. Vid. Nott. Varr. —12 Inscriptio tibi? num Wolf. Beck. Schmitz. et Orell. In Franc. 1. et ed. 1472. num tibi non aliud videtur esse: Barb. non tibi non aliud, &c. Ven. 1480. inscriptio: non tibi aliud, &c. Mox, pro direptio Pantag. legit erceptio.—13 Post po-*

## NOTÆ

set, neve ei intra quingenta passuum  
millia liceret esse, ne quis de ipsius  
reditu ad senatum referret, ne quis  
sententiam diceret, ne dispntaret, ne  
loqueretur, ne pedibus iret in senten-  
tiam, ne scribendo adasset.'

<sup>x</sup> *Ne reciperer]* Arguit a verbo legis  
eam non valere: vetat enim ne quis  
tecto Ciceronem recipiat, aut si reci-  
piat, ut poena multaretur. Hanc le-  
gem utpote ridiculam verbis seqnen-  
tibus cavillatur.

<sup>y</sup> *Operum publicorum exactio]* Cum  
il, quod in publica et eversa Cicero-  
nis domo ædificatum fuerat, Clodius  
a conductoribus exegisset, id ei fa-  
cere non licuisse ait, quia opera pub-  
lica ab iis tantum exigebantur qui ei  
muneris præpositi erant.

<sup>z</sup> *Inscriptio, tibi]* Clodio homini pri-

vato in opere publico inscribere ali-  
quid fas non fuit.

<sup>a</sup> *Legem Licinianum]* Præcipiebat hæc  
lex, ne ei qui legem de curatione  
potestateve aliqua tulisset, ejusve  
collegis, cognatis, affinibns, ea potes-  
tas curratiove mandaretur. Hanc au-  
tem curationem sibi Clodius assum-  
sit, igitur peccavit contra legem.

<sup>b</sup> *Quid hoc ipsum]* Confirmat quod  
non solum peccaverit contra legem  
cum plura simul una rogatione con-  
tra ipsum tulit, verum etiam cum do-  
mum suam Clodius consecravit: nam  
1. eam consecravit; 2. ibi monu-  
mentum erexit; 3. statnam dedica-  
vit.

<sup>c</sup> *Monumentum]* Monumentum est,  
quod ad memoriam perpetnam eri-  
gitur.

bus<sup>14</sup> te signum dedicasse,<sup>d</sup> eaque te ex una rogatiuncula fecisse; unum et idem<sup>15 e</sup> videtur esse, atque id quod de me ipso nominatim tulisti? 52. Tam, hercule, est unum, quam quod idem tu<sup>16</sup> lege una tulisti: ut Cyprius rex,<sup>f</sup> cujus majores hnic populo socii atque amici semper fuerunt, cum bonis omnibus sub praecone subjiceretur,<sup>17</sup> et exules Byzantium<sup>18</sup> reducerentur. Eadem,<sup>g</sup> inquit, utraque de re negotium dedi.<sup>19</sup> Sed quid, si eidem negotium<sup>h</sup> dedisses,<sup>20</sup> ut in Asia cistophorum<sup>11</sup> flagitaret, inde iret in Hispaniam; cum Roma<sup>2</sup> decessisset, consulatum ei petere liceret; cum factus esset, provinciam Syriam obti-

*tuisti* edd. nonnullæ punctum, non interrog. signum, ponunt.—14 Edd. vett. paucæ in mediis ædibus, prob. Garat. Lamb. dedit te in meis æd. In ed. Junct. te monum. fecisse in ædibus mediis, te sig. ded. Mox, ψ ea que: Ven. 1480. itaque. Franc. eaque re ex una rog.—15 Pro idem ψ diem. Inter idem et ridetur Franc. 1. Dresd. Barb. et ed. 1472. inserunt ratione.—16 C χ te. Mox, ψ Cypinus.—17 C subjicerentur.—18 Lamb. Byzantii.—19 Dedisses H S χ ψ, ed. Rom. Ven. 1480. 1483. dedisse C T. Naug. Tum, C H S T ψ, Barb. Ms. Car. Steph. et edd. vett. cum Wolf. Beck. Schmitz. et Orell. Sed omittunt. Lamb. edidit dedi. Scilicet. Quid.—20 Sex Oxonn. MSS. idem neg. et C H S χ ψ, Barb. atque edd. vett. dedisset.—1 C χ ψ cistophorium. Ant. Augustinus inter verba cistoph. et flagitaret interponit voluit milites: Ursino hoc non satisfacit, sed pro flagitaret aliud desiderari verbum ait, factitaret, ant tale quoddam. Pantagathus legit cistoph. exæquaret. Wolf. conjectit legend. cistophorū M.—2 Romæ C S ψ, Barb. et omnes edd. vett. inde Lamb. Romam

## NOTÆ

<sup>d</sup> *Dedicasse]* Deæ Libertati signum seu statnam erexit.

<sup>e</sup> *Unum et idem]* Ostendit non frustra uno sortito de pluribus tulisse: quia jam id ante fecerat, cum Cypri- um regem proscribendum tulit, et ut Byzantii revocarentur.

<sup>f</sup> *Ut Cyprius rex]* Clodius tulit ut Cyprus insula in provinciæ formam redigeretur: ut Ptolemæns, rex Cy- pri, sedens cum purpura et sceptro, et illis insignibus regiis, præconi publi- lico subjiceretur, et cum bonis omni- bus publicaretur: ut M. Cato quæstor cum jure prætorio, adjecto etiam quæstori, mitteretur in insulam Cy- prum, et regiæ Gazæ vendenda, et pecunia deportanda præficeretur:

ut qui Byzantii rerum capitalium damnati exularent, populi Romani nomine in eam civitatem reduceren- tur. Velleins lib. II.

<sup>g</sup> *Eadem]* Reponebat Clodius una lege potestatem circa res plures con- ficiendas dedisse M. Catoni, cuius anoritate nominis hoc factum te- gere volebat.

<sup>h</sup> *Quid, si eidem negotium]* A simili exemplo ad absurdum compellit Clo- dimum.

<sup>i</sup> *In Asia cistophorum]* Cistophorus nnnmms est Asiaticus, qui ita dictus est ab imagine alienus, qui cistam in eo expressam ferebat. Vide Alex. ab Alex. iv. 15.

neret? quoniam de<sup>3</sup> uno homine scriberes, una res esset? 53. Quodsi jam<sup>o</sup> populus Romanus de ista re<sup>4</sup> consultus esset, et non omnia per servos latronesque gessisses, nonne fieri poterat, ut populo de Cyprio rege placeret, de exilibus Byzantiniis<sup>5</sup> displiceret? [p. 224.] Quæ est, quæso,<sup>6</sup> alia vis, quæ sententia Cæciliæ legis et<sup>7</sup> Didiæ,<sup>k</sup> nisi hæc, ne populo necesse sit in conjunctis rebus compluribus, aut id, quod nolit, accipere, aut id, quod velit, repudiare?

Quid, si per vim<sup>1</sup> tulisti, tamenne lex est? aut quicquam<sup>8</sup> jure gestum videri potest, quod per vim gestum esse constet? An, si in ipsa latione tua, capta jam urbe, lapides jacti, si manus collata non est, idcirco tu ad illam labem atqne eluviem<sup>9</sup> civitatis, sine summa vi pervenire potuisti? XXI. 54. Cum in tribunali Aurelio<sup>10m</sup> conscribebas palam non modo liberos, sed etiam servos, ex omnibus vicis concitatos, vim tum<sup>11</sup> videlicet non parabas? Cum edictis tuis tabernas claudi jubebas, non<sup>12</sup> vim imperitæ multitudinis, sed hominum honestorum modestiam

<sup>o</sup> Tum.

---

conjectit Garaton.—3 C et χ præpositionem omittunt. Mox, in Dresden. et Ms. Car. Steph. scribere: in Barb. Franc. 1. sex Oxoni. MSS. et edd. vett. scriberet.—4 Lamb. e MSS. de ista lege. Mox in Franc. 1. Dresden. et ed. 1472. deest copula. Pro non Dresden. habet ne.—5 H S et edd. pr. cum Wolf. et Orell. Byzantiis, ut omnes § 129.—6 Pro queso MSS. omnes et edd. vett. habent quasi; Car. Steph. et Lamb. 1566. enim. Lamb. 1584. primus dedit queso.—7 H et S carent copula ante Didiæ.—8 Edd. vett. paucæ au quicquam.—9 Quidam conjectit illuviem.

CAP. XXI. 10 Franc. 1. in tribunatu Aurelio.—11 C H S χ Franc. 1. Dresden. Barb. et edd. vett. vim tuam. Signa interrog. post parabus et reliqua

#### NOTÆ

<sup>k</sup> Cæciliæ legis et Didiæ] De hac superius dictum est, quæ manifeste violabatur hoc facto: nam potuit populo placere quod de rege Cyprio rogavit Clodius, et displicere quod de Byzantiis.

<sup>l</sup> Quid si per vim] Probat legem Clodii revera legem non esse, quia per vim lata est, a definitione ex

effectis.

<sup>m</sup> Tribunali Aurelio] Aurelium tribunal fuit in foro eo ipso anno factum, quo Caius Verres prætorum urbanam gerebat. Creditur autem a M. Aurelio Cotta, eo ipso tempore, quo legem judiciariam tulit, habendis judiciis fuisse excitatum.

prudentiamque quærebas? Cum arma in ædem Castoris<sup>n</sup> comportabas, nihil aliud, nisi uti ne quid per vim agi posset, machinabare?<sup>13</sup> Cum vero gradus Castoris<sup>o</sup> convellisti ac removisti;<sup>14</sup> tum, ut modeste tibi agere licet, homines audaces<sup>15</sup> ab ejus templi aditu atque ascensu repulisti? Cum eos, qui in<sup>16</sup> conventu virorum bonorum verba de salute mea fecerant,<sup>17</sup> adesse jussisti, eorumque advocationem,<sup>p</sup> manibus, ferro, lapidibus discussisti; tum profecto ostendisti, vim tibi maxime displicere. 55. Verum hæc furiosa vis vesani tribuni plebis facile superari frangique potuit virorum bonorum vel<sup>18</sup> virtute, vel multitidine. Quid? cum Gabinio Syria dabatur, Macedonia Pisoni, utriusque infinitum imperium, ingens pecunia,<sup>q</sup> ut tibi omnia permitterent, te adjuvarent, tibi manum,<sup>19</sup> copias, tibi suos speratos centuriones, tibi pecunias,<sup>20</sup> tibi familias<sup>r</sup> compararent; te suis sceleratis concionibus sublevarent; senatus auctoritatem irriderent, equitibus Romanis mortem proscriptionemque minitarentur; me terrent minis; mihi<sup>s</sup> cædem et dimicationem denuntiarent; meam domum, resertam viris<sup>t</sup> bonis, per amicos suos complerent;<sup>3</sup> proscriptionis metu me frequentia nudarent viro-

<sup>p</sup> Servos.

---

deleri mavult Wolf, prob. Beck.—12 H χ ψ num.—13 C χ imaginabave.—14 Verba ac removisti in T desunt. Pro tum H habet tu.—15 Lamb. audaces omittit.—16 MSS. plerique et edd. Græv. Wolf. Beck. Schntz. et Orell. non habent præpositionem ante conventu.—17 Ms. Ursini et Ms. Lamb. facerent.—18 χ caret vel ante virtute.—19 In C manuum. Dein, Lamb. tibi copias. Pro speratos Pall. plerique, Barb. MSS. Grævii, sex Oxonn. MSS. Junt. Græv. Oliv. Lall. habent paratos. MSS. nonnulli, teste Grævio, patos; unde Orell. congerit tibi suos peronatos cent.—20 Pecuniam C S χ, Barb. MSS. Lamb. In MSS. Lambini quoque legitnr familiam.—1 Pro mihi Dresd. habet modo.—2 Ante viris χ addit jam.—3 Compulerent C: compellerent H, Dresd. Barb. edd. Rom. 1472. Ven. 1480. 1483. terrore compleverent e conjectura Grævii

#### NOTÆ

<sup>n</sup> *Ædem Castoris]* In foro Romano constituta fuit hæc ædes Castoris.

<sup>o</sup> *Gradus Castoris]* Gradus illi lignei et exemptitii fuerunt.

<sup>p</sup> *Advocationem]* Per advocationem amicos intelligit, quibus stipati eo

venerant.

<sup>q</sup> *Ingens pecunia]* Tñlit Clodius ut pecunia constituta ad emendos agros, quæ erat in ærario, Pisoni et Gabinius enntibus in provincias daretur.

rum bonorum, me præsidio spoliarent; senatum<sup>4</sup> pro me non modo pugnare, amplissimum ordinem; sed etiam plorare,<sup>5</sup> et supplicare, mutata veste,<sup>6</sup> prohiberent; ne tum quidem vis erat? xxii. 56. Quid igitur ego cessi,<sup>6</sup> aut qui timor fuit? non dicam, in me:<sup>7</sup> fac me timidum esse natura: quid illa tot virorum fortissimorum millia? quid nostri equites Romani?<sup>8</sup> quid senatus? quid denique omnes boni? si nulla erat vis,<sup>9</sup> cur me flentes<sup>10</sup> potius prosecuti sunt, quam aut increpantes retinuerunt, aut irati reliquerunt? An hoc timebam,<sup>8</sup> si mecum ageretur more<sup>11</sup> institutoque majorum, ut possem præsens sustinere? 57. Utrum si dies dicta esset, judicium mihi fuit pertimescendum? an sine judicio privilegium?<sup>12</sup> judicium in causa<sup>13</sup> tam turpi? Scilicet is homo sum, qui, etiamsi causa esset

recepit Lall. Garaton., deleto vocab. *proscriptionis*, legi jubet complerent metu: *me freq. &c.* Marcelandus autem, servato illo vocab., similiter scribit complerent proscri. metu; *me freq. &c.* Vid. Nott. Varr.—4 *Senatum Ernesto suspectum est.* Marcelandus conjectit legend. *spoliarent senatus; pro me, &c.* Hotom. scribi maluit *ampl. ord. pro me non modo pugnare.* Antecedentia verba Junt. Lamb. ita distinguunt, ut *virorum bonorum* referretur ad *freq. nudarent.* Loco *pugnare C H S T x,* Barb. et edd. vett. omnes cum Wolf. Beck. et Orell. habent *propugnare.*—5 *H implorare.*

CAP. XXII. 6 *Cessi* e conjectura Pantagathi dederunt Ern. Lall. Wolf. Beck. Schutz. et Orell. *cessi ceteri.*—7 *H S in me* quidem: edd. ante Lamb. *in me* quidem.—8 *Quid illi eq. Rom. C H S T x,* Franc. l. Barb. edd. Rom. Ven. 1480. 1483. Hervag. Junt. Manut. Wolf. Beck. *Quid nostri illi eq. Rom. Lamb.*—9 Edd. ante Grut. cum Wolf. ris erat. Grævius ita interpusxit, *quid sen., quid denique omnes boni, si nulla erat vis.*—10 *In x fluentem.*—11 *Dresd. an sine judicio privilegii judicium?* In causa, &c. ‘Aut tam delendum, aut turpi vitiosum est.’ Ern. Schutz. e conjectura Garaton. recepit *judicium?* in causa tam turpi scilicet. *An is homo sum.* Verba *is et sum* in C H S x, Dresd. Barb. et edd. pr. desunt. Mox, pro etiamsi causa C H S x et ed. Rom. *eam si jan;* Ven. 1480. 1483. *eam si jam causa;* Barb. *eam si*

## NOTÆ

<sup>5</sup> *Supplicare mutula veste]* Vide orationem post Reditum.

<sup>6</sup> *An hoc timebam?* Ostendit senatum, populum, et equestrem ordinem timuisse, nunc se non timore exivisse probat per remotionem: si timui, aut judicium timui, aut privilegium, aut aliud; sed neque judicium, &c. ergo propter aliud exivi, nempe ne causa mea perturbata esset respub.

<sup>7</sup> *More]* Si dicta causa, et legibus observatis quæ a majoribus institutæ sunt, fuisset vocatus in judicium, sibi timendum non fuisse ait: neque enim per populum, neque per judices fuisset condemnatus. Privilegium ad populum, judicium ad judices pertinuit.

<sup>8</sup> *Privilegium]* Lex est privato homini irrogata.

ignota,<sup>9</sup> dicendo non possem explicare. An eam causam<sup>12</sup> probare non poteram, cuius tanta bonitas est,<sup>13</sup> ut ea ipsa non modo se, sed etiam me absentem per se<sup>14</sup> probarit? an senatus, an ordines ii,<sup>15</sup> qui cuncta ex Italia ad me revocandum convolaverunt, segniores, me præsentem, ad me retinendum et conservandum fuisse in ea causa, quam ipse jam parricida<sup>16</sup> talem dicat fuisse, ut me ab omnibus ad meam pristinam dignitatem expetitum<sup>17</sup> atque revocatum queratur? 58. An vero<sup>18</sup> in judicio periculi nihil fuit; privilegium pertimui, ne, mihi præsenti si mulcta irrogaretur, nemo<sup>19</sup> intercederet?<sup>x</sup> Tam inops autem ego<sup>20</sup> eram ab amicis, aut tam nuda res publica a magistratibus? [p. 225.] Quid? si vocatae tribus essent, proscriptionem non dicam in me, ita de sua salute merito, sed omnino in ullo<sup>1</sup> civi comprobavissent? An, si ego præsens fuisse,<sup>2</sup> veteres illæ copiæ conjuratorum, tuique perditæ milites atque egentes, et nova vis<sup>3</sup> sceleratissimorum consulum<sup>y</sup> corpori meo pepercissent? qui cum eorum omnium crudelitati scelerique<sup>4</sup> cessissem, ne absens quidem<sup>5</sup> luctu meo mentes

<sup>9</sup> *Dubia.*



*causa:* Lamb. e MSS. dedit *qui si jam causa.*—12 C H S χ, Franc. 1. Barb. Ms. Car. Steph. et eod. vett. *An quia causam.*—13 ‘Legendum esset vel erat.’ Ern.—14 Gruter. auctoritate Pal. 9. delevit voces *per se.* In Ms. Car. Steph. legitur, *ut ea ipsa non modo præsente, sed etiam me absentem per se probari.* Lamb. conjetcit *ut ea ipsa se non modo præsente me, sed etiam absentem, per se probari.*—15 *An ordines, un ii C H S T χψ,* Dresd. Franc. 1. Barb. et pleraque eod. vett. enm Græv. Oliv. Lall. Wolf. Beck. et Orell. Garatou. addi vult ceteri vel omnes.—16 Lamb. *etiam patricida.*—17 *Expectatum χ,* Lamb. Grut. In Barb. *dignitatem ac revocatum.*—18 Lamb. *At vero.* Grævius conjectit legend. *Au vero si in jud.*—19 Post *nemo C T χψ,* Franc. Dresd. ed. 1472. addunt *non.*—20 In C H S χ, Dresd. Franc. deest *ego.* Pro autem Ms. Car. Steph. habet *aut.* In ed. 1472. legitur, *Tam inops aut etiam ab am.*—1 *Ilio C χ,* Wolf. et *cive ali.* Barb. *in illum civem.*—2 In χ deest *fuisse.*—3 C et Franc. 1. *non manus;* unde Græv. et Lall. dederunt *nova manus.* In H *novas manus;* Dresd. Barb. et ed. 1472. *novatos nos scel.*—4 In χ, Barb.

#### NOTÆ

<sup>x</sup> *Nemo intercederet]* Cum magistratus aliquam mulctam irrogabant, poterant alii intercedere.

<sup>y</sup> *Sceleratissimorum consulum]* Pis sonis et Gabinii furoribus objectus

esset, si in urbe remansisset. Hic describit quam scelerate et crudeliter sni vexati sint se absente, cum motu ad misericordiam.

illorum<sup>6</sup> satiare potui. xxiii. 59. Quid enim vos uxor mea misera violarat? quam vexavistis, raptavistis, omni crudelitate laceravistis. Quid mea filia? cuius fletus assiduus, sordesque lugubres, vobis erant jucundæ; ceterorum omnium mentes oculosque flectebant. Quid parvus filius? quem,<sup>7</sup> quamdiu abfui, nemo nisi lacrymantem confectumque<sup>8</sup> vidit; quid fecerat, quod eum toties<sup>9</sup> per insidias interficere voluistis? Quid frater meus? qui cum aliquanto post meum discessum ex provincia venisset, neque sibi vivendum,<sup>10</sup> nisi me restituto putaret; cum ejus mœror, squalor<sup>11</sup> incredibilis et inauditus, omnibus mortalibus miserabilis<sup>12</sup> videretur, quoties ex vestro ferro ac manibus est elapsus?<sup>13</sup> 60. Sed quid ego vestram crudelitatem expromo,<sup>14</sup> quam in ipsum me<sup>15</sup> ac meos adhibuistis; qui parietibus,<sup>16</sup><sup>z</sup> qui tectis, qui columnis ac postibus<sup>17</sup> meis horrificum quoddam et nefarium, omni<sup>18</sup> imbutum odio bellum intulisti? non enim te arbitror, cum post meum discessum, omnium locupletium<sup>19</sup> fortunas, omnium provinciarum fructus,<sup>20</sup> tetrarcharum<sup>a</sup> ac regum bona, spe et avaritia<sup>1</sup> devorasses, argenti et supellectilis meæ cupiditate



Mss. Grævii et edd. ante Junt. deest scelerique.—5 χ quid.—6 Ms. Car. Steph. cum Lamb. mentes eorum.

CAP. XXIII. 7 χ qui.—8 In Dresden, et Barb. deest conjectunque. Ed. Hervag. tantum copulam omittit.—9 Ms. Lamb. totiens.—10 C. vivere. —11 Lamb. squalorque.—12 Franc. 1. omn. mort. inauditus miserabilis, sed vocab. inauditus puncta erant supposita, ut delendum esse notaretur. Dein, videbatur C H S T χ, Barb. et edd. ante Lamb. Porro, quotiens Franc. Barb. edd. Rom. Ven. 1480. 1483. et sic Ms. Lamb. in marg.—13 Hervag. elapsus est. In Franc. est omittitur. χ et Franc. 1. habent manibus lapsus. Barb. quotiens est vestro ferro ac manibus lapsus: Ven. 1480. 1483. et edd. Rom. quotiens est ex vestro ferro ac (in Ven. 1480. ac deest) manibus lapsus.—14 T exprimo. Eru. legi maluit exprabro.—15 Lamb. me ipsum.—16 Ms. Vict. his qui pariet.—17 T pestibus. Pro horrificum Pal. 9. Ms. Vict. MSS. Lambini, et Pal. 1. in marg. hostificum; unde Lamb. conjectit hosticum.—18 T omnium: Lamb. omnique.—19 Al. locupletum.—20 In T deest fructus. Ante tetrarcharum C H S χ addunt copulam et.—1 Lamb. e Ms. spe atque

## NOTÆ

<sup>z</sup> Qui parietibus] Conqueritur quod sua domus expilata sit a Clodianis.

dicitur, qui quadrantem regionis pleno jure regit. Tamen vulgo sumitur pro quovis, qui præest regioni.

<sup>a</sup> Tetrarcharum] Tetrarcha proprie

esse cæcatum: non existimo, Campanum illum consulem<sup>b</sup> cum saltatore<sup>c</sup> collega,<sup>e</sup> cum alteri totam Achaiam,<sup>d</sup> Thessaliam, Boëtiam,<sup>3</sup> Græciam, Macedoniam, omnemque barbariam, bona civium Romanorum condonasses; <sup>r</sup> alteri Syriam,<sup>e</sup> Babylonem, Persas, integerimas pacatissimæ que gentes, ad diripiendum tradidisses; illos tam cupidos liminum meorum et columnarum et valvarum fuisse. 61. Neque porro illa manus copiæque<sup>f</sup> Catilinæ cæmentis<sup>4</sup> ac testis tectorum meorum se famem suam<sup>g</sup> expleturas<sup>5</sup> putaverunt. Sed, ut hostium urbes, nec omnium hostium,<sup>6</sup> verum eorum, quibuscum acerbum bellum intestinumque<sup>7</sup> suscepimus, non præda adducti, sed odio,<sup>8</sup> solemus excidere, quod, in quos propter eorum crudelitatem inflamatæ mentes nostræ fuerunt, cum horum etiam tectis ac sedibus<sup>9</sup> residere aliquando bellum semper videtur: \* \*

<sup>r</sup> Concessisses.

<sup>s</sup> Odia consulun.



avar.—2 ψ psaltatore.—3 C H Bætiam.—4 T amentis. Pro testis Franc. 1. Barb. Diesd. Pall. sex Oxonn. MSS. et MSS. Lambini cum edd. vett. pancies tectis; Hervag. Gryph. et Lamb. tegulis; al. tignis.—5 C χ expleturos.—6 Pal. 9. urbes, sic nec communium vel omnium host. nude Gruter. legi vult nec communium hostium. Pro quibuscum Pal. 9. quiscum: unde Græv. edidit queiscum.—7 Quidam ap. Lamb. conjecterunt interneccivumque: Lallem. e conjectura Grævii recepit interneccivumque. Grævius delevit auctoritate Pal. 9.—8 H S ψ sed id odio. Tum, sol. excindere Manut. Lamb. et Lall. sol. excipere Barb. et sex Oxonn. MSS. cum Junt. Crut. Græv. Oliv. Pro in quos S χ ψ iniquos.—9 Lamb. tectis et sed. In C H S χ ψ deest copula. Pro oligo quando omnes MSS. et edd. præter Lamb. Grat. et Ern. habent aliquod. Mox, C H S T χ wideretur sine lacnnæ nota. Lacnnam sic fere explendam putabat Lamb. sic vos vestrum in me crudele et immune odium in meam domum profundistis.

#### NOTÆ

<sup>b</sup> *Campanum consulem*] Campanum consulem Pisonem nominat, quia ita se Capuae finixerat. Vide Orat. post Red. in Sen.

<sup>c</sup> *Saltatore collega*] Gabinium saltatorem vocat.

<sup>d</sup> *Alteri totam Achaiam*] Pisoni populos liberos, Macedoniam, Achaiam, Thessaliam, Græciam, et Boëtiam, cum imperio proconsulari dederat Clodius.

<sup>e</sup> *Alteri Syriam*] Gabinio vero Syriam, &c.

<sup>f</sup> *Illa manus copiæque*] Id est, reliqui cives iniusti, et Clodii mercennarii.

<sup>g</sup> *Bellum intestinum*] Bellum dicitur intestinum, non tantum illud quod in medio regno vel provincia inter cives nascitur, sed illud etiam quod in animis insitum est.

xxiv. 62. Nihil erat latum de me; non adesse eram jussus;<sup>10</sup> non citatus. Absueram: eram etiam tuo judicio civis incolmis,<sup>11<sup>b</sup></sup> cum domus in Palatio, villa in Tusculo, altera ad alterum consulem,<sup>12<sup>i</sup></sup> transferebatur, senatus consulta volabant: columnæ marmoreæ ex ædibus meis, inspectante populo Romano, ad socrum<sup>13</sup> consulis<sup>k</sup> portabantur: in fundum autem vicini consulis non instrumentum,<sup>14<sup>c</sup></sup> aut ornamenta villæ, sed etiam arbores transferebantur: cum ipsa villa non prædæ cupiditate, (quid enim erat prædæ?<sup>15</sup>) sed odio et crudelitate funditus evertetur.<sup>16</sup> Domus ardebat in Palatio non fortuito, sed oblato incendio:<sup>17</sup> consules epulabantur, et in conjuratorum gratulatione versabantur, cum alter se Catilinæ delicias,<sup>l</sup> alter Cethegi consobrinum fuisse<sup>18</sup> diceret. 63. Hanc ego vim, pontifices, hoc scelus, hunc furorem meo corpore opposito, ab omnium bonorum cervicibus<sup>19</sup> depuli, omnemque impetum discordiarum, omnem diu collectam vim improborum, quæ inveterata, compresso odio atque tacito, jam

<sup>l</sup> *Supellec.*



CAP. XXIV. 10 Lamb. *jussus eram*. Dein, *non citatus affueram* Junt. *non citatus fueram* Lamb. In CHSTχ, Barb. Ven. 1480. 1483. Naug. Hervag: legitur *affueram*.—11 Post vocem *incolmis* Lamb. 1566. inseruit *senatus consules ad meum salutem auctoritate, alique adeo precibus vocabat*.—12 C *alter ad alt. cons.* Lamb. verba genuinavit, et edidit, *altera ad alterum, altera ad alterum cons.* Tum, *senatus consules vocabat* edd. Rom. Ven. 1480. 1483. *senatus consules vocabant* Sχ, Barb. Pall. plerique. *Vocabant quoque Ms. Ursini.* In C et H *senatus consules volabant*: Ms. Car. Steph. *scudum consules vocabant*: Dresd. Naug. Oliv. Lall. *senatum consules retabant*. Garaton. nūnum verbum supplet, *senatum consules lugere retant*. Vid. Nott. Varr.—13 Al. *socrum*.—14 CHSTψ, Naug. Lamb. Oliv. Lall. *non modo instr.* Pro villa H STχ, Dresd. Barb. ed. Rom. Ven. 1480. 1483. *habent aulæ*.—15 Pro erat *prædæ χ prædæ cupiditate*.—16 Lamb. *evertebatur*.—17 Franc. 1. *allato incendio. Tum, MSS. Lambini consul epulabatur ... versabatur*.—18 χ *esse*.—19 Lamb.

#### NOTÆ

<sup>b</sup> *Civis incolmis*] Incolmis civis dicitur, qui damnatus non fuit; neque enim damnatus fuerat.

<sup>i</sup> *Altera ad alterum consulem*] Ciceronis domus ad Pisonem, villa ad Gabinium translata est.

<sup>k</sup> *Ad socrum consulis*] Qnæ fuerit

*socrus Pisonis non invenitur. Raro enim Romani antiores de feminis loquuntur, nisi ex illustrissimis fuerint familiis.*

<sup>l</sup> *Catilinæ delicius*] Gabinium intelligit, quasi Catilina eum turpiter amasset.

erumpebat, nacta<sup>20</sup> tam audaces duces, excepti meo corpore. [p. 226.] In me uno consulares faces, jactæ<sup>1</sup> manibus tribuniciis; in me omnia, quæ ego<sup>2</sup> quondam retuderam, coniurationis nefaria tela adhæserunt. Quodsi, ut multis<sup>3</sup> fortissimis viris placuit, vi et armis contra vim decertare voluisse; aut vicisem cum magna<sup>4</sup> interneccione improborum, sed tamen civium; aut, interfectis bonis omnibus, quod illis optatissimum erat,<sup>5</sup> una cum republica concidisse. 64. Videbam, vivo senatu populoque Romano, celerem mihi<sup>6</sup> summa cum dignitate redditum: nec intelligebam, fieri diutius<sup>7</sup> posse, ut mihi non liceret esse in ea republica, quam ipse servassem.<sup>8</sup> Quod si non liceret; audieram et legeram, clarissimos nostræ civitatis viros se in medios hostes ad perspicuam<sup>9</sup> mortem, pro salute exercitus, injecisse:<sup>9</sup> ego, pro salute reipublicæ universæ,<sup>10</sup> dubitarem hoc meliore conditione esse, quam Decii;<sup>m</sup> quod illi ne auditores quidem suæ gloriæ, ego etiam spectator

<sup>n</sup> Certam.

\*\*\*\*\*

a bon. omn. cervic.—20 Pro nacta, quod Lamb. et edd. seqq. dederunt e conjectura Mureti, in actum habent C H S T χ et edd. vett. Tnm, T jam: in Franc. et Dresd. deest. In Pal. 9. legitur naclam audacis ducis.—1 Franc. 1. jactatae.—2 χ omittit ego. Mox, in Franc. 1. et Barb. contuderam.—3 Multis non est in Ms. Car. Steph. nec viris in H S T χ ψ et edd. vett. Tnm, Garaton. legi mavult placebat.—4 Quatnor Oxonn. MSS. cum Oliv. et Lall. cum maxima. Dein, internicione, vel internitione, edd. vett. interventione Franc. 1. Barb. interventione Dresd.—5 C H S T erat omittnt.—6 Post mihi Lamb. addit fore.—7 Vocem diutius Ern. malebat transponi post verba ut mihi.—8 Ms. Grævii conservassem.—9 Lamb. oljecisse.—10 Idem universæ reip. Dein, dubitarem hoc meliori conditione quam Decius? quod ille ne auditor edd. vett. plerisque: sic etiam Barb. nisi quod meliore legit, et Decii dubitarem? hoc meliore conditione quam Decii, quod illi ne auditores Lamb. Græv. Lall. Wolf. Beck. Schutz. et Orell. dubitarem? hoc meliore cond. quam Decius, quod ille ne auditor Dresd. ed. 1472. et Hervag. probante Camerario. Lamb. 1566. e suis MSS. dedit dubitarem? Hoc meliore cond. essem, quam Decii, &c. sed in ed. 1584. dubitarem? Hoc meliore cond. esse, quam Decii, quod illi ne auditores. Pro dubitarem χ dubitaveram. In sex Oxonn. MSS. deest esse. Tnm, ille in H T χ, auditor in C H T χ legitur. Ernest. ita legi mavult, Quid? si non liceret? Auditaram... injecisse: ego, pro salute... potuissem. Vid. Nott. Varr.—11 Pro esse Ern. conjectit facere legend.

#### NOTÆ

<sup>m</sup> Decii] Romani duces fortissimi Manibus, pater bello Latjno, filius fuerunt, tanta caritate patriam complexi, ut pro ejus salute se Diis Etrusco, devoverint.

meæ laudis esse <sup>11</sup> potuissem? XXV. Itaque infractus <sup>x 12</sup> furor tunc inanes faciebat impetus; omnem enim vim omnium scelerorum acerbitas mei casus exceperat. Non erat in tam immani injuria tantisque ruinis novæ crudelitati locus. 65. Cato fuerat <sup>13</sup> proximus: <sup>n</sup> quid ageres? non erat, <sup>o</sup> ut qui modus moribus <sup>14</sup> fuerat, idem esset injuria. Quid? posses extrudere <sup>p</sup> ad Cypriam pecuniam. Praeda

<sup>x</sup> Debilitatus.

\*\*\*\*\*

CAP. XXV. 12 Ed. 1472. *fractus*. Tum, ed. Rom. Ven. 1480. 1483. *furor tuus immanis, faciebat ipse impetus*; quod Gulielm. mutari voluit in, *fatiscebat ipse imp.*—13 Ante fuerat Lamb. inseruit mihi. Dein, C *proximum*.—14 <sup>1</sup> Wolf., Gronovio hortante, reposuit *modus omnibus rebus*, ut legitur in Rom. Ven. 1480. 1483. Hervag. Nang. Manut. &c. et Ms. Henr. Steph. sed deest *omnibus* in MSS. Car. Steph. Dresd. Franc. Barb. Pariss. Legitur antem totus locus in Franc. et Barb. (etiam  $\chi$  in plenisque consentiente) ut *qui modus moribus . . . pecuniam prædam petierit: alia non dederit: hanc modo amandandum esse*. Ita et Dresd. nisi quod in eo sit *hunc amandandum cum vulgg.* Codex Henr. Stephani (vid. ejus Castigatt. in Cic. p. 97.) nisi ut, *qui mihi dux in omnibus meis rebus fuerat, socius idem esset injuria*. Quid? *cicerere posses?* Non. Quid ergo? *extrudere ad Cypriam pecuniam?* Praeda perierit: *alia non deerit: hic modo amandatum sit. . . .* Stephani codicem partim secentus Lamb. edidit, Cato mihi fuer. prox. Quod ageres non erat, nisi ut, *qui mihi dux omnibus in rebus f., idem esset injuria socius*. Quid posses? *extr. &c.* Oliv. et Oxonn. ita constituernnt locum, *Quid ag. non erat; nisi ut, qui mihi dux omnibus in rebus fuerat, idem esset injuria socius*. Quid posses? *extrudere ad Cypr. pecuniam. Praeda perierit. Alia non deerit: hunc modo amandandum esse*. Quod si recte varietatem codd. suorum enotaverint, aliquot codd. Oxonn. suffragantur huius lectioni: nam in  $\chi$  solo deest nisi, idemque habet ut *qui modus rebus f. tum vocab. socius in  $\chi$   $\psi$  deest: in  $\chi$  pro posses legitur posset: tum in C  $\chi$   $\psi$  petierit: porro C T  $\chi$  pro *hunc exhibit hanc*; sed in C H  $\chi$  *mandalam esse. . . .* Lambinus, antequam lectionem Steph. cod. cognovisset, conjecterat, *Cato mihi in consiliis capiendis rebusque gerendis fuerat prox.: quid ageres? non erat, ut, qui modus omnium rebus fuerat, idem tibi esset adjutor injuria*. Propius ad vulgata accedit Garatoni conjectura, *Quid ageres, non erat, ut qui mihi socius omnibus in rebus fuerat, idem esset injuria? quid? posses extr. &c.* In fine loci ed. Rom. *hunc modo amandares; unde**

#### NOTE

<sup>n</sup> *Cato fuerat proximus]* Catonem nominat, ut sibi illum conciliet. Obfuit enim multum Ciceroni, quod Cato partes Clodii sequi visus fuerat. Hoc Cicero removet, et inde magis odium suo adversario conflat, dum ostendit, ab eo Catonem e republica ejectum esse, ut omnia pro sua libidine agere posset.

<sup>o</sup> *Non erat]* Id est, nihil erat quod facere posses, nisi, ut quem ducem in omnibus secentus fueram, idem esset injuria comes et socius.

<sup>p</sup> *Quid? posses extrudere, &c.]* Id est, quid aliud facere potuisse, quam enim emittere in Cyprum insulam ad vendendum regis Cyprii Ptolemai bona.

perierit:<sup>9</sup> alia non deerit:<sup>10</sup> hunc modo amandandum esse.<sup>11</sup> Sic M. Cato<sup>12</sup> invisus, quasi per beneficium, Cyprum relegatur. Ejiciuntur duo,<sup>13</sup> quos improbi videre<sup>14</sup> non poterant; alter per honorem turpissimum,<sup>15</sup> alter per honestissimam calamitatem.<sup>16</sup> Atque, ut sciatis, non hominibus istum, sed virtutibus<sup>17</sup> hostem semper fuisse; me expulso, Catone amandato, in eum ipsum se convertit, quo auctore,<sup>18</sup> quo adjutore,<sup>19</sup> in coucionibus, ea, quæ gerbat, omnia, quæque gesserat, se fecisse<sup>20</sup> et facere dicebat. Cn. Pompeium,<sup>19</sup> quem omnium judicio longe principem esse civitatis videbat, diutius furori suo veniam daturum non arbitrabatur. Qui ex ejus custodia, per insidias, regis amici<sup>a</sup> filium,<sup>20</sup> hostem, captivum, surripuisset, et ea in-

Garaton. existimat fuisse amandaris.<sup>21</sup> Beck. Ceteri ut Ern.—15 *Cato* in S deest, sed in C legitnr *invisus Cato*, uti in ed. Rom. unde Garaton. malnit voc. *invisus* deleri; Lamb. antem pro eo reponi *invitus*, quoniam ad *invisus* addi debuerit *perditis hominibus*, aut simile quid.—16 Barb. MSS. Lambini et Ven. 1480. *videre improbi*.—17 Dresd. *adjacentore*.—18 *Se effecisse* Pal. 9. Franc. 1. Barb. Ms. Vict. Ven. 1480. *se egisse* Dresd. *se et fecisse* e conjectura Gulielmii dederunt Beck. Schmitz. et Orell.—19 C H S χ, Franc. 1. Dresd. Barb. ed. Rom. 1472. et Ven. 1480. *Pompeius*, et paulo inferius, C S T χ, Franc. 1. Barb. edd. eadem, etiam Ven. 1480. *daturus*.—20 C H S χ ψ, Dresd. *filius*. Mox, C χ *captivos*:

## NOTÆ

<sup>a</sup> *Prædu perierit*] Verba Clodii: esto, pereat illa pecunia, non euro de illa.

<sup>b</sup> *Alia non decrit*] Nempe præda sen pecunia: aliam facile inveniam.

<sup>c</sup> *Hunc modo amandandum esse*] Id est, stat Catonem emittere e republica. Amandare verbum invidiosum est, ut Catonem a Clodio disjungat.

<sup>d</sup> *Ejiciuntur duo*] Cato scilicet et Cicero.

<sup>e</sup> *Per honorem turpissimum*] Specie honoris Clodius mittebat Catonem in Cyprum insulam, quasi in exilium.

<sup>f</sup> *Per honestissimum calamitatem*] Honestissimam calamitatem exilium suum vocat, quia ab eo honorificentius revocatus est; aut quia sponte in illud abiit, ne ejus causa respub-

lica aliquam calamitatem pateretur.

<sup>g</sup> *Sed virtutibus*] Virtutibus, id est bonis civibns, per hypallagen.

<sup>h</sup> *Quo auctore*] Catone auctore, omnia se suscipere dicebat Clodius, ut facinornm snorum invidiam in eum derivaret.

<sup>i</sup> *Regis amici*] Pompeius, post triumplum Mithridaticum, Tigranis filium in catenis tenebat apud Flavium senatorem, qui postea, cum esset prætor, eodem anno quo tribunus plebis Clodius; petuit ab eo Clodius super cœnam, ut Tigranem adduci juberet, ut eum videret. Adductum collocavit in conviviu: deinde Flavio non reddit, Tigranem dimisit, et habuit extra catenas, nec repente Pompeio reddit. Postea in navem

juria virum fortissimum lacesisset; speravit iisdem se copiis cum illo posse configere, quibuscum ego noluissem, bonorum periculo, dimicare; et primo quidem, adjutoribus consulibus: postea fregit foedus<sup>b</sup> Gabinius: Piso<sup>c</sup> tamen in fide mansit. 67. Quas iste tum cædes, quas lapidations,<sup>c</sup> quas fugas fecerit; quam facile<sup>d</sup> ferro, quotidianiisque insidiis, cum jam a firmissimo robore copiarum suarum relictus esset, Cn. Pompeium foro,<sup>d</sup> curiaque<sup>e</sup> privarit, domumque conjecterit, vidistis. Ex quo judicare potestis,<sup>f</sup> quanta vis illa fuerit oriens et congregata,<sup>g</sup> cum hæc Cn. Pompeium terruerit jam distracta<sup>h</sup> et extincta.

XXVI. 68. Hoc vidit in sententia dicenda Kalendis Januariis<sup>j</sup> vir prudentissimus, et cum reipublicæ, tum mihi, tum etiam veritati amicissimus, L. Cotta, qui legem de meo reditu ferendam<sup>k</sup> non censuit; qui me consuluisse reipublicæ, cessisse tempestati,<sup>l</sup> amiciorem vobis ceterisque ci-vibus, quam mihi<sup>m</sup> ac meis extitisse; vi, armis, dissen-



Dresd. captivis.—1 Dresd. et ed. 1472. *Gabino* (ant *Gabinio*), *Pisoni*. Pro *Piso* in  $\chi$  *posito*; et pro *tamen* Lamb. autem. Postea, C et  $\chi$  *remansit*. —2 C H S  $\chi$   $\psi$ , Dresd. qui facile.—3  $\chi$  *curiamque*. Tum, sex Oxonn. MSS. *privaret*.—4 *Potuistis* Franc. 1. Barb. MSS. Ursini, ed. 1472. cum Græv. Wolf. Beck. Schutz. et Orell.—5 Barb. ed. 1472. Ven. 1480. Junt. *aggre-gata*, prob. Grævio.—6 C H S T  $\chi$ , Franc. 1. Dresd. ed. 1472. *districta*. Pro *extincta* T habet *distincta*.

CAP. XXVI. 7 Erf. et Pal. 9. III *Kal. Jan.* prob. Grutero. Mox, pro *veritatib* in marg. ed. Lamb. conjectur libertati. Verba et cum ... amicissimus in T desunt.—8 C non habet *ferendum*.—9 In C  $\chi$  *gessisse*, et C H  $\chi$  *tempes-tati morem*. Tum, H S *amicitionem*: in C  $\chi$  deest.—10 C  $\chi$ , Dresd. qui mihi.

## NOTÆ

deposit; et cum profugeret ille, tempestate delatus est Antium. Illico, ut deduceretur ad se, Clodius misit Sextum Clodinum, qui cum reduceret. Flavius, re cognita, ad di-ripiendum Tigranem profectus est; ad quartum lapidem ab urbe pugna facta est, in qua multi ex utraque parte occiderunt. Ita Asconius Pe-dianus in Mil.

<sup>b</sup> *Fregit foedus*] Renuntiavit Gabinius conspirationi de necando Pompei-

peo, et consilium mutavit; atque ita foedus quod inierat cum Clodio, de Pompeio necando, fregit.

<sup>c</sup> *Quas lapidations, &c.*] Lapidations facere, nihil est aliud quam adversarios suos lapidibus petere et fugare.

<sup>d</sup> *Pompeium foro*] Vide orat. post Reditum ad Quir. § 14. not.

<sup>e</sup> *Distracta*] Vis illa distracta est, cum Gabinius consul a Clodio, Pompeii causa, recessit.

sione<sup>11</sup> hominum ad cædem instituta, novoque dominatu pulsum<sup>12</sup> esse dixit: nihil de meo capite potuisse<sup>13</sup> ferri: nihil esse inscriptum,<sup>f</sup> aut posse valere:<sup>14</sup> omnia contra leges moresque<sup>15</sup> majorum, temere, turbulente, per vim, per furorem esse gesta: quodsi illa lex esset, nec referre ad senatum consules,<sup>16</sup> nec sententiam dicere sibi licere:<sup>17</sup> quorum utrumque<sup>18</sup> cum fieret, non oportere, ut de me lex ferretur, decerni; ne illa,<sup>19</sup> quæ nulla esset, esse lex judicaretur. Sententia verior, gravior, utilior, melior<sup>20</sup> reipublicæ nulla esse potuit: hominis<sup>1</sup> enim scelere et furore notato, similis<sup>2</sup> a republica labes in posterum demovebatur.<sup>3</sup> 69. Neque hoc Cn. Pompeius,<sup>g</sup> qui ornatissimam de me sententiam dixit, vosque, pontifices, qui me vestris sententiis auctoritatibusque defendistis, non vidistis, illam esse nullam,<sup>4</sup> atque esse potius flamمام<sup>5</sup> temporis, interdictum sceleris,<sup>h</sup> vocem furoris:<sup>6</sup> [p. 227.] sed prospexit, ne qua popularis in vos aliquando invidia redundaret, si sine populi judicio restituti videremur.<sup>7</sup> Eodemque consilio, M. Bibuli, fortissimi viri, senatus sententiam

---

Pro ac meis Franc. et ed. 1472. ac te me; H S et Dresd. acta; C x acta est. Pro extitisse C H S x, Franc. 1. et ed. 1472. expetisse.—11 Guelf. discessione, prob. Ern. Mox, C H x, ed. 1472. et cæd. institutam. In S et Dresd. quoque institutam legitur.—12 C S x ψ pulsam.—13 x ψ, Dresd. et ed. 1472. potuisset. Mox, Dresd. Barb. et ed. 1472. nihil esset. Pro vulg. inscriptum, Lamb. dedit jure scriptum; Lallem. e conjectura Pantagathi et Manntii jure scriptum; Beck. et Schutz. ex ed. Jont. scriptum. In Pal. 9. et Erf. proscrip- tum. Vid. Nott. Varr.—14 C S x valeri. In Dresden. aut deest.—15 Manut. Car. Steph. Lamb. Beck. Schutz. et Orell. moremque, ut est in Ms. ap. Lamb.—15 Franc. 1. turbulenter.—16 Lamb. consulibus, prob. Ern.—17 C sententia, et Græv. sibi lic. dic.—18 ψ utrum sine copula.—19 x nec illa.—20 Græv. et Schutz. gravior, verior, melior, utilior, ut est in Ms. Lambini. In C H S x ψ et ed. Rom. utilior, in T melior deest. Utilior Orellio suspectum est.—1 H T x homini.—2 Dresd. et ed. 1472. simul.—3 Al. dimovebatur.—4 Lamb. illam legem esse null. Pantagathus conjectit legem esse null. —5 C T x et ed. 1472. flanmu.—6 Vocem furoris in x desunt.—7 Ms. Car.

## NOTÆ

<sup>f</sup> *Esse inscriptum*] Reponunt fere omnes interpretes *jure scriptum*.

<sup>g</sup> *Cn. Pompeius*] Pompeius, de scripto sententia dicta, uni Ciceroni patriæ conservatae testimonium dedit; cuius sententiam frequentissimus se-

natus, uno P. Cludio dissentiente, secutus, M. Tullium ab exilio revocavit.

<sup>h</sup> *Interdictum sceleris*] Interdictum hoc loco usurpatum pro severo et imperioso edicto.

secutus est, ut vos de mea domo statueretis; <sup>8</sup> non quod dubitaret, quin ab isto nihil legibus, nihil religionibus, nihil jure esset <sup>9</sup> actum; sed ne quis oriaretur aliquando in tanta ubertate improborum, qui in meis aedibus aliquam religionem residere diceret. Nam legem quidem istam nullam esse, quotiescumque <sup>10</sup> de me senatus sententiam dixit, toties judicavit; quoniam quidem <sup>11</sup> scripto illo istius, sententiam dicere vetabatur.<sup>12</sup> 70. Atque hanc <sup>13</sup> rem par illud simile, Piso et Gabinius, vidit. Homines <sup>14</sup> legum judiciorumque metuentes,<sup>15</sup> cum frequentissimus senatus eos, ut de me referrent, quotidie flagitaret, non se rem improbare dicebant, sed lege istius impediri. Erat hoc <sup>16</sup> verum: nam impediabantur, verum ea lege, quam idem iste <sup>17</sup> de Macedonia Syriaque tulerat.<sup>k</sup> xxvii. Hanc tu, P. Lentule, neque privatus, neque consul legem esse unquam putasti: nam, tribunis plebis referentibus, sententiam de me designatus consul saepe dixisti: ex Kalendis Januariis, quoad perfecta res est, de me retulisti,<sup>18</sup> legem promulgasti, tulisti; quorum tibi, si esset illa lex, nihil liceret. At etiam Q. Metellus, collega tuus, vir clarissimus, quam legem esse homines alienissimi <sup>19</sup> a P. Clodio judicarant, Piso et Gabinius, eam nullam esse, frater P. Clodii, cum

.....

Steph. si sine populo rest. vid. Pro Eodemque in  $\chi$  cædemque.—8 Edd. non nullas statueritis.—9  $\chi$  esse.—10 Franc. I. quotiescumque, et mox totiens, ut passim.—11 Naug. quandoquidem.—12 Videbatur C H S, Franc. Dresd. Barb. MSS. Car. Steph. et Lamb. atque edd. vett. verebatur Gothofred. Conjecit Lambinus, quoniam quidem ex præscripto istius sententiam dicere jubebatur.—13  $\psi$  At hanc. Tum,  $\chi$  pari.—14 Piso et Gabinius homines, sc. edd. vett. ap. Garaton. unde is conjecit legend. Quam ob rem par . . . . Piso et Gabinius, homines.—15 Ms. Lamb. timentes.—16 C H S  $\chi$   $\psi$  impediti erant. Hoc: Franc. et ed. 1472. omisso verbo Erat, legunt Hoc verum.—17 In Franc. I. deest iste. Ed. 1472. iste idem.

CAP. XXVII. 18  $\chi$  retulistiſ.—19 C  $\chi$   $\psi$ , Franc. Dresd. Ms. Car. Steph. et ed. 1472. alienissimam. In C  $\chi$   $\psi$ , Steph. deest præpositio *a*. Mox, judicarent Franc. Dresd. Barb. Ms. Car. Steph. scx Oxonn. MSS. et edd. pr. cmm

## NOTÆ

<sup>1</sup> Scripto illo istius] Loquitur de Has provincias pro præmio accep-  
lege Clodia contra Ciceronem, quam runt a Clodio consules Gabinius et  
ad curiae fortes Clodius affixerat. Piso.

<sup>k</sup> De Macedonia Syriaque tulerat ]

de me ad senatum tecum una retulit,<sup>20</sup> judicavit. 71. Sed isti,<sup>1</sup> qui Clodii leges timuerunt, quemadmodum ceteras observarunt? Senatus quidem, cuius est gravissimum iudicium de jure legum, quotiescumque de me consultus est, toties eam nullam esse judicavit. Quod idem tu, Lentule,<sup>1</sup> vidisti in ea lege, quam<sup>2</sup> de me tulisti: nam non est ita latum, ut mihi Romam venire liceret, sed ut venirem: non enim voluisti id, quod licebat, ferre, ut liceret; sed me ita esse in republica, magis ut arcessitus imperio populi Romani viderer, quam ad administrandam civitatem restitutus.

72. Hunc tu etiam, portentosa<sup>3</sup> pestis, exulem appellare ausus es, cum tantis sceleribus esses et factis<sup>4</sup> notatus, ut omnem locum, quo adisses, exilii simillimum redderes? quid est enim exul? ipsum per se nomen, calamitatis,<sup>5</sup> non turpitudinis. Quando<sup>6</sup> igitur est turpe? re vera, quando est poena peccati; opinione<sup>7</sup> autem hominum, etiam<sup>8</sup> si est poena damnati. Utrum igitur peccato meo exulis<sup>9</sup> nomen subeo, an re judicata?<sup>m</sup> Peccato?<sup>n</sup>



Wolf, Beck, Schutz, et Orelli.—20 C retulerit. Franc. 1. una tecum retulit.—1 Sed vero isti C S T χ, Franc. 1. et Ms. Car. Steph. Sed vere isti H: Sed non isti Dresden. Si vero isti ed. 1472.—2 Pro quam in χ jam. Tum, Franc. 1. et ed. 1472. ad ministrandum. [Ad admin. civ. rest.] Non convenit illud verbo restitutus. Videntur permittata esse haec, et a Cicerone esse, magis ut arcessitus ad admin. civitatem viderer, quam imperio pop. Rom. restitutus. Ern.—3 H S et edd. vett. perniciosa.—4 Verba et factis omittunt Franc. Dresden. Barb. et ed. Wald. cum Græv. et Lall. Pro esses et factis Guelf. habet esses annotatus; C χ esses et factis; ψ factis esse. Ern. conjectit legend. esses et malefactis.—5 Post calam. Lamb. addit est.—6 Pro Quando T Quod: in Dresden deest. Ed. 1472. Quid igitur est turpe revera. Ante re vera χ addit est. Dein, quam est pœna C T χ, Franc. 1. Dresden. Barb. Ms. Car. Steph. ed. 1472. Ven. 1480. Junt. Lamb. Wolf. Beck. et Orelli.—7 C opinionem.—8 In C H S χ deest etiam.—9 C H S T χ ψ, Franc. Dresden. et ed. 1472. exulis omittunt.

## NOTÆ

<sup>1</sup> Idem tu, Lentule] Confirmare testimoniis pergit, legem Clodii contra se nullam esse, quia per vim lata est.

<sup>m</sup> An re judicata] Nullo iudicio damnatus exilio fuit Cicero; ideoque ipsis turpe non fuit.

<sup>n</sup> Peccato] Non damnatus fuit propter aliquod peccatum Cicero: neque id dicere audet Clodius, qui felix Catilina a suis appellatur, quia ejecit Ciceronem, quem ipse Catilina non potuit.

Jam neque tu id dicere audes, quem isti satellites tui felicem Catilinam nominant, neque quisquam eorum, qui solebant.<sup>10</sup> Non modo<sup>11</sup> jam nemo est tam imperitus, qui ea, quæ gessi in consulatu, peccata esse dicat;<sup>12</sup> sed nemo est tam inimicus patriæ, qui non meis consiliis patriam conservatam esse fateatur. XXVIII. 73. Quod enim est<sup>13</sup> in terris commune tantum tantulumve consilium, quod non de meis rebus gestis ea, quæ mihi essent optatis-sima et pulcherrima, judicarit? Sumnum est populi Romani, populorumque et gentium omnium ac regum consilium, senatus. Decrevit, ut omnes, qui rempublicam salvam esse vellent, ad me unum defendendum venirent; ostenditque, nec stare potuisse rempublicam,<sup>14</sup> si ego non fuissem, nec futuram esse ullam, si non rediissem. Proximus est huic dignitati ordo equester. 74. Omnes omnium publicorum<sup>15</sup> p. societas<sup>9</sup> de meo consulatu, ac de meis rebus gestis amplissima atque ornatissima decreta fecerunt. [p. 228.] Scribæ, qui nobiscum in rationibus monumentisque publicis versantur, non obscurum<sup>16</sup> de meis in rempublicam beneficiis suum judicium decretumque esse voluerunt. Nullum est in hac urbe collegium, nulli pagani<sup>17</sup> aut montani, (quoniam plebei<sup>17</sup> quoque urbanæ<sup>8</sup>

—10 In Pal. 9, et Ms. Vict. *qui ei solebant*: ψ *qui soleant*.—11 In T deest *Non modo*. χ careat *jam*. C tam omittit. Pro *qui* C H S T ψ habent *quin*.—12 *Verba esse dicat* in S desunt.

CAP. XXVIII. 13 Edd. nonnullæ est omittunt. Mox, in T, Dresd. et ed. 1472, *populorum* sine copula. Verba et gentium in S desunt. Paulus post, in H S T χ ψ deest ac. Tnm, Dresd. et al. *consilium*. *Senatus deerit*.—14 C potuisset respubl. Post fuisse sex Oxonn. MSS. et al. cum Jnt. Græv. Oliv. et Lall. addunt *restitutus*.—15 *Publicanorum* Dresd. quinque Oxonn. MSS. et edd. vett. cum Græv. Oliv. Lall. Wolf. *populorum* ed. 1472.—16 χ *obscuris*. Mox, χ in rep.—17 Franc. et ed. 1472. *plebei*. Mox, C S χ ψ, Dresd. Franc.

## NOTÆ

<sup>9</sup> *Qui solebant*] Nempe sic loqui, ante quam restitueretur Cicero.

<sup>10</sup> *Publicorum* [*publicanorum*] Ex eius ordine erant publicani; ita videlicet qui pop. Rom. vettigalia condicebant.

<sup>9</sup> *Societas*] Societas nomen su-

mebant ab ea provincia, ejus vettigalia redemerant.

<sup>11</sup> *Nulli pagani*] Pagani dicuntur, qui nullo militiæ sacramento tenentur, quique pagos extra urbem, in agro tamen Romano habitant.

<sup>8</sup> *Plebei urbanae*] Plebs urbana ea

maiores nostri conventicula,<sup>t</sup> et quasi consilia quædam esse voluerunt) qui non amplissime, non modo de salute mea, sed etiam de dignitate decreverint.<sup>18</sup> 75. Nam quid ego illa divina atque immortalia municipiorum et coloniarum, et totius Italæ decreta commemorem, quibus, tanquam gradibus, mihi videor in cœlum ascendisse, non solum<sup>19</sup> in patriam revertisse? Ille vero dies<sup>u</sup> quis fuit,<sup>20</sup> cum te, P. Lentule, legem de me ferentem, populus Romanus vidi, sensitque, quantus et quanta dignitate esses?<sup>1</sup> Constat enim, nullis unquam comitiis, Campum Martium tanta celebritate, tanto splendore omnis generis hominum, ætatum, ordinum floruisse. Omitto civitatum, nationum, provinciarum, regum, orbis denique terrarum de meis in omnes<sup>2</sup> mortales meritis unum judicium, unumque consensum: adventus meus atque introitus in urbem qui fuit! Utrum me patria sic accepit, ut lucem salutemque<sup>3</sup> redditam sibi ac restitutam accipere debuit, an ut crudelem tyrannum? quod vos, Catilinæ gregales, de me dicere solebatis. 76. Itaque ille unus<sup>4</sup> dies, quo die me populus Romanus a porta<sup>x</sup> in Capitolium, atque inde domum sua



1. et ed. 1472. *urbani mores inde conrent.* H *urbanique mores inde convent.* Dein, *concilia Franc.* Dresd. Barb. et edd. ante Mannt. cum Lall.—18 H S X *decreverunt.*—19 C X *non modo.*—20 C, Ms. Steph. et Ms. Lamb. cum Beck. Schutz. et Orell. *qui fuit,* ut Faërnus volebat. Mox,  $\psi$  *ad me ferentem:* Ven. 1480. *de me ferente,* ut Faërn. volnit. Tum, edd. ante Græv. cum Oliv. Lall. *pop. Rom. ipse vidit.* In Dresd. *Romanus deest.* Denique, C *sensitque.*—1 Essem C H S T X, Barb. Pall. Ms. Lamb. Ven. 1483. Junt. *esset* Schutz. e conjectura Lambini et Faërni.—2 Dresd. omittit *omnes.* In Franc. 1. est de *meis immortalibus:* Ms. Car. Steph. *de meis in omnes immortalibus:* unde Garaton. conjecit *de meis in omnes immortalibus.*—3 C *salutem,* sine copula.—4 In T deest *unus.* Sex Oxonn. MSS. die omittunt. Tum, in Dresd. legitur *popu-*

## NOTÆ

fuit, quæ Romain; rustica, quæ rus incolebat.

<sup>t</sup> *Conventicula]* Conventicula a rege Numa instituta sunt, ut Florus testatur.

<sup>u</sup> *Ille vero dies]* Pridie Nonas Sextil. Lentulus de revocando Cicerone retulit.

<sup>x</sup> *A porta]* Cum venisset ab exilio ad portam Capenam, quæ Via Appia in urbem ducit, gradus templorum ab infima plebe completi sunt: a qua plausu maximo enim esset Ciceroni gratulatio significata, similis et frequentia, et plausus enim usque in Capitolium celebravit. In foro et in

celebritate laetitiaque comitatum<sup>5</sup> honestavit, tantæ mihi jucunditati fuit, ut tua mihi conselerata illa vis, non modo non<sup>6</sup> propulsanda, sed etiam emenda<sup>7</sup> fuisse videatur. Quare illa calamitas (si ita est appellanda) excussum hoc genus totum maledicti, ne quisquam audeat jam<sup>8</sup> reprehendere consulatum meum, tot, tantis, tam ornatis judiciis, testimoniosis, auctoritatibus comprobatum. **xxix.** Quodsi<sup>9</sup> in isto tuo maledicto probrum non modo mihi nullum objectas, sed etiam laudem illustras meam; quid te aut fieri aut singi dementius potest? uno enim maledicto, bis a me patriam servatam esse concedis; <sup>10</sup> semel, cum id feci, quod omnes non negent immortalitati, si fieri potest,<sup>11</sup> mandandum, tu supplicio puniendum putasti; iterum, cum tuum, multorumque propter te,<sup>12</sup> inflammatum in bonos omnes impetum, meo corpore excepisti, ne eam civitatem, quam servasse inermis, armatus in discrimen adducerem.<sup>13</sup>

**77.** Esto, non fuit in me poena ulla peccati: at fuit<sup>14</sup> judicii. Cujus? quis me unquam ulla lege interrogavit?<sup>15</sup> quis postulavit? quis diem dixit? Potest igitur damnati poenam sustinere indemnatus? hoc tribunicium est? hoc populare?<sup>15</sup> quanquam ubi tu te popularem, nisi cum

---

*lus a Roma in Cap.—5 Græv. e Franc. 1. dedit ac comitatu: etiam Ms. Guelf. habet comitatu, sed sine copula. Ern. conjectit comitatus legend. Mox. Franc. joconditati, et sic semper.—6 Non ante propulsanda Barb. et edd. vett. pauca omittunt.—7 In  $\chi$  emendanda.—8  $\chi$  caret jan.*

*CAP. XXIX. 9 C H S T  $\chi$  Quod, omissis si.—10 C  $\chi$  et Dresd. concedas.—11 Ern. conjectit possit.—12 C H S  $\chi$  preter te.—13 Franc. 1. ad vocarem.—14 C T  $\chi$   $\psi$  Affui.—15 Pop. est H S et edd. vett. In Dresd. deest hoc ante populare. Franc. Dresd. et ed. 1472. hoc tribunitium est populare; unde Græv. conjectit hoc trib. est et pop. Pantagathus hoc tribunitium? hoc pop. est? Mox,*

#### NOTÆ

Capitolio miranda multitudo fuit. Vide Epist. ad Att. iv. 1.

<sup>5</sup> *Lege interrogavit]* Lege interrogare, est legis alicuius auctoritate aliquem interrogare, numquid aliquod facinus admiserit: cum enim in ius ventum esset, dicebat accusator apud praetorem reo, ‘Aio te, Sicens,’ v. g. ‘spoliasses.’ Si tacuisset,

lis ei æstimabatur ut victo: si negasset, petebatur a magistratu dies inquirendorum ejus criminum, et instituebatur accusatio. Occupat autem Cicero id quod a Clodio dicebatur, non propter crimen eum ejectum esse, sed propter judicium: at id refellit ab adjunctis.

pro<sup>16</sup> populo fecisti,<sup>z</sup> potes dicere? Scilicet cum hoc juris a majoribus proditum sit, ut nemo civis Romanus aut libertatem<sup>17</sup> aut civitatem possit amittere, nisi ipse auctor<sup>18</sup> factus sit:<sup>y</sup> quod tu ipse potuisti in tua causa discere. Credo eniū, quanquam in illa adoptione legitime factum est nihil, tamen te esse interrogatum, auctorne esses, ut in te P. Fonteius vitæ necisque<sup>a</sup> potestatem haberet, ut in filio.<sup>19</sup> Quāero, si aut negasses, aut tacuisses, si tamen<sup>z</sup> id xxx curiæ<sup>20 b</sup> jussissent, num id jussum<sup>1</sup> esset ratum? certe non. Quid ita? quia jus a majoribus nostris, qui non ficte et fallaciter populares, sed vere et sapienter fuerunt, ita comparatum est, ut civis Romanus libertatem<sup>c</sup> nemo possit<sup>z</sup>

<sup>y</sup> Nisi ipse consenserit.

<sup>z</sup> Tametsi.

\*\*\*\*\*

in edd. vett. nonnullis deest *tu*.—16 Pro omittunt C T χ, Franc. Barb. Pall. Tum, in Ven. 1483, potest dicere. Pro *Scilicet* C H S χ, Guelf. et edd. vett. *Sed*; et pro *cum* Ven. 1480. *Junt. quod.* Lamb. e conj. dedit *potes dicere?* *Potest* desinere *civis esse, cum hoc juris, &c.*—17 Pro *libertatem* Dresden. in *pietatem*; C T χ *impietatem*, sed C habet asteriscum. Verba aut *civitatem* in χ desunt.—18 Pro *ipse auctor* T *senatus auctoritate; ψ se auctor.* Tum, T *factum sit.*—19 *Filium* Lamb. qui tamen hæc *ut in filio* pro *sputriis* habebat.—20 C H S χ *ψ decuria:* Franc. I. *cives, prob.* Græv. Dein, ed. 1472, *jussi essent.*—1 H et S *id injussum.* Pro *verbis num id jussum esset ratum,* Ms. Car. Steph. habet *num minus jussum est.* Pro *non Quid* in C S χ *ψ numquid;* H *non nunquid.*—

## NOTÆ

<sup>z</sup> *Pro populo fecisti]* Facere pro populo, est sacrificium offerre pro populo. Carpit hic acriter Clodium: volt enim significare muliebri habitu in arcanum Bonæ Deæ ingressum esse, quo adire viris nefas fuit.

<sup>a</sup> *Vitæ necisque]* Cum in alienam familiam quis intraret, aut id per prætorem fiebat, aut per populum: si per prætorem fiebat, adoptio dicebatur: si per populum, arrogatio; quia genus hoc in alienam familiam transitus, per populi rogationem fiebat. Ejus porto rogationis verba hæc sunt: ‘Velitis, jubeatis, ut L. Valerius L. Titio tam jure, legeque filius sicut, quam si ex eo patre, ma-

treque familias ejus natus esset: utique ei vitæ necisque in eum potestas siet, ut patri endo filio est. Hoc ita ut dixi, ita vos, Quirites, rogo.’

<sup>b</sup> *XXX curiæ]* Curiæ erant urbis partes in quas Romulus populum divisorerat: sic dictæ, quod tunc reipublicæ curam per sententias partium earum expediebat. Curiæ vero leges sunt quæ ad populi curias ferrantur, hoc est, que curiatis comitiis rogabantur, cum populus per curias suffragia inibat.

<sup>c</sup> *Libertatem]* Is amittet libertatem, qui per arrogationem in alienam potestatem transibat.

invitus amittere. 78. Quinetiam, si<sup>3</sup> decemviri<sup>d</sup> sacramentum<sup>e</sup> in libertatem injustum judicassent, tamen, quod nescumque vellet quis, in hoc genere solo rem judicatam referre<sup>a</sup> posse voluerunt.<sup>4</sup> [p. 229.] Civitatem vero nemo unquam<sup>s</sup> ullo populi jussu amittet invitus. xxx. Qui cives Romani in colonias Latinas proficiscebantur, fieri non poterant Latini, qui non<sup>6</sup> erant auctores facti, nomenque dederant. Qui erant rerum capitalium condemnati, non prius hanc civitatem<sup>f</sup> amitterebant, quam erant in eam<sup>7</sup> recepti, quo vertendi, hoc est, mutandi soli causa venerant: id autem ut esset faciendum, non ad emtione<sup>8</sup> civitatis, sed tecti, et aquae et ignis interdictione faciebant. 79. Populus Romanus, L. Sulla<sup>g</sup> dictatore ferente, comitiis centuriatis, municipiis civitatem ademit: ademit iisdem<sup>9</sup> agros. De agris ratum est: fuit enim populi potestas: de civitate, ne tamdiu quidem valuit, quamdiu illa Sullani temporis arma valuerunt. Hanc vero Volaterranis,<sup>10h</sup> cum etiam tum essent in armis, L. Sulla victor, republica recuperata, comitiis centuriatis, civitatem eripere non potuit:

\* Retractare.

<sup>2</sup> MSS. plerique, Junt. Grut. Wolf. Beck. Schutz. et Orell. posset.—<sup>3</sup> In CH χ si deest.—<sup>4</sup> Edd. vett. *hoc in genere se rem jud. referre voluerunt.* In CH S χ, Pall. plerisque, et al. legitur *se rem*; in T, Pal. 9. Barb. Ms. Vict. et MSS. Faënni sororem. *Pro referre posse Faënnus, Manot, Hotom.* Wolf. malebant referri.—<sup>5</sup> In T deest *nuquam.* Mox, in eodem Ms. legitur *populari jussu.*

CAP. XXX. 6 In Dresd. Frane. 1. sex Oxoni. MSS. et ed. 1472. deest negativa particula *ante erant.*—<sup>7</sup> C in ea.—<sup>8</sup> H *adoptione.*—<sup>9</sup> χ ψ ademit; *isdem.* In Barb. et Ven. 1480. semel verbum ponitur, *munic. civ. ademit;* *isdem agros.* Astipulantur his ed. Rom. Ven. 1483. et Hervag. nisi quod illæ

#### NOTÆ

<sup>d</sup> *Decemviri]* Decemviri litibus, si-  
ve stlitibus, ut olim loquebantur, ju-  
dicandis creati sunt. Lites autem,  
easque eausas judicabant, in quibus  
de jure controversia erat.

<sup>e</sup> *Sacramentum]* Sacramentum certa  
est et legitima pecuniae summa, quæ  
ab auctore et reo deponebatur in sa-  
cro, ut qui vicius et damnatus esset,  
is pecunia sua mulctaretur: qui vi-  
cisset, suam recuperaret.

<sup>f</sup> *Ciriatem]* Exemplum afferit de  
amissione civitatis, quam exemplo  
coloniarum, exnum, et Volaterrano-  
rum illustrat; contenditque neminem  
invitum libertatem amittere.

<sup>g</sup> *L. Sulla]* Sulla multis civitates  
mœnibus suis nudavit, et tribntis af-  
flicxit, quas sibi non favisce credide-  
rat.

<sup>h</sup> *Volaterranis]* Volaterra colonia,  
et urbs Etruriae antiquissima.

hodieque Volaterrani non modo cives, sed etiam optimi cives, fruuntur nobiscum<sup>11</sup> simul hac civitate. Consulari homini<sup>i</sup> P. Clodius, eversa republica, civitatem adimere potuit, concilio advocato,<sup>k</sup> conductis operis<sup>12</sup> non solum egentium, sed etiam servorum, Sedulio<sup>13</sup> principe,<sup>i</sup> qui se illo die<sup>m</sup> confirmavit Romæ non fuisse? 80. Quod si<sup>14</sup> non fuit, quid te audacius, qui in ejus nomen<sup>15</sup> incideris?<sup>n</sup> quid desperatus, qui ne<sup>16</sup> ementiendo quidem potueris auctorem adumbrare meliorem? Sin autem is<sup>17</sup> primus scivit,<sup>o</sup> (quod facile potuit, propter inopiam tecti, in foro per-

hisdem, hæc iisdem.—10 Lamb. e conj. edidit *An vero Vol.*—11 *H. vobiscum.*—12 C H S χ operibus.—13 ‘*Sedulio*’ Ita in quinque codd. Oxonn. scriptum, ut in Rom. et utraque Ven. Franc. Dresd. et ed. 1472. in VV. LL. ed. Græv. dicuntur legere *Sedulio*, sed in Not. *Fidulio*, et ibid. Garaton. ait Barb. enm Grævianis legere *Sedulio*. T. *Syduilio*: Pith. *Fidulo*. Atque ita semel c. 31. Car. Stephanus e cod. notavit *Fidulus*. Genibl. et Erf. *Fidulio principe, quæstoris filio, qui se, &c.* unde Gulielm. effecit Q. F. sed Græter. putat filio extitisse ex se illo. Pal. 9. *Fidulio principe filio illo diem conf.* *Fidulius* postea (c. 31.) in omnibus Pall. codd. et Vict. legitur.’ Beck. Tum, *confirmat* Pal. 9. Barb. Pariss. MSS. Lambini ac Grævii, eum Græv. et Lall.—14 Dresd. Qui si. Mox, Franc. *audactius*.—15 Qui ejus nomen C H S χ ψ, Barb. Pall. ed. Rom. et Ven. 1480. cum Wolf. Beck. Schutz. et Orelli. qui in æs ejus nomen Manut. Lall. quis ei nom. Pal. 9. qui in æs nomen Pantagath. Vid. Not. Delph.—16 In Dresd. ne deest. H habet qui te non ement.—17 ψ iis. Dresd. in primis. Pro potuit C H χ, Rom. Ven. 1480. 1483. fuit.—18 MSS. Lamb. et

## NOTÆ

<sup>i</sup> *Consulari homini]* Ciceroni non potuit eripere Clodius civitatem in eo concilio, quod ex perditis et egenis conflatum erat, si Sulla Volaterranis non potuit in comitiis centuriatis.

<sup>k</sup> *Concilio advocato]* Veteres concilium dicebant de parte aliqua plebis, quæ ad concessionem in foro conveniebat: hinc concilium edicere, non comitia, debebat is, qui non universum populum, sed partem aliquam adesse jubebat. Vid. Gell. xv. 27.

<sup>l</sup> *Sedulio principe]* Sedulius ille fuit ex iis unus, qui legem Clodii comprobasse et jussisse dicebatur, ex cuius testimonio Clodium mendacii

arguit.

<sup>m</sup> *Illo die]* Quo die lex illa lata est a Clodio, dixit Sedulius se Roma abfuisse.

<sup>n</sup> *In ejus nomen incideris]* ‘Incideris,’ id est, qui ejus auctoritatem prætexeris: nisi fortasse melius legendum sit ejus nomen in æs incideris; nam in æneis tabulis leges incidebantur, et cum eis eorum nomina, qui primi de iis suffragium tulerant, aut eas sciverant.

<sup>o</sup> *Scivit]* *Scivit* ambiguum est; nam et pro ‘jussit,’ et pro ‘intellexit’ sumi potest. Videtur tamen hic sumi pro ‘dare suffragium;’ quod facile præstare potuit, quia pernoctabat in foro.

noctans,<sup>18)</sup> cur non juret se Gadibus<sup>19</sup> fuisse,<sup>P</sup> cum tu te fuisse Interamnæ<sup>20 q</sup> probaveris? Hoc tu igitur, homo popularis, jure munitam civitatem et libertatem nostram putas esse<sup>1</sup> oportere, ut, si, tribuno plebis rogante, ‘Velitis, jubatisne,’<sup>2 r</sup> Sedulii centum se velle<sup>3</sup> et jubere dixerint, possit unusquisque nostrum amittere? Tum igitur majores nostri<sup>8</sup> populares non fuerunt, qui de civitate et libertate ea jura sanxerunt, quæ nec vis temporum, nec potentia<sup>4</sup> magistratum, nec res tum<sup>5</sup> judicata, nec denique universi populi Romani potestas, quæ ceteris in rebus est maxima, labefactare posset.<sup>6</sup> 81. At tu etiam, ereptor civitatis, legem de injuriis publicis<sup>t</sup> tulisti Anagnino<sup>7</sup> nescio cui Menulæ, per gratiam, qui tibi ob eam legem statuam in meis aëdibus posuit; ut locus ipse, in tua tanta<sup>8</sup> injuria,<sup>u</sup> legem et inscriptionem statuæ<sup>x</sup> refelleret. Quæ res muni-

Car. Steph. per noctasse.—19 Franc. et ed. 1472. *cur non juret Gadimus.* In Barb. quoque *Gadimus*: C x *Gadilius*. Ant. Augustin. conjectit in *gradibus*.—20 C *Interamnem*: ψ *inter annem*.—1 In C H S x ψ *esse omittitur*.—2 Lamb. *velitis, jubatisne*. Tum, C H x ψ *Sidulii*. Ms. Lamb. *Fidulus*, ubique.—3 C x *vellet*. Ante et *jub.* C H x ψ addunt *ei*. Dein, H x *dixerunt*. Pro *possit* C *posse*. Post *amittere* C H S x ψ, Barb. et al. atqne edd. vett. cum Oliv. et Lall. addunt *civitatem*.—4 Gnielkm. legi mavult *impotentiū*.—5 Ms. plerique et edd. vett. cum Græv. Lall. Wolf. Beck. Schutz. et Orell. *tum* omittunt.—6 *Possit* e conjectura dederit Ern. et Beck. *possit ceteri*.—7 C S x ψ *an agnino scio*. Mox me nullæ x ψ: *Menullæ* Lamb. e Ms. —8 Lamb. e Ms.

## NOTÆ

<sup>P</sup> *Gadibus fuisse*] Gades, hodie *Carthagena*, in capite Baeticæ insula est.

<sup>q</sup> *Interamnæ*] Clodius, accusatus de stupro in penetralibus Bonæ Deæ, juravit se eo die Interamnæ fuisse. Interamna porro urbs est Umbriæ; ita dicta, quod inter duos amnes constituta sit.

<sup>r</sup> *Velitis, jubatisne*] Requiruntur leges ut ejiciatur civis: neque id pendere ex illis verbis, ‘velitis, jubatis,’ debet, quæ facile proferri possunt a tribuno apud centum homines pecunia corruptos, qualis ille Sedulius fuit.

<sup>s</sup> *Tum igitur majores nostri*] Ironia.

Proponit autem qui vere populares sunt majorum exemplo.

<sup>t</sup> *De injuriis publicis*] Cum Menulæ, civi Anagnino, injuria publice facta esset, P. Clodius in ejus gratiam, legem aliquam videtur tulisse de publicis injuriis, qua pœnam aliquam constituerat: de qna lege nihil alibi legitur.

<sup>u</sup> *In tua tanta injuria*] Fecit injuriam Ciceroni Clodius, cum ejus ædes incendit ac diruit.

<sup>x</sup> *Inscriptionem statuæ*] Statuæ inscripsérat Mennla P. Clodio, ob latam legem de publicis injuriis.

cipibus Anagninis<sup>9</sup> multo majori dolori fuit, quam quæ idem ille gladiator scelera Anagniæ<sup>y</sup> fecerat.<sup>10</sup> XXXI. Quid? si<sup>11</sup> ne scriptum quidem<sup>z</sup> unquam est in ista ipsa rogatione, quam se Sedulius<sup>12</sup> negat scivisse; tu hujus,<sup>13</sup> ut acta tui præclari tribunatus hominis dignitate cohentes,<sup>14</sup> auctoritatem amplecteris?

82. Sed, tametsi<sup>15</sup> nihil de me tulisti, quo minus essem non modo in civium numero, sed etiam in eo loco,<sup>a</sup> in quo me honores populi Romani collocaverunt; tamenne eum tua voce<sup>16</sup> violabis, quem post nefarium scelus consulum superiorum, tot vides judiciis senatus, populi Romani, totius Italiae<sup>17</sup> honestatum? quem ne tum quidem,<sup>18</sup> cum aberam, negare poteras esse tua lege senatorem? Ubi enim tuleras, ut mihi aqua et igni<sup>19</sup> interdiceretur? quod Gracchus de P. Popillio,<sup>b</sup> Saturninus de Metello<sup>c</sup> tulit.



tanta tua. Mox, C H S χ scriptionem—9 C χ ψ an agnitiis. Post Anagninis MSS. et edd. præter Ern. addunt ornatissimis, quod abest a MSS. Lambini.—10 χ effecerat.

CAP. XXXI. 11 C Qui si. Mox, Lallem. e conjectura Gulielmii usquam.—12 C S Sidulius: χ ψ Fidulius: al. Fidulus.—13 Pro hujus in Ms. Car. Steph. autem.—14 Honestes H S T χ, Franc. Dresd. Barb. edd. Rom. Wald. Ven. 1480. 1483. Græv. Wolf. et Orell. Tum, auctorem C H S χ, et Ms. Car. Steph. Verba auctor, amplex, in Franc. Dresd. et ed. 1472. desunt.—15 C H S ψ, Junt. tamen si: al. tumen etsi. In Franc. Dresd. et ed. 1472. legitur Si nihil de me.—16 In Franc. desunt verba tua voce. Pro quem χ habet quæ.—17 Ante totius Italiae Franc. et Dresd. addunt et.—18 C et Franc. tu quidem. Pro aberam Franc. Dresd. et ed. Wald. ud horum.—19 Ignis C S T

## NOTÆ

<sup>y</sup> Anagniæ] Anagnia civitas fuit Hernicorum in Latio.

<sup>z</sup> Ne scriptum quidem] Si nihil scriptum est in illa rogatione pro qua suffragium Sedulius se dedit negat, sequi ejus auctoritatem non debet Clodius, vel ejus testimonium, ut inde suo tribunatni dignitatem et gloriam conciliet.

<sup>a</sup> In eo loco] Nihil Clodium protulisse ait, quo vel enim a numero civium, vel a senatoria dignitate amoveret; ad quam patebat iis aditus, qui curulem magistratum gesserant.

<sup>b</sup> Gracchus de P. Popillio] Gracchus tribunus plebis habuit multas orationes contra Popilium. Tulit antem ille, ne de capite civis Romani injussu populi judicaretur: qui indicta causa in civem Rom. animadvertisset, de eo populi quæstio constitueretur; quod propter Popillium latum est.

<sup>c</sup> Saturninus de Metello] Saturninus Apuleins tulit, uti Q. Metello Numidico consuli, quod legi ipsius agrariæ, quæ intra quintum diem jurari in eam jubebat, non paruisse, aqua et igni interdiceretur. Ille in eam le-

Homines seditiosissimi de optimis ac fortissimis civibus non, ut esset interdictum, quod ferri non poterat,<sup>2o</sup> tulerunt, sed ut interdiceretur. Ubi cavisti, ne meo me loco censor in senatum legeret?<sup>d</sup> quod de omnibus, etiam quibus<sup>e</sup> damnatis interdictum est, scriptum est in legibus.<sup>e</sup> 83. Quære hoc<sup>2</sup> e Sex. Cludio, scriptore legum tuarum: jube<sup>3</sup> adesse: latitat omnino: sed si requiri<sup>b</sup> jusseris, invenient hominem apud sororem tuam, occultantem se, capite demiso.<sup>4f</sup> Sed si patrem tuum,<sup>g</sup> civem,<sup>5</sup> medius fidius, egregium, dissimilemque<sup>6</sup> vestri, nemo unquam sanus exulem appellavit (qui, cum de eo tribunus plebis promulgasset, adesse propter iniquitatem<sup>b</sup> illius Cinnani temporis noluit,<sup>7</sup> eique imperium est abrogatum); [p. 230.] si in illo poena legitima turpitudinem non habuit propter vim temporum; in me, cui dies dicta non<sup>8</sup> est, qui reus non fui, qui nunquam sum a tribuno plebis citatus, damnati poena esse

<sup>b</sup> Produc.<sup>c</sup> Qui nunquam vocatus fui in judicium.

<sup>ψ</sup>, Franc. Dresd. et edd. pr. cum Wolf. Beck. Schutz. et Orell.—20 *Quod fieri non poterat* C H, Gryph. Lamb. Grut. *quod ferre non poterant* Franc. Dresd. ed. Wald. et Græv. Ceteri ut Ern.—1 MSS. pauci, Junt. Lamb. Gruter. quibusdam. Pantagathus legi maluit *civibus jam damn.* Verba scriptum est in χ desunt.—2 S Quæro, et Ms. Car. Steph. hæc. Tum, edd. ante Grut. ex Clodio.—3 H et T jubet.—4 Verba invenient . . . demiso absunt a Dresd.—5 Franc. et ed. 1472. omittunt circem.—6 In Dresd. Barb. sex Oxom. Ms. Rom. Wald. Ven. 1480. 1483. dissimilem sine copula. Dein, T nostri.—7 ψ voluit. Pro eique Franc. Dresd. edd. pr. et æque; χ, Barb. et eque; ψ et æqua; C æque; Ms. Car. Steph. donec. Grævius corrigit et inique.—8 Pro

## NOTÆ

gem jurare noluit.

est legibus, ut in locum condemnati aliquis substituatur.

<sup>f</sup> Capite demiso] Indicat nefariam hominis turpitudinem.<sup>g</sup> Patrem tuum] Pater Clodii Ap-pins Clandius fuit, qui cum Publio Servilio Isaurico consul fuit, et cui imperium consulaire abrogatum est.<sup>h</sup> Adesse propter iniquitatem] Maluit remanere potius in exilio voluntario quam redire Romam, quæ tot factiō-nibus premebatur.<sup>e</sup> Scriptum est in legibus] Scriptum

Delph. et Var. Clas.

Cicero.

5 U U

potuit, ea præsertim, quæ ne in ipsa quidem rogatione<sup>i</sup> proscripta<sup>9</sup> est? XXXII. 84. At<sup>10</sup> vide, quid intersit inter illum iniquissimum patris tui casum,<sup>11</sup> et hanc fortunam conditionemque nostram. Patrem tuum, civem optimum, clarissimi viri filium, (qui si viveret, qua severitate fuit, tu profecto non viveres) L. Philippus<sup>k</sup> censor, avunculum suum, præteriit in recitando senatu. Nihil enim poterat dicere, quare rata non essent, quæ erant acta<sup>12</sup> in ea republica, in qua se illis ipsis temporibus censorem esse voluisset: me L. Cotta,<sup>13</sup> homo censorius, in senatu juratus<sup>1</sup> dixit, se, si censor tum esset,<sup>14</sup> cum ego aberam, meo loco senatorem recitaturum fuisse. 85. Quis in meum locum judicem subdidit?<sup>m</sup> quis meorum amicorum testamentum discessu meo<sup>d</sup> fecit, qui<sup>15</sup> mihi non idem tribuerit, quod et si adessem?<sup>16</sup> Quis me, non modo civis, sed socius, recipere contra tuam legem et juvare<sup>17</sup> dubitavit? Denique universus senatus multo ante, quam est lata lex de me, gratias agendas censuit civitatibus iis,<sup>18</sup> ‘quæ M. Tullium...’ tantumne? immo etiam, ‘civem optime de republica meritum,

<sup>d</sup> Me absente.



non edd. vett. paucæ et Græv. nunquam. Tum, Wald. data est.—9 *Præscripta* S T x ψ, Barb. MSS. Laubini ac Grævii, ed. Wald. *perscripta* omnes aliæ edd. præter Ern. qui e conjectura Grævii dedit *proscripta*.

CAP. XXXII. 10 Sex Oxon. MSS. Ac. Pro vide ψ inde.—11 H causam.—12 C et x quæ essent acta. In T deest ea.—13 Ed. 1472. M. L. Cocta.—14 Franc. Dresd. ed. 1472. *juratus dixit rei censor cum esset*. Mox, in CH S T x, Franc. Dresd. ed. 1472. deest *ego*. Tum, Jannocins e Ms. Puccii *meo meo loco*, ut Mauartins volebat.—15 H S T quis.—16 ‘Ed. Junta habet *quod si adessem*. Melius. Credo excidisse aliquot syllabas, et fuisse *quod tribueret, si adessem*.’ Ern. ‘Deest et in C x ψ. Grævins jam conjectit *quam* (sed videatur voluisse *quod*, ut recte Garaton. monuit) *si adessem*, ant *si adfuisse*.’ Beck.—17 Franc. et Dresd. *jurare*.—18 H S his, omissio quæ. In T iis quæ

#### NOTÆ

<sup>i</sup> *In ipsa quidem rogatione*] In rogatione Clodii non scriptum fuit, ut aqua et ignis interdiceretur.

<sup>k</sup> *L. Philippus*] L. Philippus orator eximius fuit, et ejus Philippi pater, qui Octaviani vitricus fuit.

<sup>l</sup> *Juratus*] Addito juramento Cotta dixit, si censor tum fuisset, cum Ci-

cero ejectus est, se eum loco suo nominatum fuisse inter senatores.

<sup>m</sup> *Judicem subdidit*] Erant iudicem decuriae perscriptæ ex senatorum numero: in demortni autem locum alter sufficiebatur: nemo autem subditus est in Ciceronis locum.

recepissent.' Et tu unus, pestifer civis, eum restitutum negas esse civem, quem ejectum<sup>19</sup> universus senatus non modo civem, sed etiam egregium civem semper putavit? 86. At vero, ut annales populi Romani et monumenta vetustatis loquuntur, Cæso<sup>20</sup> ille Quintius,<sup>n</sup> et M. Furius Camillus,<sup>o</sup> et M. Servilius Ahala,<sup>p</sup> cum essent optime de republica meriti, tamen populi incitati vim<sup>e 1</sup> iracundiamque subierunt: damnataque comitiis centuriatis<sup>q</sup> cum in exilium profugissent, rursus ab eodem populo placato sunt in suam pristinam dignitatem restituti. Quodsi his<sup>2</sup> damnatis non modo non imminuit calamitas clarissimi nominis gloriam, sed etiam honestavit (nam, etsi optabilius<sup>r</sup> est, cursum vitae confidere sine dolore, et sine injuria; tamen ad immortalitatem gloriae plus affert, desideratum esse a suis civibus, quam omnino nunquam esse violatum); mihi,<sup>s</sup> sine ullo judicio populi profecto, tum amplissimis<sup>t</sup> omnium judiciis restituto, maledicti locum aut criminis obtinebit? 87. Fortis et constans<sup>6</sup> in optima ratione civis P. Popillius semper fuit: tamen ejus in omni vita nihil est ad laudem<sup>7</sup>

<sup>e</sup> Seditionem.



desunt.—19 C x electum.—20 Kæso e conjectura Augustini et Manutii dedecrunt Beck. et Schutz. Censor C H S T x et edd. ante Lamb. Tum, Franc. Quintus: al. Quintius. Porro, H et consularis M. Furius Cam. Denique, Schutz e conjectura Muretti et aliorum edidit C. Servilius Ah. Pro Ahala, quod in C H S T x, Barb. Rom. Ven. 1483, deest, Franc. habet Ala, Lamb. Hala.—1 Pro rim C H S x ψ, Franc. Dresd. et ed. 1472. habent in. Dein, iracundiam quo H S x ψ: iracundiam quam Franc. iracundiam quo Dresd. iracundiam Ms. Car. Steph. In Ms. Lambini populi concitati iracundiam sub.—2 Edd. vett. cum Graev. Oliv. Lall. iis. Tum, T damnataque. In x deest non post non modo. Mox, Franc. minuit. Pro nominis Dresd. habet hominis.—3 H tam, et C x si opt.—4 Ern. conjectit in me legend. Lambinus dedit mihi, cum sine.—5 Al. cum ampl. Barb. et Ven. 1480. non cum ampl.—6 H et S

## NOTÆ

<sup>n</sup> Cæso ille Quintius] Defensor ille fuit nobilitatis contra plebem, et apud Tuscos exultatum abiit. Probat autem comparatione exemplorum eandem rem, et amplificat.

<sup>o</sup> Camillus] Camillus urbanus Romanus a Gallis liberavit.

<sup>p</sup> Servilius Ahala] Hic magister equitum Sp. Melium, regnum affectantem, iussu Quintii Cincinnati dictatoris manu sua interfecit.

<sup>q</sup> Comitiis centuriatis] In quibus legem tulit Lentulus de illorum exilio.

illustrius, quam calamitas ipsa. Quis enim jam meminisset, eum bene de republica meritum, nisi et ab improbis expulsus esset, et per bonos restitutus? Q. Metelli<sup>r</sup> præclarum imperium in re militari sicut, egregia censura, omnis vita plena gravitatis: tamen hujus viri laudem ad sempiternam memoriam<sup>s</sup> temporis calamitas propagavit. **xxxiii.** Quodsi et illis,<sup>t</sup> qui expulsi sunt inique, sed tamen legibus reducti, inimicis interfectis,<sup>u</sup> rogationibus tribuniciis, non auctoritate senatus, non comitiis centuriatis, non decretis Italiae, non desiderio civitatis, inimicorum injuria probro non fuit; in me, qui profectus sum integer,<sup>f</sup> absfui<sup>ii</sup> simul cum republica, redii<sup>ii</sup> cum maxima dignitate, te vivo, fratre tuo altero consule<sup>iiii</sup> reducente, altero prætore<sup>t</sup> pentente,<sup>iiii</sup> tuum scelus meum probrum putas esse oportere? 88. Ac,<sup>v</sup> si me populus Romanus, incitatus iracundia aut invidia, e civitate ejecisset, idemque postea mea in rem publicam<sup>vi</sup> beneficia recordatus, se collegisset, temeritatem atque injuriam<sup>vii</sup> suam restitutione mea reprehendisset; [p. 231.] tamen profecto nemo tam esset amens, qui mihi populi tale judicium<sup>viii</sup> non dignitati potius, quam decori putaret esse oportere. Nunc vero, cum me in judi-

<sup>f</sup> *Indemnatus.*

*constantis.*—7 H S T χψ tam ad laudem.—8 C H S χ ad semp. gloriam sive mem.

CAP. XXXIII. 9 C χ *Quod si ex illis.* Lambinus copulam omisit.—10 C H T χψ *interjectis.*—11 Dresd. et ed. 1472, *afūi.*—12 Pro redīi, quod in Franc. I. et ed. Junt. deest, Ms. nonnulli et edd. pleraque ante Græv. habent *dicam.* In Dresd. Barb. Ms. Car. Steph. ed. 1472. Ven. 1480. et al. deest præpositio *cum*, et legitur *dicam max. dign. absfui simul cum R. P.* Præpositionem quoque omittunt ed. Rom. et Ven. 1483. *Max. cum dign.* dederunt Lamb. Oliv. Lali. Wolf. *Pro te vivo Pantagathus te in ictu legi maluit.* In H S T χ te deest.—13 H S T χψ, Franc. I. Dresd. *consulari.*—14 *Petenti C S χ:* *didente Pal. 9. ducente Gembl.* paciente Aldus Nepos e conjectura Manntii. In T deest.—15 T, Franc. I. Dresd. Ms. Steph. et ed. 1472. *At.* Mox, Dresd. *inritatus.*—16 *Mea in rep.* C: *in ea rep.* Dresd.—17 H *incuriam.*—18 Lamb.

#### NOTÆ

<sup>r</sup> *Q. Metelli]* Q. Metellus Numidicus censor Saturninum notavit, a quo postea tribuno plebis in exilium ejec-  
tus est.

<sup>s</sup> *Consule]* Metello Nepote consule referente, revocatus fuit Cicero.

<sup>t</sup> *Prætore]* Appius, Clodii germanus frater, prætor tum erat.

cium populi nemo omnium<sup>19</sup> vocarit; condemnari non potuerim, qui accusatus non sim;<sup>20</sup> denique ne expulsus quidem ita sim, ut,<sup>1</sup> si contenderem, superare non possem; contraque a populo Romano<sup>2</sup> semper sim defensus, amplificatus, ornatus; quid est, quare quisquam mihi se ipsa populari ratione<sup>3</sup> anteponat? 89. An tu populum Romanum esse illum putas,<sup>4</sup> qui constat ex iis qui merecede conducuntur? qui impelluntur, ut vim afferant magistratibus? ut obsideant senatum? optent quotidie cædem,<sup>5</sup> incendia, rapinas? quem tu tamen populum, nisi tabernis<sup>6</sup> clausis,<sup>u</sup> frequentare non poteras; cui populo duces Lentidios,<sup>x</sup> Lollios,<sup>7</sup> Plaguleios, Sergios præfeceras. O speciem<sup>y</sup> dignitatemque populi Romani, quam reges, quam nationes exteræ, quam gentes ultimæ pertimescant,<sup>8</sup> multitudinem hominum ex servis, ex conductis, ex facinorosis, ex<sup>9</sup> egentibus congregatam! 90. Illa fuit pulchritudo<sup>z</sup> populi Romani, illa forma, quam in Campo vidisti tum, cum etiam tibi, contra senatus totiusque Italiae auctoritatem et studium, dicendi potestas fuit.<sup>10</sup> Ille, ille populus est domi-

*tale populi jud.*—19 Franc. Ms. Puccii, et ed. Junt. *omnino*.—20  $\chi$  fuerim. Mox, pulsus C H S  $\chi$ , Ms. Car. Steph. ed. Rom. Ven. 1483.—1 Pro ut C H S  $\chi$   $\psi$  habent *ne*. Tum, T si ne cont. Dresd. si me cont.—2  $\psi$  a rep.—3 Car. Steph. et Lamb. *ipsa populari rat.* Eru. legi mavult in *ipsa populari rat.* Pan>tagathus legit, in *ipsa populari rat.* anteretur.—4 Lamb. e Ms. *putas illum.* Mox, C ex his.—5 Ms. Car. Steph. optent *Catilinæ cædem.* Garaton. legi mavult qui optant.—6 Franc. 1. Ms. Car. Steph. et ed. 1472. nisi his tub. Pro nisi C H S  $\chi$  et Dresd. habent in his.—7 T *Lentulos, liliis.* In C *Lillios.* Dein, Erf. *Placuleios.* Grævius dedit *Lentidios, Plaguleios, Lollios.* In CH ST  $\chi$  et edd. plerisque ante Lamb. deest *Plaguleios.* Denique, T *Sirgios.*—8 Edd. ante Ern. *pertimescant.* Tum, C H S T  $\chi$  *multitudine.* Paulo post, *ex servis, ex conductis Guelf. Barth. Junt. Græv. Lall. Wolf. Beck. et Orell. ex servis conductis ceteri.*—9 In Franc. 1. deest præpositio ante *egentibus.*—10 Lamb. deſut. Pronomen *ille* semel tantum legitur in C H S T  $\chi$ , Franc. Dresd. et

## NOTÆ

<sup>a</sup> *Nisi tabernis clausis]* Loquitur de plebe urbana, quæ constabat opificibus, quæque inferior rusticana habebatur.

<sup>x</sup> *Lentidios, &c.]* Lentidii, Lollii, Sergii, homines apti ad seditiones

concitandas fuerunt, quibus Clodius ad vilem sibi plebeculam comparandam utebatur.

<sup>y</sup> *O speciem]* Ironica exclamatio.

<sup>z</sup> *Illa fuit pulchritudo]* Ostendit qui vere populus Rom. dicendus sit.

nus regum, victor atque imperator omnium gentium, quem illo clarissimo die, scelerate, vidisti tum, cum omnes principes civitatis, omnes ordinum<sup>11</sup> atque aetatum omnium, suffragium se, non de civis, sed de civitatis salute ferre<sup>12</sup> censebant: cum denique homines in Campum, non tabernis, sed municipiis<sup>a</sup> clausis, venerunt.<sup>13</sup> XXXIV. 91. Hoc<sup>14</sup> ego populo, si tum consules aut fuissent in republica, aut omnino non fuissent, nullo labore, tuo præcipiti furori atque impio sceleri restitissem. Sed publicam causam contra vim armatam sine populi præsidio<sup>15</sup> suscipere nolui: non quo<sup>16</sup> mihi P. Scipionis,<sup>b</sup> fortissimi viri, vis<sup>17</sup> intima,<sup>c</sup> privati hominis, displiceret; sed<sup>18</sup> Scipionis factum statim P. Mucius<sup>19</sup> consul, qui in gerenda republica putabatur fuisse segnior,<sup>c</sup> gestam<sup>20</sup> multis senatusconsultis non modo defendit, sed etiam ornavit: mihi aut, te imperfecto, cum consulibus, aut, te vivo, et tecum, et cum illis, armis decertandum fuit. 92. Erant eo tempore multa etiam alia metuenda. Ad servos, medius fidius, res pervenisset: tantum homines impios ex vetere illa conjuratione<sup>d</sup> inustum<sup>1</sup> nefariis mentibus bonorum odium retinebat.<sup>2</sup>

Hic tu me etiam gloriari vetas: negas esse ferenda, quæ soleam de me prædicare: et homo facetus inducis etiam

*¶ Summa.*

---

ed. Wald.—11 χ ordines. Mox, Ern. conjectit legend. *omnium homines*.—12 C S χ fore.—13 C venerant, ut Ern. volebat.

CAP. XXXIV. 14 ψ Hæc.—15 Garatou. conjectit *sine publico præs.*—16 C H S χ ψ, Junt. Lamb. Wolf. Beck. et Orell. *non quo.* Ceteri *non quod.*—17 In Trvis deest. Vid. Nott. Varr.—18 χ sed *si.*—19 Al. *Mutius.*—20 *Segnior quam gesta* Lamb. Oliv. *segnior, gestum multis* Ern. e conjectura. *Segnior,*

## NOTÆ

<sup>a</sup> *Non tabernis, sed municipiis]* Ait non e tabernis vilem populum, sed χ omnibus municipiis et civitatibus venisse pro Cicerone supplicatum.

<sup>b</sup> *P. Scipionis]* Non improbavit Cicero factum P. Scipionis Nasicae, qui T. Gracchum occidit. Vide Plutarchum in Gracchis.

<sup>c</sup> *Fuisse segnior]* P. Mucius contra

T. Gracchum arma capere noluit, ne alienus belli civilis auctor haberebatur; sed multis tamen laudibus Scipionis factum extulit.

<sup>d</sup> *Vetere illa conjuratione]* Ex Catilinaria conjuratione multi ad arma prodiissent, a quibus respublica periclitata esset.

sermonem urbanum ac venustum : me dicere solere, esse me Jovem ; eundemque<sup>3</sup> dictitare, Minervam esse sororem meam. Non tam insolens sum, quod Jovem esse me dico, quam ineruditus, quod Minervam sororem Jovis esse existimo.<sup>4</sup> Sed tamen, ego mihi sororem virginem<sup>e</sup> ascisco : tu sororem tuam virginem esse non sivisti.<sup>f</sup> Sed vide, ne tu te<sup>6</sup> debeas Jovem dicere, quod tu jure eandem sororem et uxorem appellare possis. XXXV. Et quoniam hoc re-

.....

*gesta, multis ceteri.—1 Dresd. injustum.—2 Hervag. tenebat.—3 x eum denique. Tum, H dictare.—4 Libri quidam scr. et edd. non tam ineruditus : alii ut Guelf. ed. Viet. non tam eruditus : illud recepit Grævins ; male.’ Ernest. ‘Quam Gruternus dedit loci scripturam, ab Ern. et Wolf. quoque servatam, ea petita est ex cod. Gembl. cui astipulatur cod. Vict., nisi quod is habet, ut Pal. 9. eruditus. Pal. 9. præterea, me dieam tam eruditus, quod Min. sororem Jov. esse existimo. Cod. Franc. quod Jovem me esse dieam, non tam erud., quod Min. sororem Joris esse sororem mean existimem (sed vetusta manus voc. eruditus superscripserat quam ineruditus). Similiter Dresd. et pleraque vett. edd. nisi quod ineruditus habent. Hinc Grævins (eum in codd. Grut. desit sororem mean) edidit, Jovem esse me dico, non tam ineruditus, quod Min. sororem Jovis esse existimo. Naugerius, quod Jovem me esse (s. esse me) dico, quam eruditus, quod Min. sororem Joris esse existimo. Eam scripturam, etsi ab Ursino improbatam, retinuerunt Lall. Oxoni. (in quibus esse me) ; et Lallem. unum e suis codd. ita legere ostendit. Hervag. et Cam. dederunt, qui Jovem esse me dicam, non tam ineruditus, qui Min. Jovis sororem mean esse sororem existimem : ita etiam Car. Steph. Mannt. et Lamb. Atque sic legi in cod. quodam Ant. Augustini Ursinus auctor est. Unus e Lall. codd. habet, qui Jov. esse me dicam, non tam ineruditus, qui Min. Jovis sororem esse existimem. In cod. Barb. est, quod Jovem esse me dicam, nec tam eruditus, quod Min. me sororem mean Jovis esse sororem existimem : quæ etiam ineptiora sunt. Lambinus edidit, qui Jovem esse me dicam, non tam ineruditus, qui Min. Jovis filiam, mean sororem esse existimem : idemque monet, Passeratum legere, qui Min. Jovis (subintell. filiam), sororem mean, &c. Ant. Augustinus legit, non tam ineruditus qui Min. Jovis esse sororem existimem : Ursinus autem, Pantagathum secentus, rectissime legi existimat, qui Jovem esse me dicam, nec tam ineruditus, qui Minervam sororem existimem ; atque ita postea in cod. Nie. Perotti scriptum invenit. Beck. Pro tam ante insolens C x habent ita : pro dico C H S x dicam : pro quam C H S x non tam. Tum, C H S x me sororem Jovis esse existimem. Vid. Nott. Varr.—5 C, ed. Rom. et al. cum Beck. sisti.—6 In C T x te deest. Pro debeas Pal. 9. Gembl. et Ms. Viet. habent soleas. T dicere omittit.*

## NOTÆ

<sup>e</sup> Sororem virginem] Ait se tractare Minervam ut virginem, et suis honeste studiis uti. Volunt autem poëtæ hoc figmento Minervæ; quod omnes literati quasi fratres ejus sunt, quia studia tractant liberaliter, nou-

quæstus gratia. Porro filia Jovis, et ex capite illius prognata traditur.

<sup>f</sup> Non sivisti] Clodins prostituerat sororem suam, et nunc ei stuprum ejus objicit.

prehendis, quod solere me dicas de me ipso glorioius praedicare ; 93. quis unquam audivit, cum ego de me, nisi coactus ac necessario dicerem ? Nam si, cum mihi fulta, largitiones, libidines objiciuntur, ego respondere soleo, meis consiliis, periculis, laboribus, patriam esse conservatam,<sup>7</sup> non tam sum existimandus de gestis rebus gloriari, quam de objectis<sup>8</sup> non confiteri. [p. 232.] Sed si mihi, ante haec durissima reipublicae tempora,<sup>9</sup> nihil unquam aliud objectum est, nisi crudelitas illius temporis,<sup>9<sup>b</sup></sup> cum a patria perniciem depuli ; quid ? me huic maledicto utrum non respondere, an demisse<sup>b</sup> respondere decuit ? 94. Ego vero<sup>10</sup> etiam reipublicae semper interesse putavi, me illius pulcherrimi facti, quod ex auctoritate senatus, consensu bonorum omnium, pro salute patriæ, gessissem, splendorem verbis<sup>11</sup> dignitatemque retinere ; præsertim cum mihi uni in hac republica, audiente populo Romano, opera mea hanc urbem et hanc rempublicam esse salvam, jurato dicere fas fuisset.<sup>i</sup> Exstinctum est jam illud maledictum crudelitatis, quod me, non ut crudelem tyrannum, sed ut mitissimum parentem,<sup>12</sup> omnium civium studiis desideratum, repetitum, arcessitum vident. 95. Aliud exortum est : objicitur mihi meus ille discessus : cui ego criminis respondere sine mea maxima laude non possum. Quid enim, pontifices, debeo dicere ? Peccati me conscientia

<sup>b</sup> Lente.



CAP. XXXV. 7 Barb. MSS. Car. Stephani et Lambini servatam. Tum, Lallem. delevit non ante tam sum exist.—8 Post objectis χ addit rebus, sed non ante confiteri omittunt Pal. 9. Ms. Vict. unus Pariss. Ms. Car. Steph. cum Schutz. et Orell.—9 Pro illius temporis Erf. Pal. 9. Franc. Ms. Vict. Ms. Car. Steph. habent ea unius.—10 Ms. Car. Steph. vero omittit. In CH S χ ψ deest etiam.—11 C, Franc. Ms. Vict. ed. Ven. 1480. urbis. Pro retinere

#### NOTÆ

<sup>g</sup> Durissima reipublicæ tempora] Ea intelligit tempora quibus ejectus est.

<sup>h</sup> Crudelitas illius temporis] Tempus designat quo Catilinæ coniurationem oppressit.

<sup>i</sup> Jurato dicere fas fuisset] Ultimo

die consulatus, cum Ciceronem tribunus plebis Q. Metellus Nepos concione privasset, juravit rempub. a se servata fuisse : tunc populus enim jure jurasse juravit. Vide lib. v. Ep. ad Metellum.

prosfigisse? At<sup>13</sup> id, quod mihi crimini dabatur, non modo peccatum non erat, sed erat res, post natos homines<sup>14</sup> pulcherrima. Judicium populi pertimuisse? At<sup>15</sup> id nec propositum ullum<sup>16</sup> fuit; et, si fuisset, duplicata gloria<sup>k</sup> discessissem. Bonorum mihi præsidium defuisse? falsum est. Me mortem timuisse? turpe est. XXXVI. Di- cendum igitur est id, quod non dicerem, nisi coactus: (ni- hil enim unquam de me dixi sublatius,<sup>i</sup><sup>17</sup> asciscendæ lau- dis causa potius, quam criminis depellendi :) dico igitur, et quam possum<sup>18</sup> maxima voce dico: 96. Cum omnium perditorum et conjuratorum incitata<sup>19</sup> vis, duce tribuno<sup>l</sup> plebis, consulibus auctoribus, afflito<sup>20</sup> senatu, perterritis equitibus Romanis, suspensa<sup>k</sup> ac sollicita<sup>1</sup> tota civitate, non tam in me impetum faceret, quam per me in omnes bonos; me vidisse, si<sup>2</sup> vicisem, tenues reipublicæ reliquias; si victus essem, nullas futuras. Quod cum judicassem; deslevi conjugis miseræ discidium,<sup>13</sup> liberorum carissimorum solitudinem, fratris absentis amantissimi atque optimi casum, subitas fundatissimæ familiæ ruinas: sed his omnibus rebus vitam anteposui meorum civium; remque publicam<sup>4</sup> concidere unius discessu, quam omnium interitu occidere malui. Speravi (id quod accidit) me ja-

<sup>i</sup> Gloriosius.<sup>k</sup> Dubia.<sup>l</sup> Disjunctionem.

---

Wolf. legi mavult tueri.—12 χ patrem.—13 C T χ ψ Aut. Mox, ψ crimen. Pro modo H habet mei.—14 Lamb. post hom. natos.—15 C χ ψ Aut.—16 S illum: H illud.

CAP. XXXVI. 17 Gulielm. conjectit sufflatius.—18 Barb. qua poss.—19 In- cita Pal. 9. Barb. Ms. Viet. et Ms. Lamb. cum Grut. In Pal. 3. 4. 5. deest.—20 Ante afflito C H S T χ addunt et. Mox, in C et χ præteritis.—1 ψ et edd. nonnullæ sollicitata: Franc. sollicitatu ac suspensa.—2 In χ deest si.—3 Edd. ante Lamb. dissidium. Tum, C S χ sollicitudinem. Postea, C aman- tissimi.—4 C H S T rempublicam. Dein, concedere T, Pal. 1. 9. Ms. Vict. Ms. Car. Steph. MSS. Lambini: condere C H S χ, Barb. MSS. Ursini et edd. ante Lamb. occedere malnit Gulielm. Pro unius C H S T χ, Barb. et edd.

## NOTÆ

<sup>k</sup> Duplicata gloria] Gloria ejus, 1. finit cum Catilinæ coniurationem op- pressit: 2. cum Clodio cessit, ne res publica perturbaretur, si quid ei re-

stitisset.

<sup>l</sup> Duce tribuno, &c.] Consulibus Pi- sone et Gabinio, tribunus erat Pub. Clodius.

centem posse a vivis<sup>5</sup> viris fortibus excitari; si una cum bonis interiissem, nullo modo posse recreari. 97. Accepi, pontifices, magnum atque incredibilem dolorem: non nego: neque istam mihi ascisco sapientiam,<sup>6</sup> quam nonnulli in me requirebant, qui me animo nimis fracto esse atque afflito loquebantur. An ego poteram, cum a tot rerum tanta varietate<sup>6</sup> divellerer (quas idcirco prætereo, quod ne nunc quidem sine fletu commemorare possum), inficiari me esse hominem, et communem naturæ sensum repudiare? Tum vero neque illud meum factum laudabile, nec<sup>7</sup> beneficium ullum a me in rempublicam<sup>8</sup> profectum dicerem, si quidem ea reipublicæ causa reliquissem, quibus æquo animo carerem: eamque animi duritiam, sicut corporis, quod, cum uritur, non sentit, stuporem potius, quam virtutem putarem. XXXVII. 98. Suscipere tantos animi dolores, atque ea, quæ capta urbe, accident victis, stante urbe, unum<sup>9</sup> perpeti, et jam se videre distrahi a complexu suorum, disturbari<sup>10</sup> tecta, diripi fortunas, patriæ denique causa<sup>11</sup> patriam ipsam amittere, spoliari populi Romani beneficiis amplissimis, præcipitari ex altissimo dignitatis gradu, videre prætextatos<sup>12</sup> inimicos,<sup>13</sup> nondum morte complorata, arbitria petentes<sup>13</sup> funeris;<sup>14</sup> hæc omnia subire conservandorum civium causa, atque ita, ut<sup>14</sup> dolenter ab-



vett. *meo*; Gryph. 1550. *meo unius*, prob. Garaton.—5 In T deest *vivis*.—6 Ern. conjectit *suavitate* vel *caritate* legend.—7 Lamb. *neque*.—8 CT rep. Franc. *republica*. Tum, T *confectum*.

CAP. XXXVII. 9 Rom. Ven. 1480. 1483. *vivum*.—10 C H S χ *disturbare*.—11 Pro *causa* C H S χ *eam*.—12 H S T χ ψ, Franc. *omnes* Pall. et Ms. Vict. *prætextos*.—13 *Parentes* C H S χ: *parentis* Dresd.—14 Pro *ut* C tu; H S χ *tum*; Dresd. et al. *cum*; Franc. *ut* *cum*; ed. 1472. *tamen*. *Pro absis χ et*

## NOTÆ

<sup>m</sup> *Ascisco sapientiam*] Indolentiam Stoicorum intelligit.

<sup>n</sup> *Prætextatos inimicos*] Prætextatos inimicos dicit, quia magistratus geregabant quorum prætexta insigne fuit.

<sup>o</sup> *Arbitria funeris*] Per arbitria fu-

neris poenas lethales intelligit: nam vox hæc ‘arbitrium’ usurpatatur etiam in funeribus pro mercede libitinariorum, vespillonum, pollinctorum, et eorum omnium qui funera curabant.

sis, non tam sapiens, quam ii,<sup>p</sup> qui nihil curant, sed tam amans tuorum ac tui, quam communis humanitas postulat;<sup>15</sup> ea laus præclara atque divina. Nam, qui ea, quæ nunquam cara ac jucunda duxit, animo æquo reipublicæ causa deserit, nullam benevolentiam insignem in rempublicam<sup>16</sup> declarat: [p. 233.] qui autem ea relinquunt, reipublicæ causa, a quibus cum summo dolore divellitur, ei patria cara est; cujus salutem<sup>q</sup> caritati<sup>r</sup> anteponit suorum. 99. Quare, disrumpatur licet ista furia,<sup>s</sup> [atque] audiatur hæc ex me, quoniam lacescivit. Bis servavi,<sup>t</sup> ut consul togatus<sup>u</sup> armatos vicerim, privatus<sup>v</sup> consulibus<sup>w</sup> armatis cesserim. Utriusque temporis fructum tuli<sup>x</sup> maximum; superioris, quod<sup>y</sup> ex senatus auctoritate, et senatum, et omnes bonos, meæ salutis causa, mutata veste vidi; posterioris, quod et senatus, et populus Romanus, et omnes mortales, et privatim et publice judicarunt, sine meo reditu rempublicam salvam esse non posse.

100. Sed hic meus reditus, pontifices, vestro<sup>z</sup> judicio

\*\*\*\*\*

Dresd. assis; C adsis.—15 ψ postulabat. Edd. pleræque ante Grut. præcl. ac dir. Lamb. præcl. est ac dir.—16 C in rep.—17 C χ caritatem.—18 Lamb. (nisi quod hic dirumpatur), Oliv. Beck. et Orell. Quare rempublicam (disrumpatur . . . lacescivit) bis servaci, &c. Schutz. Quare (disrumpatur . . . lacescivit) rempublicam bis serrari. Ernesto alque suspectum est. In χ pro atque legitur at: præterea S χ dirumpatur. Garaton. conjetur legend. Quare dirumpatur licet, audiatur hæc ex me ista furia, quoniam lacescirit. Remp. bis screavi, qui consul tog. &c.—19 ψ consul. Lamb. h. l. ita dedit, et cum consul tog. arm. vici, et cum priv. cons. arm. cessi.—20 Franc. retuli.—1 Pro quod ed. Wald. habet quidem. In Franc. 1. deest.—2 Pro vestro χ habet non. Mox, Franc. 1. in

#### NOTÆ

<sup>p</sup> Ut dolenter absis, non tam sapiens quam ii] Dicit Cicero se multa lande dignum esse, quod abfuerit cum suo suorumque dolore, non ut ii philosophi qui nihil rerum humanarum enrant, quales sunt Stoici; se autem omnia amplexum fuisse in quibus agebatur de reipublicæ salute.

<sup>q</sup> Cujus salutem] Discessit Cicero in exilium reipublicæ causa, ne si armis se defenderet contra Clodium, rempubl. in discrimen adduceret.

<sup>r</sup> Disrumpatur ista furia] Furiam Clodium appellat, quo invito ostendit non minus gloriosum sibi fuisse reditum suum, quam victoriam de Catilinæ conjuratione reportamat.

<sup>s</sup> Consul togatus] Cicero togatus, et versatus semper in foro, Catilinam vicit, et illius socios conjurationis.

<sup>t</sup> Privatus] Clodio et coss. enido in exilium cessit privatus, quia tunc nullum magistratum gerebat.

continetur. Nam, si vos me in meis ædibus collocatis, (id quod in omni mea causa semper studiis, consiliis,<sup>3</sup> auctoritatibus, sententiisque fecistis) video me plane ac sentio restitutum. Sin mea domus non modo mihi non redditur, sed etiam monumentum præbet<sup>4</sup> inimico doloris mei, sceleris sui, publicæ calamitatis; quis erit, qui hunc redditum potius, quam poenam sempiternam putet? In conspectu præterea totius urbis<sup>5</sup> domus est mea, pontifices: in qua si manet illud, non monumentum [urbis], sed sepulcrum, inimico<sup>6</sup> nomine<sup>m</sup> inscriptum; demigrandum potius aliquo est, quam habitandum in ea urbe, in qua tropæa<sup>x</sup> et de me et de republica videam constituta. XXXVIII. 101. An ego tantam aut animi duritiem<sup>7</sup> habere, aut oculorum impudentiam<sup>y</sup> possim, ut, cuius urbis servatorem me esse senatus omnium assensu toties judicarit, in ea possim intueri domum meam eversam, non ab inimico meo, sed ab hoste communi,<sup>8</sup> et ab eodem exstructam et positam in oculis civitatis,<sup>n</sup> ne unquam conquiescere<sup>9</sup> possit fletus bonorum? Sp. Melii,<sup>10</sup> regnum appetentis, domus est

<sup>m</sup> Verbis inimici.<sup>n</sup> Conspectu omnium.

\*\*\*\*\*

*meis sedibus.—3 In CHS χψ deest consiliis.—4 C probet.—5 Verbum urbis suspectum est Ernesto.—6 Lamb. inimici. Tum, alii scriptum.*

CAP. XXXVIII. 7 C H T et Lamb. duritiam.—8 Pro communi χ criminum. Ante exstructam Lamb. et Oliv. addiderunt ædem. Pantagathus conjectit legendi. exstructam sepulturam. Quidam ap. Ern. conjectit dominum exstructam. In T destructam.—9 χ nunquam, et Dresd. exquiescere.—10 C χ Sp. Malii: ed.

## NOTÆ

<sup>u</sup> *In conspectu totius urbis]* In Palatio sita erat domus Ciceronis.

<sup>x</sup> *Tropæa]* Tropæum monumentum dixerunt, nunc marmoreum, unne æneum cum inscriptione, et titulis ævo perpetuo duraturis. Interdum si materia non suppetebat, lapides in ingentem cumulum aggerendo, vel arborem ingentem excisis ramicis, ibidemque hostium spolia statuendo, in memoriam posteritatis, bonis et for-

tibus viris pro tropæis erigebant. Vide Alex. ab Alex. Genial. Dier. I. 21.

<sup>y</sup> *Oculorum impudentiam]* Oculi signa sunt pudoris.

<sup>z</sup> *Sp. Melii]* Melius ille imperfectus est a Servilio Ahala, cum in penuria frumenti largitiones fecisset populo: ejus domus diruta est, et publicata bona.

complanata.<sup>o</sup> Ecquid<sup>11</sup> aliud? æquum accidisse Melio populus Romanus<sup>12</sup> judicavit: <sup>p</sup> nomine ipso Æquimelii,<sup>s</sup> stultitia poena<sup>13</sup> comprobata est. Sp. Cassii<sup>b</sup> domus ob eandem causam<sup>14</sup> eversa: atque in eodem loco ædes posita Telluris. In Vaccii<sup>15</sup> pratis domus fuit M. Vaccii,<sup>c</sup> quæ publicata est et eversa, ut illius facinus memoria et nomine loci notaretur. M. Manlius,<sup>16</sup> cum ab ascensu Capitolii Gallorum impetum repulisset,<sup>d</sup> non fuit contentus beneficii sui gloria: regnum appetisse est judicatus: ergo ejus dominum eversam duobus lucis<sup>17</sup> convestitam videtis. Quam igitur majores nostri<sup>e</sup> sceleratis ac nefariis civibus maximam pœnam constitui posse arbitrati sunt; eandem ego subibo ac sustinebo, ut apud posteros nostros non extinctor conjurationis et sceleris, sed auctor et dux fuisse videar?<sup>18</sup> 102. Hanc vero, pontifices, labem<sup>f</sup> turpitudi-

<sup>o</sup> *Æquata solo.*<sup>p</sup> *Populus judicavit tractatum fuisse pro merito.*<sup>g</sup> *Notam.*

Wald. *Sp. Metelli.* Al. *Mælii . . . Mælio . . . Æquimelii.*—11 C H S et quid. In Franc. et si quid aliud æqui accidisse: Dresd. et ed. Wald. et quid aliud æquum accidisse.—12 C χ ψ *populus R. Mælio:* Barb. et MSS. Lambini *populus R. Mælio.*—13 Lambinus dedit *Ecquid aliud* (omisso æquum) accidisse . . . judicavit? nomine . . . stultitiae pœna. Schutz quoque recepit stultitiae. Lallemand conjectura Grævii recepit Æquimelii *Mælii pœna compr. est:* et Beck de sententia Marcellandi *Ecquid aliud?* æq. . . *judicavit nomine ipso Æquimælii;* stultitia pœna compr. est. Garatou conjectat legend. *Sp. Mælii* oppetentis domus est compl.; *æq. accid. Mælio populus Romanus jud.: nomine ipso Æquimelii pœna compr. est.* Vid. Nott. Varr.—14 Ms. Lamb. *Sp. Cassio,* et C H S χ ob eum causam.—15 χ *Vacti:* ita etiam paulo post C χ ψ. Pro pratis C patris.—16 Al. *Manilius.*—17 C H T χ, Franc. Dresd. ed. 1472. locis.—18 C

## NOTÆ

<sup>a</sup> *Æquimelii]* Complanatio illa ubi Melii domus sita erat, postea Æquimelium dictum est.

<sup>b</sup> *Sp. Cassii]* Spurius Cassius ter consul fuit; verum enim in suspicionem regni affectandi venisset, de rupe Tarpeia dejectus est A. U. C. 282. Liv. lib. II.

<sup>c</sup> *M. Vaccii]* M. Vaccens, Fundanorum dux, contra Romanos pugnavit: ejus ædes in Palatio dirutæ sunt, et prata Vaccii appellatae.

<sup>d</sup> *Repulisset]* A. U. C. 369. ut Livius lib. VI. refert, Manlii repulit Gallos qui, incensa urbe, in Capitolum irrumpabant. Verum cum in suspicionem regni affectavi venisset, et Capitolio præceps datus est.

<sup>e</sup> *Quam igitur majores nostri]* Ostendit quam indignum sit, ut qui rem publicam conservavit, eadem infamia, spoliatus domo, notetur, qua notati sunt a majoribus, qui eam perdere conati sunt.

nis et inconstantiæ poterit populi Romani dignitas sustinere, vivo senatu, vobis<sup>19</sup> principibus publici consilii, ut domus M. Tullii Ciceronis cum domo Fulvii Flacci,<sup>20 f</sup> ad memoriam poenæ publice constitutæ conjuncta esse videatur? M. Flaccus, quia cum C. Graccho contra salutem reipublicæ fecerat, et senatus sententia est interfactus, et<sup>i</sup> ejus domus eversa et publicata est; in qua<sup>2</sup> porticum post aliquanto Q. Catulus<sup>g</sup> de manubiis<sup>h</sup> Cimbricis fecit. Ista autem fax<sup>i</sup> ac furia patriæ, cum urbem, Pisone et Gabinio ducibus, cepisset,<sup>3</sup> occupasset, teneret, uno eodemque tempore et clarissimi viri mortui monumenta delebat, et meam domum cum M.<sup>4</sup> Flacci domo conjungebat: ut, qua poena senatus affecerat eversorem civitatis, eadem iste, oppresso senatu, afficeret eum, quem patres conscripti custodem patriæ judicassent. **xxxix.** 103. Hanc vero in Palatio atque in pulcherrimo urbis loco porticum esse patiemini, furoris tribunicii, sceleris consularis, crudelitatis conjuratorum, calamitatis reipublicæ, doloris mei defixum<sup>j</sup> indicium<sup>s</sup> ad memoriam omnium gentium sempiternam? [p. 234.] quam porticum pro amore,<sup>6</sup> quem habetis in rempublicam, et semper habuistis, non modo sententiis, sed, si opus esset, manibus vestris disturbare cuperetis;

<sup>r</sup> *Stabilitum.*



*videatur.*—19 T et Ms. Lamb, *nobis*: χ vivis.—20 Lamb. *Fulvii et Flacci.* Mox, ψ *publicæ.*—1 Partienas et ante senatus atque ante ejus delevit Lamb. Pro ejus in χ *cujus.*—2 Pro in *qua* Beck. legi mavult *in cuius area.*—3 Pro *ducibus* χ *consulibus*, et pro *cepisset* Franc. Dresd. *confecisset*; ed. 1472. *fecisset.*—4 Pra-nomen omittunt Franc. Barb. Ms. Steph. et Ms. Lamb.

**CAP. XXXIX.** 5 C χ *judicium.*—6 In *marg.* ed. Lamb. *conjicitur pro eo*

## NOTÆ

<sup>f</sup> *Flacci*] Fuit ille M. Flaccens, qui a L. Opimio consule interfactus est A. U. C. 632. Lege Plut. in Gracch.

<sup>g</sup> *Q. Catulus*] A. U. C. 652. Q. Lutatius Catulus proconsul cum Mario Cimbros vicit.

<sup>h</sup> *De manubiis*] Manubiæ sunt spolia quæ ab hostium manibus ablata sunt.

<sup>i</sup> *Ista autem fax*] Clodius fax ab Cicerone dicitur, quia rempublicam perdebat.

nisi quem forte illius castissimi sacerdotis<sup>k</sup> superstitione  
dedicatio deterret.<sup>7</sup>

104. O rem, quam homines soluti ridere<sup>8</sup> non desinant;  
tristiores autem sine maximo dolore audire non possint!<sup>9</sup>  
Publiusne Clodius, qui ex pontificis maximi domo religio-  
nem eripuit, is<sup>10</sup> in meam intulit? hunccein' vos,<sup>11</sup> qui  
estis antistites cærimoniarum et sacrorum, auctorem habe-  
tis et magistrum publicæ religionis? O Dii immortales!  
(vos enim haec audire cupio) P. Clodius vestra sacra cu-  
rat? vestrum numen horret? res omnes humanas religione  
vestra contineri putat? Hic non illudit auctoritati horum<sup>12</sup>  
omnium, qui adsunt, summorum virorum? non vestra,  
pontifices, gravitate abutitur? Ex isto ore, religionis ver-  
bum excidere aut elabi potest? quam<sup>13</sup> tu eodem ore,  
accusando senatum, quod severe de religione decerneret,<sup>1</sup>  
impurissime tetricamenteque violasti.<sup>14</sup> XL. 105. Aspicite,  
aspicite,<sup>15</sup> pontifices, hominem religiosum, et, si vobis vi-  
detur, (quod est bonorum pontificum) monete eum, modum  
quendam esse religionis: nimium esse superstitionis<sup>16</sup> m



amore.—7 T deterrebat.—8 Soluti et cura liberati rid. Franc. Dresd. soluti, a cura liberati, rid. edd. ante Grnt. qui auctoritate Pal. 9. et Gembl. delevit verba a cura liberati. Pro soluti in C H S a cura liberati; T χ ψ soluti a cura. Lamb. edidit homines cura soluti ac liberati; et in marg. legitur, <sup>c</sup> Al. homines soluti a cura et liberati.<sup>1</sup> Mox, H S χ ψ, Barb. et ed. Hervag. desinunt.—9 H ψ, Franc. Dresd. Barb. ed. Hervag. possunt.—10 In Ms. Car. Steph. deest is.  
—11 Hunc, inquam, in vos C T χ: hunc, inquam, vos H S, Franc. Dresd. edd. Rom. Ven. 1480. 1483. hunc vos Ms. Car. Steph. hunc, inquam, etiam vos Lamb. hunccein' vos alii.—12 C eorum.—13 Quam Lamb. Wolf. Beck. et Orell. quam ceteri.—14 Post violasti Lambinus interrog. notam posuit.

CAP. XL. 15 Aspicite semel tantum legitur in T, Ms. Lamb. et Ms. Car. Steph.—16 Verba nimium esse superstitionis suspecta fnerunt Lambino.—

## NOTÆ

<sup>k</sup> Castissimi sacerdotis] Acerba in Clodium ironia, qui habitu muliebri in domum Cæsaris, pontificis maximi, in qua mulieres pro populo faciebant, libidinis causa ingressus est.

<sup>l</sup> Quod severe de religione decerne-  
ret] Quando Clodius de incestu accu-  
satus est, spe corrumperi iudicij ob-

tinuit, annitente M. Pupio consule, ne ea de re senatus judicaret.

<sup>m</sup> Superstitionis] Ridet et punxit Clodium ironice, quem superstitionem nimis esse ait, id est religiosum, et cupidum videndi, quæ viris videre non licet.

non oportere. Quid tibi necesse fuit anili<sup>17</sup> superstitione,<sup>n</sup> homo fanaticus<sup>o</sup> sacrificium, quod alienæ domi fieret, invisi-  
sere? quæ<sup>18</sup> autem te tanta mentis imbecillitas tenuit, ut  
non putas, Deos satis posse placari, nisi etiam muliebri-  
bus<sup>19</sup> religionibus<sup>p</sup> te implicuisses? quem unquam audisti  
majorum tuorum, qui et sacra privata coluerunt, et publi-  
cis sacerdotiis præfuerunt, cum sacrificium Bonæ Deæ  
fieret, interfuisse? neminem, ne illum quidem,<sup>20</sup> qui cæcus  
est factus.<sup>19</sup> Ex quo intelligitur, multa in vita falso homi-  
nes opinari; cum ille, qui nihil viderat<sup>2</sup> sciens quod nefas  
esset, lumina amisit;<sup>3</sup> istius, qui non solum aspectu, sed  
etiam incesto flagitio et stupro polluit cærimonias, poena  
omnis oculorum ad cæcitatem mentis est conversa.<sup>4</sup> Hoc  
auctore tam casto, tam religioso, tam sancto, tam pio, po-  
testis, pontifices, non commoveri, cum suis dicat se mani-  
bus domum civis optimi evertisse, et eam iisdem manibus  
consecrassæ?

106. Quæ tua fuit consecratio?<sup>r</sup> Tuleram, inquit, ut



<sup>17</sup> Franc. *an illa*: ed. 1472. *an illi*.—<sup>18</sup> T *An quæ*. In C H S T X *te deest*.  
Dein, T *tantæ*.—<sup>19</sup> Pro muliebribus T *vulneribus*.—<sup>20</sup> In H *deest quidem*.—  
<sup>1</sup> Nonnullæ edd. velt. *factus est*.—<sup>2</sup> Sex Oxonn. MSS. et ed. 1472. *videret*.  
—<sup>3</sup> Marcellanus conjectit *amiserit* legend. Wolf. legi mavnl si *quidem* . . .  
*amiserit*.—<sup>4</sup> Dresden. *stupro ad cæcitatem ment.* est *conversa*; Franc. 1. et ed.  
1472. *stupro ad cæcitatem ment.* est *conversus*, omissis verbis interjectis.—

#### NOTÆ

<sup>n</sup> *Anili superstitione*] Iterum signifi-  
cat Clodii ingressum in opertum  
Bonæ Deæ.

<sup>o</sup> *Fanatici*] Fanatici proprie sacer-  
dotes sunt, qui furore correpti in fan-  
nis oracula fundebant. Ii porro fu-  
rore illo affecti caput jactare, et co-  
mas exentientes rotare solebant, ut  
ait Fabius 11. 3. ex quo qui atræ bilis  
abundantia caput jactant, fanatici  
quoque appellantur ab Ulpiano.

<sup>p</sup> *Muliebribus religionibus*] Per mu-  
liebres religiones ea intelligit sacri-  
ficia quæ a solis mulieribus Bonæ  
Deæ de nocte fiebant. Incestum Clo-

di impium profert.

<sup>q</sup> *Qui cæucus est factus*] Appius Clau-  
dius, licet præ scenectute oculis or-  
batus esset, tamen senatus principatu-  
m tenuit, et cum Pyrrho pacem  
dissuasit. Livius ait lib. ix. ira Deo-  
rum excæcatum esse.

<sup>r</sup> *Consecratio*] Consecratio sine aræ  
aut signi dedicatione, et a tribunis  
plebis capite velato, concione advo-  
cata, adhibito tibicine, foculo posito  
in rostris, siebat. Dedicatio vero nec  
sine templo, vel ara, vel signo adhi-  
bito, nec sine universo pontificum  
collegio, uno eorum postem tenente,

mihi liceret.<sup>5</sup> Quid? non exceperas,<sup>6</sup> ut, si quod jus non esset rogare,<sup>7</sup> ne esset rogatum?<sup>8</sup> Jus igitur statuetis<sup>9</sup> esse, uniuscujusque vestrum sedes, aras, focos, Deos penates subjectos<sup>10</sup> esse libidini tribuniciae? in quem quisque per homines concitatos irruerit, quem impetu<sup>11</sup> perculerit, hujus domum non solum affligere, (quod est praesentis insaniae,<sup>12</sup> quasi tempestatis repentinae) sed etiam in posterum tempus religione sempiterna<sup>13</sup> obligare? **XLI.** 107. Equidem sic accepi, pontifices, in religionibus suscipiendis, caput esse, interpretari, quae voluntas Deorum immortalium esse videatur: nec est ulla erga Deos pietas, nisi<sup>14</sup> honesta de numine eorum ac mente opinio, cum expeti nihil ab iis, quod sit injustum atque dishonestum,<sup>15</sup> arbitre. Hominem invenire ista labes tum, cum omnia tenebat, neminem potuit, cui meas aedes<sup>16</sup> addiceret, cui traderet, cui donaret: ipse<sup>17</sup> cum loci illius, cum aedium cupiditate flagraret, ob eamque causam unam, una justa illa rogatione<sup>18</sup> sua vir bonus dominum se in meis bonis esse<sup>19</sup> vo-



<sup>5</sup> Edd. nonnullæ, teste Grævio, *Quid nam exc?* al. *Quid non exc.* ed. 1472. *Quid non expectas?* Mox, pro quod C habet quiem cum asterisco; H x ψ quem; T, Dresden. Barb. quis; Lamb. Wolf. Beck. et Orell. quid. In T, Dresden. Barb. deest *ut*.—<sup>6</sup> Ms. Car. Steph. *nec esset*, et H *rogatus*. Pro *Jus* C x habent *His*.—<sup>7</sup> x, Dresden. Franc. ed. 1472. *sublatos*.—<sup>8</sup> C H S *impetum*. *Tum*, H S T x *pertulerit*.—<sup>9</sup> Lamb. e conjectura dedit *infamia*.—<sup>10</sup> Junct. Lamb. *semp. relig.*

**CAP. XLI.** 11 Pro *nisi* C x exhibit *si*. Ante *de numine* x addit *et*.—<sup>12</sup> *Inj. aut inh.* C T, Baib. ed. Hervag. *inj. ac inh.* H et edd. vett. Dein, *arbitrari* H: *arbitrare* C S x ψ, Barb. et edd. ante Nang.—<sup>13</sup> C *meas sedes*: Hervag. Mannt. Lamb. *aedes meas*: ed. Rom. Ven. 1483. Nang. *sedes meas*. In Barb. et Ven. 1480. deest *aedes*.—<sup>14</sup> C H S x ψ omittunt *ipse*. Mox, in C H S x, Franc. ed. Rom. Ven. 1483. legitur *tum aedium*.—<sup>15</sup> *Una justa illa rog.*]

## NOTÆ

et prisca et solennia verba dicente, fiebat.

\* *Ut mihi liceret*] Per dialogismum narrat Clodium tulisse, ut Ciceronis domus consecraretur; id est, addiceretur numini alicui, et obligatione sempiterna obligaretur.

<sup>†</sup> *Si quod jus non esset rogare, &c.]* Debuisset etiam ferre Clodius, ut, si

nullum esset jus legitimum consecrandi meani domum, haec consecratio nulla foret.

<sup>‡</sup> *Jus igitur statuetis*] Ostendit a consequentibus quam furiosa futura sit tribunicia potestas, si ei semel consecrandi domum facultas concedatur.

liusset; tamen illo ipso in furore suo non est ausus meam domum, cuius cupiditate inflammatus erat, possidere. [p. 235.] Deos immortales existimatis, cuius labore et consilio sua ipsi tempa tenuerunt, in ejus domum afflictam et eversam per unius hominis<sup>17</sup> sceleratissimi nefarium latrocinium, immigrare voluisse?\* 108. Civis est nemo in tanto populo,<sup>18</sup> extra<sup>s</sup> contaminatam illam et cruentam P. Clodii manum, qui rem ullam de meis bonis attigerit, qui non pro suis opibus in illa tempestate<sup>19</sup> defenderit: at, qui aliqua se contagione prædæ, societatis, emtionis, contaminaverunt, nullius neque privati neque publici judicii pœnam effugere potuerunt. Ex his igitur bonis, quorum nemo<sup>20</sup> rem ullam attigit, qui non omnium judicio sceleratissimus haberetur, Dii immortales domum meam concupiverunt? Ista tua pulchra<sup>y</sup> Libertas Deos penates et<sup>t</sup> familiares meos lares expulit, ut a te ipsa,<sup>z</sup> tanquam in captivis sedibus, collocaretur?<sup>21</sup> 109. Quid est sanctius,<sup>a</sup> quid omni religione munitius, quam domus uniuscujusque civium? hic aræ sunt, hic foci, hic Dii penates, hic sacra,<sup>3</sup> religiones, cærimoniae, continentur: hoc perfugium est ita sanc-tum omnibus, ut inde abripi<sup>4</sup> neminem fas sit. XLII. Quo

\* Præter.

\*\*\*\*\*

Hoc vitiosum esse nemo dubitet. Lambinus corrigit *universa illa rog.* nullo sensu: Gruterus *ista illa rog.* deleto *una:* non melius. Quid si *injusta illa rog.*? Err. In CHS χ ψ deest *sua.*—16 C non habet *esse.* Tum, in H et S legitur *voluit.* Paulus post, in χ deest *suo.*—17 Gruter. e Pal. 9. et Ms. Vict. dedit *per vim hominis.* Ern. conjectit *per istius hominis legend.*—18 Junt. Lamb. *tanto in pop.*—19 CHS T χ, Barb. *illam tempestatem;* unde Garaton. conjectit *in illa me temp.* Dein, H S *defenderet:* ψ *defenderim.*—20 Ms. Car. Steph. *quibus nemo:* Ms. Lamb. *ex quibus nemo.*—1 Dresden. copulam omittit. —2 *Ut a te ipsa . . . collocaret* Pal. 9. Ms. Vict. Lamb. et Gruter. *Pro ipsa in T est ipso.* *Pro captivis idem* Ms. capit. Tum, Dresden. *collocaverunt.* Nonnulli ap. Lamb. legi jusserunt *in capt. ædibus.*—3 CHS T χ *sacrae.* Edd. ante Lamb. *sacrae religionis ceremoniae.*—4 CT ψ *arripi.*

#### NOTÆ

\* *Immigrare voluisse]* Docet Deam Libertatem non venire per latrocinium in ejus ædes eversas, qui libertatem in hac urbe conservavit.

y *Ista tua pulchra]* Ironia.

<sup>z</sup> *Ut a te ipsa]* Optabat Clodius hanc habere Ciceronis domum.

<sup>a</sup> *Quid est sanctius]* Dicitur illud sanctum, quod est inviolabile, et religione sanctum ac munitum.

magis est furor istius<sup>5</sup> ab auribus vestris repellendus, qui, quæ majores nostri religionibus tuta nobis et sancta esse voluerunt, ea iste<sup>6</sup> non solum contra religionem labefactavit, sed etiam ipsius religionis nomine evertit.

110. At quæ Dea est? Bonam esse oportet,<sup>b</sup> quandoquidem<sup>7</sup> est abs te dedicata. Libertas, inquit, est.<sup>8</sup> Eam tu igitur domi meæ collocasti, quam ex urbe tota sustulisti? Tu, cum collegas<sup>9</sup> tuos, summa potestate præditos, negares liberos<sup>c</sup> esse; cum in templum Castoris aditus<sup>d</sup> esset apertus nemini; cum hunc<sup>e</sup> clarissimum virum, summo genere natum, summis populi beneficiis usum, pontificem, et consularem, et singulari bonitate et modestia<sup>10</sup> præditum, (quem satis mirari, quibus oculis aspicere audeas, non quco<sup>11</sup>) audiente populo Romano, a pedissequis conculari juberet; cum indemnatum<sup>12f</sup> exturbares, privilegiis tyrannicis irrogatis; cum principem<sup>g</sup> orbis terræ virum,<sup>13</sup> inclusum domi contineres; cum forum armatis ca-

CAP. XLII. 5 A Franc. Dresd. et ed. 1472. abest *istius*. Mox, C χ *nostris*.—6 Nonnulli, teste Lamb. omittunt *iste*. Mox, in Dresd. deest *ipsius*.—7 Quoniam quidem χ, Franc. Barb. Gnelf. et edd. vett. quadam: *qui quidem* Dresd. *qua* quidem conjectit Grævius. In CH χ est omittitur.—8 Est omittunt C H S T χ, Franc. Dresd. Barb. edd. Rom. Wald. Ven. 1480. 1483. Junt. Lamb. Beck. et Orell. Verba *Eum . . . sustulisti* in Dresd. desunt.—9 *Tecum colligas* χ: *Tum, cum collegas* Dresd. Mox, C χ *negaret*.—10 *Bonitate ejusdem et mod.* Dresd. Barb. eil. 1472. *bonitate eidem et mod.* χ: *bonitale eundem et mod.* Franc.—11 Edd. pleraque ante Lamb. quem, *quibus oculis aspicere audeas, satis mirari non quco*. Pro *audiente* χ habet *audire*; et pro *a pedissequis* Dresd. *impedisse quis*.—12 T *indannatum*: H *in dominatus*.—13 Franc. *terraram, omisso virum*, prob. Grævio. Mox, in C deest *forum*.—

## NOTÆ

<sup>b</sup> *Bonam esse oportet*] Alludit ad Bonam Deam, cuius incestu sacra Clodius violaverat: hinc ei conciliat odium ex repugnantibus: nam libertatem sublatam probat signorum frequentatione.

<sup>c</sup> *Negares liberos*] Cum intercederent ejus collegæ pro reditu Ciceronis, eos esse liberos negavit, adeoque hanc intercedendi potestatem non habuisse.

<sup>d</sup> *In templum Castoris aditus*] Clo-

dins in hoc templo tulit legem contra Ciceronem, qui, ne impeditetur, gradus abstulit, ne cui in illud pateret aditus.

<sup>e</sup> *Hunc*] Lucentum intelligit.

<sup>f</sup> *Indennatum*] Ciceronem significat, qui indemnatus pulsus est in exilium.

<sup>g</sup> *Cum principem*] De Pompeio loquitur, qui cum deprehendisset se a sicario a Clodio immisso appetitum esse, coactus est abstinere a publico.

tervis perditorum hominum possideres;<sup>14</sup> Libertatis simulacrum in ea domo<sup>15</sup> collocabas, quæ domus erat ipsa indicio<sup>1</sup> tui crudelissimi dominatus, et miserrimæ populi Romani servitutis? 111. Eumne potissimum Libertas domo sua<sup>16</sup> debuit pellere, qui nisi fuisset, in servorum potestatem civitas tota venisset? XLIII. At unde inventa<sup>17</sup> est ista Libertas? quæsivi enim diligenter. Tanagræa<sup>h</sup> quædam meretrix fuisse dicitur: ejus non longe a Tanagris simulacrum e marmore in sepulcro positum fuit. Hoc quidam homo nobilis,<sup>i</sup> non alienus ab hoc religioso Libertatis sacerdote, ad ornatum ædilitatis suæ deportavit: et enim cogitarat omnes superiores muneris splendore superare. Itaque omnia signa, tabulas,<sup>18</sup> ornamentorum quod superfuit in<sup>19</sup> fanis, et communibus locis, tota e Græcia, atque insulis omnibus, honoris populi Romani causa,<sup>20</sup><sup>k</sup> sane frugaliter<sup>1</sup> domum suam deportavit. 112. Is posteaquam intellexit, posse se, interversa<sup>u</sup> ædilitate, a L. Pisone consule prætorem renuntiari, si modo eadem prima<sup>z</sup>

<sup>t</sup> Nota.<sup>u</sup> Subtracta.

14 Grævins legi mavult obsideres.—15 H S in hac domo.—16 Franc. sua domo. Tum, C T χ, Dresd. depellere. Pavlo post, C χ et Dresd. potestate.

CAP. XLIII. 17 Inventa non est in S. Mox, C diligentes. Pro Tanagræa Dresd. habet tam grata.—18 H et S tabularum.—19 Dresd. præpositionem omittit. In T et ed. Wald. legitur infamibus. Mox, locis omittunt S χ, Pal. 9. et Ms. Vict. prob. Grutero. In Frane. legitur et locis omnibus. Tum, C T χ in tota Græcia. H S præpositionem omittunt. Denique, Lamb. atque ex insulis.—20 In Dresd. deest causa.—1 Ern. conjectit intermissa legend. Pro ædilitate χ utilitate; et pro verbis a L. Pisone C H S χ ψ Alpis se. Post consule H S addunt posse. In S deest prætorem, spatio relicto. Denique, C T χ exhibent renuntiare.—2 Dresden, si modo eam prima litera comp. hab. aliquam.

## NOTÆ

<sup>h</sup> Tanagræa] Tanagra, seu Tanagris, urbs fuit Bœotia. In illa civitate fuit quædam insignis meretrix, cuius statua a Clodio pro Bona Dea, sive Libertate, consecrata fuit.

<sup>i</sup> Homo nobilis] Appium Clodii fratre, hic joco Libertatis sacerdotem appellat.

<sup>k</sup> Honoris populi Romani causa] Pri-

ma vice qua ædiles Iudos dabant, asportari curabant res pretiosissimas e toto orbe, et ex eis præcipue provinciis, in quas aut legati aut quæstores profecti fuerant, ut eas populo exhiberent.

<sup>l</sup> Sane frugaliter] Ironice furta Clodii carpit.

litera<sup>m</sup> competitorem habuisset aliquem; ædilitatem<sup>n</sup> duobus in locis, partim in arca,<sup>o</sup> partim in hortis suis collocavit: signum de busto<sup>p</sup> meretricis ablatum isti dedit, quod esset signum magis istorum,<sup>q</sup> quam publicæ libertatis. Hanc Deam quisquam violare audeat, imaginem<sup>4</sup> meretricis, ornamentum sepulcri, a fure sublatam, a sacrilego collocatam? hæc me domo mea pellet? [p. 236.] hæc, ultrix<sup>s</sup> afflictæ civitatis, reipublicæs poliis ornabitur? hæc erit in eo monumento, quod positum est, ut esset indicium<sup>6</sup> oppressi senatus ad memoriam sempiternam<sup>7</sup> turpitudinis?

**113. O Q. Catule,**<sup>q</sup> (patremne appellem,<sup>8</sup> an filium? recen-

---

In C H S T X quoque legitur aliquam. Pantagathus conjectit si modo eadem præmaturilate comp. Schoitus Nod. Cic. i. 18. præposuit, eadem prima lege, aut eadem prima licentia, aut si modo ea ademta alterum comp. hab. al. aut si modo eadem prætura comp. hab. al.—3 Lamb. e conjectura istorum sceleris: Marclandus legi maluit istorum licentiae.—4 C H S T X et imag.—5 Ern. et Garaon, victrix maluerunt.—6 In C S X judicium.—7 Pal. 9. Ms. Vict. et Ms. Car. Steph. sempiternæ. Lamb. edidit turp. sempiternam.—8 Grævius e Franc.

## NOTÆ

<sup>m</sup> *Eadem prima litera*] Id est, si in ædilitate sua competitorem habuisset. Narrat Cicero, hunc nobilem hominem non alienum a Pnb. Cludio intellexisse se posse prætorem a L. Pisone consule renuntiari, ‘si modo,’ inquit, ‘eadem prima litera aliquem competitorem habuisset.’ Porro appellat Cicero eadem prima litera competitorem, qui ejusdem est prænominis cum Pisone consule, id est, qui Lucius vocatur, quod prænomen prima tantum litera L vulgo scriebatur. Itaque recte dicit Cicero, appellatque eadem cum Pisone consule prima litera competitore, qui non minus quam Piso, Lucius dicebatur, atque eadem prima litera L designabatur. Dum autem ait se posse prætorem a Pisone renuntiari, si Lucium competitorem habuerit aliquem, ludit scilicet Tullius in hac varia hujus prænominis Lucii acceptione, et data occasione Pisонem consulem hostem suum carpit et notat. ‘Lucius’ igi-

tur dicebatur homo vilis et improbus, ut patet ex Tertulliano Apol. cap. 3. Dicit igitur Cicero, illum nobilem virum potuisse a Lucio Pisone prætorem renuntiari, si modo Lucium aliquem, hoc est vilem et improbum, non minus quam erat Lucius Piso, competitorem habuisset.

<sup>n</sup> *Ædilitatem*] Per ædilitatem, designat furtæ quæ in ea patrata sunt a Clodio: nam signa in provinciis ædiles conquirebant, et Romam deportabant ad ludorum ornatum: at hæc postea sibi Clodius retinuit.

<sup>o</sup> *In arca*] Pecuniam furto ablatam in arca sua depositum, et alia signa in hortis suis, quo essent magnilicentiores.

<sup>p</sup> *De busto*] Signum de sepulcro meretricis ablatum dedit Clodio fratri suo. Bustum autem appellat, quia in eodem loco, quo comburebantur corpora, sepeliebantur.

<sup>q</sup> *Q. Catule*] Q. ille Catulus Ciceronem patrem patriæ nominavit.

tior memoria filii est, et cum rebus meis gestis conjunctior) tantumne te fecellit, cum mihi summa et quotidie majora præmia in republica fore putabas? negabas fas esse, duos consules<sup>9</sup> esse in hac civitate inimicos reipublicæ. Duo sunt inventi, qui senatum tribuno furenti constrictum traderent; qui pro me patres conscriptos<sup>10</sup> deprecari, et populo supplices esse, edictis atque imperio vetarent; quibus inspectantibus<sup>11</sup> domus mea disturbaretur, diriperetur; qui denique ambustas fortunarum mearum reliquias suas<sup>12</sup> in domos comportari juberent. 114. Venio nunc ad patrem. Tu, Q. Catule, M. Fulvii domum, cum is fratri tui sacer fuisset, monumentum tuarum manubiarum<sup>13</sup> esse voluisti, ut ejus, qui perniciosa reipublicæ consilia cepisset, omnis memoria funditus ex oculis hominum ac mentibus tolleretur. Hoc si quis<sup>14</sup> tibi aedificanti illam porticum diceret,<sup>15</sup> fore tempus, cum is tribunus plebis, qui auctoritatem<sup>16</sup> senatus, judicium bonorum omnium neglexisset, tuum monumentum, consulibus non modo inspectantibus, verum adjuvantibus disturbaret, everteret, idque cum ejus civis, qui<sup>17</sup> rempublicam ex senatus auctoritate consul defendisset, domo conjungeret; nonne responderes, id, nisi eversa civitate, accidere non posse?

XLIV. 115. At videte hominis intolerabilem<sup>18</sup> audaciam cum projecta quadam et effrænata cupiditate. Monumen-



dedit appelleme patrem. Post recentior C H S T χ addunt enim.—9 Græv. e MSS. duo cons. In H deest esse.—10 C H S T χ, Barb. et edd. vett. spectantibus.—11 H S, Dresd. Barb. tuas. In C H S χ, Dresd. Barb. Ms. Car. Steph. edd. Rom. Ven. 1483. præpositio deest. Pro comportari juberent C H S T χ, Dresd. Ven. 1480. habent comportarent.—12 χ monumentorum, et C tuorum manubiorum.—13 Ed. Rom. si qui.—14 Ern. conjectit dixisset, et paulo post respondisset.—15 Franc. I. qui ad auct. &c. ed. 1472. qui auct. sen. ad jud. bon.—16 Verba ciris qui in Dresd. desunt.

## NOTÆ

<sup>r</sup> Patres conscriptos] Totus senatus intercedebat apud populum pro iis qui injuste a populo damnabantur; ac tum qui intercedebant, patres con-

<sup>s</sup> Manubiarum] De his jam dictum orat. i. in Verr. § 154. not.

tum iste nunquam aut religionem ullam excogitavit: <sup>18</sup> habitare laxe <sup>19</sup> et magnifice voluit, duasque et magnas et nobiles domos conjungere. Eodem puncto temporis, quo meus discessus isti causam cædis eripuit, a Q. Seio <sup>20t</sup> contendit, ut sibi domum venderet: cum ille id negaret, primo se luminibus ejus<sup>1</sup> esse obstructurum minabatur. Affirmabat Postumus,<sup>2</sup> se vivo, illam domum istius nunquam futuram. Acutus adolescens ex ipsius sermone intellexit, quid fieri oporteret: hominem veneno apertissime<sup>3</sup> sustulit: emit domum, licitoribus<sup>4</sup> defatigatis, prope dimidio carius, quam aestimabat.<sup>5</sup> 116. Quorsum igitur haec oratio pertinet? domus mea illa<sup>6</sup> prope tota vacua est: vix pars ædium mearum decima ad<sup>7</sup> Catuli porticum accessit. Causa<sup>8</sup> fuit ambulatio,<sup>u</sup> et monumentum,<sup>x</sup> et ista<sup>9</sup> Tanagræa,<sup>x</sup> oppressa libertate, Libertas. In Palatio, pulcherrimo prospectu,<sup>10</sup> porticum cum conclavibus<sup>y</sup> pavimentatam tre-

<sup>z</sup> Ædes sacra.

\*\*\*\*\*

CAP. XLIV. 17  $\chi$  intollerabilis.—18 Unquam aut rel. ullam excogitarit? MSS. nonnulli et edd. vett. cum Lallem.—19 Pro laxe T habet late; et C supra laxe.—20 Pro verbis a Q. Seio C H S  $\chi$ , edd. Rom. Brix. Ven. 1480. Med. habent atque severe; T ut quæ sint; Dresd. et Barb. quæsirit; ed. 1472. ut quæsirit. Tum, Naug. Oliv. ut Q. Postumius sibi vend. Pro verbis Q. Postumius C H habent Vectius; S, Rom. Brix. Ven. 1480. 1483. Med. Q. Vesteius.—1 In  $\psi$  deest ejus.—2 Nonnullæ edd. vett. cum Oliv. et Lall. Postumius. Pantagathus totum locum ita refinxit, a Q. Seio contendit per Q. Postumium, ut sibi dom. renderet... Affirmabat Postumius Seio viro illam domum, &c. In Dresd. et Frane. legitur ullam domum. Paulo post, C  $\chi$  unquam fut.—3 Dresd. apparatissime.—4 Litigatoribus MSS. et edd. ante Grut. qui e conjectura Augustini et Pantagathi dedit licitoribus enim edd. seqq.—5 Existimabat  $\chi$ : extimabat Frane. et ed. 1472. aestimabatur Schutz, e conjectura Garatoni, prob. Orellio.—6 Lamb. e MSS. domus illa mea. Pantagathus legi mavult domus vicina illa.—7 In Dresd. deest ad.—8 Pro Causa Ms. Guelf. cœ, unde Ern. conjectea legend. Pantagathus legi maluit Consuta.—9  $\chi$  ita.—10 C  $\chi$  prospectum: H prospctam. Mox, in C et  $\chi$  deest cum. Tum,

#### NOTÆ

<sup>1</sup> A Q. Seio] Seius ædes continenter habuit: petiti autem ab eo Clodius superbe ut sibi domum venderet; ni faceret, ædificium exstruetum, quo aspectum ejus impeditet.

<sup>2</sup> Causa fuit ambulatio] Non alia de causa vix decimam domus partem ad porticem Catuli adjecit, quam quia

habere voluit ambulationem latam, et templum erigere illi meretrici sub nomine Libertatis.

<sup>x</sup> Tanagræa] Id est, meretrix illa, cui, sub nomine Libertatis Deæ, signum erexit.

<sup>y</sup> Conclavibus] Conclave locus est secretior in interioribus ædibus.

centum pedum concupierat, amplissimum peristylum; <sup>11</sup> cetera ejusmodi, facile ut omnium domos et laxitate et dignitate superaret. Et homo religiosus, cum ædes meas idem emeret et venderet; tamen illis tantis tenebris <sup>12</sup> non est ausus suum nomen emptioni illi ascribere. Posuit scilicet Scatonem <sup>13</sup> illum, hominem sua virtute egentem, <sup>y</sup> <sup>14</sup> ut is, qui in Marsis,<sup>a</sup> ubi natus est, tectum, quo <sup>15</sup> imbris vitandi causa succederet, nullum haberet, ædes in Palatio nobilissimas emisse se diceret. Inferiorem ædium partem assignavit non suæ genti Fonteiae,<sup>16</sup> b sed Clodiæ, quam reliquit: quem in numerum ex multis Clodiis nemo nomen dedit, nisi aut egestate aut scelere perditus. **XLV.** Hauc vos, pontifices, tam variam, tam novam <sup>17</sup> in omni genere voluntatem, impudentiam,<sup>18</sup> audaciam, cupiditatem comprobabitis?

**117. Pontifex, inquit, affuit.** Non te pudet, cum apud pontifices res agatur, pontificem dicere, non collegium <sup>19</sup> pontificum affuisse; præsertim cum <sup>20</sup> tribunus plebis, vel denuntiare potueris, vel etiam cogere? <sup>d</sup> Esto: collegium

<sup>y</sup> Deditum suis vitiis.

\*\*\*\*\*

Dresd. clavibus.—11 H et Lamb. peristylium: Dresden. pistillum.—12 Pantagathus conjectit tantis in ten.—13 Catonem C H S T χ, ed. Rom. Stratonom Gryph. Statonem edd. vett. pleræque. In Dresden. et ed. 1472. posuit esse Catonem.—14 Lamb. e conjectura dedit sine virtute, egentem.—15 C H S T χ, Barb. et edd. omnes ante Lamb. cum Wolf. Beck. Schutz. et Orell. quod.—16 C Fontoia.

CAP. XLV. 17 T quam novam.—18 Gulielm. conjectit volutatam impudentiam. Tum, compobatis H S χ ψ, Dresden. improbat C: approbabitis ed. 1472.—19 Ms. Car. Steph. dicere, et non coll. C H S χ ψ dicere te, non coll.

## NOTÆ

<sup>z</sup> *Peristylum*] Peristylum locns est ædificatus in amplitudinem multis stylis, sive columnis, suffultus: porticus vero in longitudinem. Porro ista porticus strata lapidibus fuit.

<sup>a</sup> *In Marsis*] Marsi fortissimi sunt Italiae populi, a Marso, Circes filio, orti; ex qua natione erat ille Scato, cuius nomine ædes illæ emebantur, ne eas sibi emere Clodius videretur.

<sup>b</sup> *Genti Fonteiae*] In gentem Fonteii adoptatus transierat Clodius.

<sup>c</sup> *Pontifex affuit*] In consecratione domus affuisse pontificem Clodius dicebat; ideoque rite fuisse dominum consecratam: sed eam ex hoc capite non recte consecratam fuisse probat Cicero.

<sup>d</sup> *Cogere*] Tribunorum hæc potestas fuit, ut pontificum collegium, captis

non adhibuisti.<sup>1</sup> Quid? de collegio quis tandem affuit? [p. 237.] posuerat enim auctoritatem<sup>e</sup> in uno,<sup>2</sup> quæ est in his omnibus: sed tamen auget et ætas et honos dignitatem. Opus erat etiam<sup>3</sup> scientia; quam etsi omnes consecuti sunt, tamen<sup>4</sup> certe peritiores vetustas facit. 118. Quis ergo affuit? Frater, inquit, uxoris<sup>f</sup> meæ. Si auctoritatem quærimus, etsi id est ætatis,<sup>x</sup> ut nondum<sup>5</sup> consecutus sit; tamen quanta<sup>6</sup> est in adolescente auctoritas, ea, propter tantam conjunctionem affinitatis, minor est putanda. Sin autem scientia est quæsita; quis erat minus peritus, quam is, qui paucis illis diebus in collegium venerat? qui etiam tibi erat magis obstrictus beneficio recenti,<sup>g</sup> cum se, fratrem<sup>7</sup> uxoris tuæ, fratri tuo germano antelatum videbat: etsi in eo providisti,<sup>h</sup> ne frater te accusare posset.<sup>8</sup> Hanc tu igitur dedicationem appellas, ad quam non collegium, non honoribus populi Romani ornatum pontificem, non denique adolescentem quenquam,<sup>9</sup> cum haberet in collegio familiarissimos, adhibere potuisti? Affuit is, si modo affuit, quem tu impulisti, soror rogavit, mater coëgit. 119. Videte igitur, pontifices, quid statuatis in mea causa de omnium fortunis. Ergone pontificem<sup>10</sup> putatis, si is pos-

<sup>x</sup> Eius ætatis.



—20 In C deest *cum*.—1 Post *adhibuisti* in χ signum est interrog. et deinde scribitur *Quis*.—2 Verba in uno C H S χ omittunt.—3 Pro etiam C habet et. Mox, pro etsi, quod in Ms. Car. Steph. deest, C H ψ habent si.—4 Pal. 9. tamen omittit, prob. Grutero.—5 H non solum.—6 Lamb. quanta quanta.—7 C fratrīs. Mox, H et χ videbit.—8 Ms. Lamb. possit.—9 Post quenquam Lambinus addi volebat scientem.—10 Verbone pontifices MSS. plerique et edd.

#### NOTÆ

pignoribus, cogere possent certo loco adesse.

<sup>e</sup> Posuerat enim auctoritatem] Unus pontifex nihil efficiebat; sed omnes simul agere debebant: at istum non potuisse consecreare probat ab ætate, ab honore, et scientia, quæ in eo desiderabantur, et ad pontificis auctoritatem requiruntur.

<sup>f</sup> Frater uxoris] Fulviæ frater, qui

nnus erat e pontificebus, adhibitus fuit; qui etsi auctoritatem haheret et ætatem, tamen esset rejiciendus propter affinitatem cum Cladio.

<sup>g</sup> Beneficio recenti] Minus peritus erat, quia recenti beneficio Clodii ad pontificatum pervenerat.

<sup>h</sup> Providisti] Venenum fratri suo paravit Clodius.

tem<sup>i</sup> tenuerit et aliquid dixerit, domum uniuscujusque consecrare posse? At istae dedicationes, et templorum et delubrorum religiones, ad honorem Deorum immortalium, sine ulla civium calamitate, a majoribus nostris constitutae sunt. Est inventus<sup>ii</sup> tribunus plebis, qui, consularibus copiis instructus, omni impetu furoris in eum civem irruerit, quem perculsum ipsa res publica suis manibus extolleret.

**XLVI. 120.** Quid, si quis similis istius<sup>k</sup> (neque enim jam deerunt, qui imitari velint) aliquem mei dissimilem, cui res publica non tantum debeat, per vim afflixerit, domum ejus per pontificem dedicarit; id, vos ista auctoritate constituatis, ratum esse oportere? Dicetis,<sup>12</sup> quem reperiet pontificem? Quid? et tribunus plebis idem esse non potest pontifex? M. Drusus,<sup>1</sup> ille clarissimus<sup>13</sup> tribunus plebis, pontifex fuit. Ergo, si is Q. Cæpionis, inimici sui, postem<sup>14</sup> ædium tenuisset, et pauca verba fecisset, aedes Cæ-

---

pr. cum Grnt. Oliv. *Ergone pontifices* MSS. punci cum Græv. Hinc Ern. e conjectura cum Wolf. dedit *Ergone pontificem*. Ern. quoque conjecturavit. Ergo per pontificem. Lallem. e duobus MSS. suis recepit *Verbone pontificis*. Lamb. edidit *Verbone, pontifices, putatis, pontificem*. Pro verbis *putatis* si in T legitur *putatis ne*, et pro *postem* in X ψ *pestem*. Tum, MSS. plerique et edd. vett. cum Græv. Oliv. Lall. Beck. Schntz. et Orell. *consecrari*. Paulo post, *At istæ ... sunt* e conjectura Grævii recepit Ern. *An istæ ... sunt?* ceteri. Diesd. præpositionem omisit ante *majoribus*. Denique, in C S X const. sint.—11 Lamb. *Inventus est*.

**CAP. XLVI. 12** C H S X, Franc. Barb. ed. Rom. 1472. Ven. 1480. 1483. *Dicis:* Nang. Manut. et al. *Dicitis.* Tum, *reperit* C H S T X, Franc. ed. Wald. *repererit* Ms. Car. Steph. Paulo post, Dresden. *Quidem trib. plebis:* Franc. et ed. 1472. *Qui et trib. pl.* Denique, Lamb. dedit *esse pontifex non potest.* C et edd. nonnullæ *potest* omittunt. In H S T X ψ, Franc. Dresden. Barb. ed. 1472. Rom. Ven. 1480. 1483. et al. deest *pontifex*.—13 Post claris-

## NOTÆ

<sup>i</sup> *Si is postem]* Quando ædes consecrabatur, postes ædis tenebantur, et verbis quibusdam sacris, præsentibus omnibus pontificibus, consecrabatur: at nihil horum a Clodio in hac domus consecratione observatum est.

<sup>k</sup> *Quid, si quis similis istius]* Hypothesim eventorum subjicit, ad periculum demonstrandum.

<sup>1</sup> *Drusus]* Cum senatus moleste fer-

ret ab equitibus iudicia exerceri, omni ope conatus est, ut per M. Drusum tribunum plebis ad se iudicia transferret. Contra Drusum pro equitibus stetit Q. Servilius Cæpion. Si igitur Drusus, qui tribunus plebis erat et pontifex, postem dominus Cæpionis tenuisset, additis verbis solenibus, eam consecrasset: quod nemo dixerit.

pionis essent dedicatæ? 121. Nihil loquor<sup>m</sup> de pontificio jure, nihil de ipsius verbis dedicationis, nihil de religione, cærimoniis:<sup>15</sup> non dissimulo me nescire ea, quæ, etiam si scirem, dissimularem, ne aliis molestus,<sup>16</sup> vobis etiam curiosus viderer: etsi effluunt<sup>17</sup> multa ex vestra disciplina, quæ etiam ad nostras aures sæpe permanant. Postem teneri<sup>18</sup> in dedicatione oportere videor audisse templi: ibi enim postis est, ubi<sup>19</sup> templi aditus est et valvæ. Ambulationis postes nemo unquam tenuit in dedicando: simulacrum autem,<sup>n</sup> aut aram si dedicasti, sine religione loco moveri potest. Sed jam hoc dicere<sup>20</sup> tibi non licebit, quoniam pontificem postem tenuisse dixisti.

122. Quanquam quid ego de dedicatione<sup>1</sup> loquor? aut quid de vestro jure, et religione contra, quam proposueram, dispuo? XLVII. Ego vero, si omnia solennibus verbis,<sup>o</sup> veteribus et priscis<sup>2</sup> institutis acta esse dicerem; tamen me reipublicæ jure defendarem. An, cum tu ejus civis<sup>3</sup> discessu, cuius unius opera senatus atque omnes boni ciuitatem<sup>4</sup> esse incolumem toties judicassent, oppressam te-

---

simus Victor. Lamb. et Grut. addunt *vir.*—14 χ pestem.—15 Lamb. et cœr. —16 C molestiis.—17 Dresd. et ed. 1472. afflunt. Tum, H et ed. 1472. *ex nostra discipl.*—18 ψ tenere.—19 Pro ubi in Dresd. ut. Lamb. malebat ubi enim postis est, ibi templi, &c. In Franc. 1. sex Oxonn. MSS. et ed. 1472. deest copula ante valvæ. Tum, Franc. Dresd. et edd. vett. verba valvæ ambulacionis conjungunt.—20 C dicit: H S, Barb. ed. Rom. Ven. 1480. 1483. diceret: ed. 1472. dicitur. Pro tibi H S, Barb. Franc. edd. Rom. Wald. Ven. 1480. 1483. habent ibi. Tum, C licet. Ante tenuisse χ addit postem.—1 S χ de dicatione. Dein, Ern. e conjectura cum Schutz. loquor, et paulo post dispuo, ut est in Ms. Guelf. Ceteri loquar . . . disputabo.

CAP. XLVII. 2 Pro priscis in C H χ præditis; T et edd. vett. prædictis; Franc. Barb. Jannoctau. ed. 1472. publicis. Mox, in marg. ed. Lamb. scriptum, ‘Fort. actu esse dices.’ Tum, ψ resp. jure defendet, et in marg. ‘Al. reprehenderet.’—3 In Franc. Dresd. Barb. ed. 1472. deest eivis.—4 C χ omittunt

#### NOTÆ

<sup>m</sup> *Nihil loquor*] A consecrandi ritu per præteritionem, non legitimam tenuisse consecrationem ostendit.

<sup>n</sup> *Simulacrum autem*] Simulacrum Tanagrææ Deæ Libertatis sine pia- enio dejici potest, quia sine religione consecratum fuit.

<sup>o</sup> *Solennibus verbis*] Solennia verba sunt, quæ certis temporibus ac cærimoniis dicuntur, quæque legitima et ordinaria sunt. Facit autem hic concessionem hypotheticam, ut ad reipublicæ ius, id est, non sacrum et publicum, transeat.

terrimo latrocinio cum duobus sceleratissimis consulibus<sup>p</sup> rempublicam teneres;<sup>s</sup> domum ejus, qui patriam a se servatam perire suo nomine noluisset,<sup>6</sup> per pontificem aliquem dedicasses; posset recreata<sup>a</sup> respublica<sup>7</sup> sustinere. 123. Date<sup>8</sup> huic religioni aditum,<sup>b</sup> pontifices: jam nullum fortunis<sup>9</sup> communibus exitum reperietis. An, si postem tenuerit pontifex,<sup>r</sup> et verba, ad religionem Deorum immortalium composita,<sup>c</sup> ad perniciem civium transtulerit, valebit ad injuriam<sup>9</sup> nomen sanctissimum religionis; si tribunus plebis, verbis non minus<sup>10</sup> priscis, et pæne solennibus, bona civis cuiuspia consecrari, non valebit? [p. 238.] Atqui C. Atinius,<sup>s</sup> patrum memoria, bona Q. Metelli,<sup>t</sup> qui eum ex senatu censor ejecerat,<sup>11</sup> avi tui, Q. Metelle, et tui, P. Servili,<sup>u</sup> et proavi tui, P. Scipio,<sup>x</sup> consecravit,<sup>12</sup> foculo positu

<sup>a</sup> Restituta.<sup>b</sup> Date aditum huic consecrationi.<sup>c</sup> Accommodata.

civitatem. Pro toties  $\psi$  totius.—5 C H S T  $\chi$  tenere.—6  $\chi$  voluisse.—7 C rep.—8 In T et Ms. Car. Steph. deest date. Tum, de hac religione habent C H S T  $\chi$ , Ms. Car. Steph. et edd. ante Grut. Orellius conjectat legend. Date, date huic religioni.—9 Val. in injuria C H S T  $\chi$ , Pal. 9. Dresd. Barb. Ms. Vict. ed. 1472. val. in injuria Franc. ed. Rom. Ven. 1480. val. in injuria Ven. 1483. ut volebat Gruter.—10 Pro minus  $\chi$  nimis. Lambinus legi jussit aut nec minus sol. aut et plane sol. Ern. suspicabatur bene legend.—11 Franc. Dresd. sex Oxonn. MSS. et ed. 1472. rejecerat. Tum,  $\chi$  Metelli.

## NOTÆ

<sup>p</sup> Consulibus] Pisone et Gabiniō consulibus annitentibus, Clodius absentis civis domum consecravit, cum rempublicam oppressam teneret: quam consecrationem sibi iniquam ferre non debet respublica jam recreata.

<sup>q</sup> Jam nullum fortunis, &c.] Si aditus ille aperiatur, ut domus bene meriti de republica civis consecretur; idem etiam fortunis omnium honorum civium perdendis ab improbis et factiosis civibus dabitur.

<sup>r</sup> An, si postem tenuerit pontifex] Ex pari probat non valere hanc consecrationem.

<sup>s</sup> Atinius] Cum Q. Metellus cen-

sor in legendō senatu Atinum La-beonem tribunum plebis præteriisset, ab eo de saxo Tarpeio dejici iussus est; sed obstiterē reliqui tribuni plebis. Exemplis autem idem quod superius confirmat, ostenditque multas consecrationes factas a tribunis non valuisse.


<sup>t</sup> Q. Metelli] Is Metellus Macedonicus dictus est: de quo vide Plin. vii. 44.

<sup>u</sup> P. Servili] Loquitur de Servilio Isaurico.

<sup>x</sup> Proavi tui, P. Scipio] Is est Scipio, quem Metellus Pius, Numidici filius, adoptavit.

in rostris,<sup>y</sup> adhibitoque tibicine. Quid tum? num ille furor tribuni plebis, ductus ex nonnullis<sup>z</sup> veterum temporum exemplis, fraudi Metello fuit,<sup>d</sup> summo illi et clarissimo viro? Certe non fuit.<sup>z</sup> 124. Vidimus, hoc idem Cn. Lentulo<sup>a</sup> censori tribunum plebis facere. Numquid<sup>14</sup> igitur is bona Lentuli religionibus<sup>15</sup> obligavit? Sed quid ego ceteros? Tu, tu, inquam, capite velato,<sup>b</sup> concione advocata, foculo posito, bona tui Gabinii, cui regna omnia Syrorum, Arابum, Persarumque donaras,<sup>16</sup> consecrasti. Quodsi tum nihil est actum,<sup>17</sup> quid in meis bonis agi potuit? sin est ratum, cur ille gurges, helluatus<sup>c</sup> tecum simul reipublicæ<sup>18</sup> sanguinem, ad cœlum tamen exstruxit villam<sup>d</sup> in Tusculano visceribus ærarii; mihi meas ruinas, quarum ego silem totam urbem esse passus non sum, aspicere non licuit? 125. Omitto Gabinium. Quid? exemplo tuo bona tua nonne L. Mummius,<sup>19 e</sup> vir omnium fortissi-

<sup>a</sup> Nocuit.



Panlo post, S χ Serrilii.—12 H conserravit.—13 T nonnullorum. Dein, per veterum temporum C H S χ, Barb. Guelf. Pal. 9. Ms. Viet. Ms. Car. Steph. edd. Rom. Ven. 1480. 1483. Junt. cum Lamb. Wolf. Beck. Schutz. et Orell. Pro exemplis in T exemplum.—14 χ Numquam.—15 Religioni χ ψ, Grnt. Græv. Oliv. Lall. religione Lamb. Tum, T supra lin. relegavit: alii religavit.—16 C dona: H S χ ψ donas.—17 C nihil extractum: χ nihil est ratum.—18 Frane, simul sugit reip. ed. 1472. simul fugit reip. In C H S χ sanguine, Mox, exstruit C χ, Frane. Barb. ed. Wald. Beck. Schutz. et Orell. Postea, Lamb. conjectit de risc. ærarii.

CAP. XLVIII. 19 Numius Barb. Ninnius e conjectura Garatoni dederunt

## NOTÆ

<sup>y</sup> *Foco posito in rostris]* Describit ritus observari solitos in consecrationibus, quibus præterea addebatur sacrificium, ut habetur ex Plinio xxiii. 6.

<sup>z</sup> *Non fuit]* Nulli fuit illa consecratio, non valuit, et bona sua Metellus, quamquam consecrata, retinuit.

<sup>a</sup> *Cn. Lentulo]* Lentulus censor fuit cum L. Gellio sex annis ante Ciceronem consulem.

<sup>b</sup> *Capite velato]* Pontifices s̄pē capite velato sacra faciebant. Conseraverat autem Clodius bona Gabinii;

et tamen hæc consecratio nulla habita est: ergo et suæ domus nulla est.

<sup>c</sup> *Helluatus]* Id est, sua omnia bona intemperantissime consumsit Clodius cum Gabinio, cui pecuniam publicam lege sua ex avario deereverat pro administratione Syriæ.

<sup>d</sup> *Exstruxit villam]* Hac pecunia parte, quam non helluatus est in libidinibus, exstruxit villam Gabinius in Tusculano agro magnificentissimam.

<sup>e</sup> *Nonne L. Mummius]* Dilemmate

mus atque optimus, consecravit? Quod si, quia<sup>20</sup> ad te pertinet, ratum esse negas oportere; ea jura constituisti in præclaro tribunatu tuo, quibus in te conversis, recusares,<sup>i</sup> alios everteres? Sin ista consecratio<sup>f</sup> legitima est; quid est, quod profanum in tuis bonis esse possit? An consecratio<sup>2</sup> nullum habet jus, dedicatio<sup>g</sup> est religiosa? Quid ergo illa tua tum<sup>3</sup> obtestatio tibicinis? quid foculus? quid preces? quid prisca verba<sup>4</sup> voluerunt? ementiri, fallere, abuti Deorum immortalium numine ad hominum timorem<sup>5</sup> quid voluisti? Nam si est illud ratum,<sup>b</sup> (mitto Gabinium) tua domus certe, et, quicquid habes aliud, est Cereri consecratum.<sup>i</sup> Sin ille<sup>6</sup> tibi ludus fuit, quid te impurius, qui religiones omnes pollueris<sup>7</sup> aut ementiendo,<sup>k</sup> aut stuprando?<sup>i</sup>

126. Jam fateor,<sup>m</sup> inquit, in Gabinio me<sup>8</sup> nefarium fuisse.

Beck. Schutz. et Orell. Mox, in C H S χ ψ, ed. Rom. Ven. 1480. deest *omnium*, quod Beck. uncis includit.—20 Pro *quia* in Franc. est *quod*, in Dresd. *quam*, in ed. 1472. *qua*. Unde Grævius conjectur legend. *quod si cum ad te pert.* In Ven. 1480. legitur *qua ad te pertinent, ratum, &c.* in Barb. *qua ad te pertinent, rata, &c.*—1 Alii, teste Grævio, *recusaret*. Hotomann. putabat *uti recusares*.—2 H S posset, et T *An si cons.* Tum, Lamb. edidit *nullam habet religionem*: Garaton. conjectur *nullam habet vim*. In C H S χ ψ, Guelf. Barb. Ms. Lambini, Rom. Brix. deest *jus*. Pro *verbis nullam ... religiosa* in T legitur, *vim non habet vel nullum habet vis dedicatio*.—3 Pro *tum*, quod in Franc. deest, C et χ habent *tam*. Lambinus edidit *tum tua illa obt.*—4 In C H S χ ψ, Barb. ed. Rom. *verba omittitur*. Ven. 1480. Junt. habent *prisca iura*: unde Jannocian. conjectur *quid rica vol.* Lambinus malnit aut ante *voluerunt addi sibi*, aut scribi *valuerunt*.—5 ψ ab *boninis timore*. Tum, *quid omittunt Mannt. Car. Steph. Lamb. Oliv. Lall. Wolf. et Schutz.* In C χ legitur *quidem*: in Ms. Car. Steph. *qui*. In ed. Rom. ita interpongitur, *ementiri? fallere? abuti ... timorem? quid voluisti*.—6 T *Si ille*. In MSS. plerisque et edd. ante Grut. deest *tibi*, quod Beck. et Orell. uncis incluserunt.—7 ψ

## NOTÆ

ex pari utitur: nam contendit Clodius non recte a Mummio tribuno plebis bona sua esse consecrata; ergo neque etiam a Clodio bene sua bona consecrata fuisse Cicero juste contendit.

<sup>f</sup> *Sin ista consecratio*] Consecratio de bonis siebat.

<sup>g</sup> *Dedicatio*] De templis dedicatio siebat.

<sup>h</sup> *Si est illud ratum*] Dilemmate probat quod si valet dedicatio quam Li-

bertati de suis ædibus fecit Clodius, etiam quæ de bonis Clodii Cereri facita est, valere debet.

<sup>i</sup> *Cereri consecratum*] Omnes consecrationes alieni numini fiebant.

<sup>k</sup> *Ementiendo*] Mentitur Clodius, quia mox valere, mox non valere consecrationem ait.

<sup>l</sup> *Stuprando*] Stuprum intulit in sacrificiis Bonæ Deæ.

<sup>m</sup> *Jam fatcor*] Fatetur Clodius injustum fuisse se in Gabinium, virum

Quippe vides, pœnam illam, a te in alium institutam, in te ipsum esse conversam. Sed, homo omnium scelerum flagitorumque documentum !<sup>e</sup> quod in Gabinio fateris, cuius impudicitiam <sup>9</sup> pueritiae, libidines adolescentiae, dedecus et egestatem reliquæ vitæ, latrocinium consulatus, vidimus ; cui ne ista quidem ipsa <sup>10</sup> calamitas injuria potuit accidere ; id in me infirmas ?<sup>11</sup> et gravius esse dicis, quod uno adolescente, quam quod concione tota teste,<sup>f</sup><sup>12</sup> fecisti ? 127. Dedicatio magnam, inquit, habet religionem. XLIX. Nonne vobis Numa Pompilius<sup>n</sup> videtur loqui ? discite orationem, pontifices, et vos, flamines : etiam tu, rex,<sup>o</sup> disce a gentili homine ;<sup>p</sup> quanquam <sup>13</sup> ille gentem istam reliquit : sed tamen disce ab homine religionibus dedito, justo, tum <sup>14</sup> omnium religionum perito. Quid ? in dedicatione, nonne, et quis dicit,<sup>15</sup> et quid, et quomodo, quæritur ? An tu hæc <sup>16</sup> ita confundis et perturbas, ut, quicumque velit, quod velit, quomodo velit, possit dedicare ? quis eras tu, qui dedicabas ? quo jure ? qua lege ? quo exemplo ? qua potestate ? ubi te isti rei populus Romanus præfecerat ? Video enim

<sup>e</sup> Exemplum.<sup>f</sup> Teste toto populo.

*polliceris.*—8 Lamb. *me in Gab.*—9 C *impudentia* : H S χ *impudicitia*.—10 In sex Oxoni. MSS. *ipsa deest*.—11 Franc. et ed. 1472. *affirmas*.—12 *Teste abest a sex Oxoni. MSS. Dein, effeciisti habent H S T χ ψ, Junt. et Lamb.*

CAP. XLIX. 13 C H S χ et nonnullæ edd. vett. a gentili ambitu, at tu quang. T et Barb. a gentili, at tu quang. sed in T supraser. ac. Franc. Dresd. ed. 1472, e gentili, quang. Ascens. et Cratand. a gent. et tu quang. Nang. Mannt. Grnt. a gentili homine tuo; quang. Lamb. Grav. Oliv. Lall. Wolf. Beck. et Orell. a gentili tuo; quang. Ern. e conjectura et Schutz. a gentili homine; quang.—14 Lamb. e conjectura edidit ab hom. cum relig. del., tum, omissa voce *justo*. Dein, in H *religionum deest*.—15 Lamb. *dicit*, prob. Ern. Tum, C S carent vocibus et quid. H χ ψ tantum copulam omittunt.—16 In Dresden. At tu hæc. Mox Franc. l. *quid velit*. Ante quomodo

## NOTÆ

infamem, et fateri non vult in Ciceronem fuisse.

<sup>n</sup> *Numa Pompilius*] Numa potuit distinguere aves idoneas ad augurandum, ab illis quæ non erant idoneæ. Ridet autem Clodium per dis-

simulationem.

<sup>o</sup> *Tu, rex*] Loquitur de L. Clodio, rege sacerorum.

<sup>p</sup> *Homine*] P. Clodium ironice ridet.

esse legem veterem<sup>17</sup> tribuniciam,<sup>9</sup> quæ vetet, injussu plebis, ædes, terram, aram consecrare. Neque tum<sup>18</sup> hoc ille<sup>1</sup> Q. Papirius, qui hanc legem rogavit, sensit, neque suspicatus est, fore periculum,<sup>19</sup> ne domicilia aut possessiones indemnatorum civium consecrarentur: neque enim id fieri fas erat, neque quisquam fecerat, neque erat causa, cur prohibendo non tam detterre<sup>20</sup> videretur, quam admonere.

128. Sed quia consecrabantur ædes, non privatorum domicilia, sed quæ sacræ nominantur; [p. 239.] consecrababantur agri, non ita<sup>1</sup> ut nostra prædia, si quis<sup>2</sup> vellet, sed ut imperator agros de hostibus captos consecraret; statuebantur aræ, quæ religionem afferrent,<sup>3</sup> [ipso] si loco essent consecratæ: hæc, nisi plebs jussisset, fieri vetuit. Quæ si tu interpretaris de nostris ædibus<sup>4</sup> atque agris<sup>4</sup> scripta esse; non repugno: sed quæro, quæ lex lata sit, ut tu ædes meas<sup>5</sup> consecrares; ubi tibi hæc potestas data sit; quo jure feceris. Neque ego nunc de religione, sed de bonis omnium

.....

ed. 1472. addit et. Paulo post, C H x posset.—17 Ed. Oliv. *legem veterum.* In T desunt verba *ubi te . . . consecrare.*—18 C H S x ψ, ed. Rom. 1472. Ven. 1480. 1483. *Neque tamen.* In iisdem Miss. et Franc. Dresd. Barb. ed. Herweg. aliisque ante Nang. deest ille, quod Beck. unicus inclnsit.—19 *Periculum non est in x.*—20 *H deterreret, et mox admoneret.* In C H S x ψ deest videatur. T, Franc. Dresd. ed. 1472. exhibent videatur.—1 Ita Ernesto suspectum est.—2 Dresd. si qui.—3 T *afferent:* al. *offerrent.* Tnm, ipsi si loco C H T, Franc. Dresd. Barb. Guelf. et ed. Wald. ipsi loco Lamb. Pronomen *ipso*, quod Grævio, Ernesto, et Beckio suspectum est, delevit Schutz.—4 x

#### NOTÆ

<sup>9</sup> *Tribuniciam]* Papirius tulit legem, ne injussu plebis ædes, terra, ara, aliave res illa consecrarentur. Consecravit autem Clodius domum Ciceronis sine jure, sine cærmoniis requisitis, idque confuse et perturbate.

<sup>1</sup> *Neque tum hoc ille]* Probat ex lege Papirii Clodio non licuisse ædes suas consecrare: tametsi enim licuerit ei hostium bona aliquando consecrare, civium tamen consecrare bona indemnatorum, et sine jussu po-

puli, non licere ostendit, non quidem ex legis Papiriae verbis, sed ex legitima ejusdem interpretatione.

<sup>4</sup> *Religionem afferrent]* Erigebantur altaria, ut metum Deorum afferrent; sed non erigebantur sine populi consensu ex lege Papiria.

<sup>5</sup> *Quæ si tu interpretaris de nostris ædibus]* Fateri se Cicero dicit, suas ædes fuisse consecratas, si quæ lex de iis consecrandis proferatur, vel in ipsa lege Clodii, quæ revera lex non est appellanda.

nostrum,<sup>6</sup> nec de pontificio, sed de jure publico dispuo. L. Lex Papiria vetat, ædes injussu plebis consecrari. Sit sane hoc de nostris ædibus, ac non de publicis templis. Unum ostende verbum consecrationis in ipsa tua lege; si illa lex est,<sup>7</sup> ac non vox sceleris, et crudelitatis tuæ. 129. Quodsi tibi tum in illo reipublicæ naufragio omnia in mentem venire potuissent, aut si tuus scriptor<sup>u</sup> in illo incendio civitatis non syngraphas cum Byzantiis<sup>8</sup> exilibus<sup>x</sup> et cum legatis regiis<sup>y</sup> faceret, sed vacuo animo tibi ista non scita,<sup>z</sup> sed portenta conscriberet; esses omnia, si minus re, at<sup>9</sup> verbis legitimis consecutus. Sed uno tempore cautiones<sup>a</sup> fiebant pecuniarum; foedera feriebantur provinciarum; regum appellations<sup>10</sup> venales erant; servorum<sup>11</sup> omnium vicatim celebrabatur tota urbe descriptio; inimici in gratiam reconciliabantur; imperia ascribebantur<sup>b</sup> novæ juventuti;<sup>12</sup> Q. Seio venenum misero parabatur; de Cn. Pompeio, propugnatore<sup>13</sup> et custode imperii, interficiendo consilia ini-

*aris.—5 Lamb. meas ædes.—6 Post nostrum C addit dispuo, sed infra dispuo in C H S T deesse dicitur. C H S T x omittunt prepositionem ante pontificio.*

CAP. L. 7 x non habet est.—8 C x syngr. et cum Byz. Pro regiis C H S T x rogatis.—9 x aut.—10 Barb. et Græv. sic distinguunt, fædera feriebantur; procinctiarum, regum appell. Vid. Nott. Varr.—11 Pto servorum Franc. sermone; C H S T x, Dresd. Ms. Car. Steph. ed. 1472. Med. sermones. Pro ricalim Dresd. judicaturi. Tnm, ψ celelabantur.—12 Ms. Memmian. ascrib. nova, juventusque se juvenum; nude Lamb. recepit scribebantur nora, omisso juvenuti. Beck. Schintz. et Orell. ex ed. Ven. 1480. dedernit ascr. nora juvenuti. In T, Franc. Dresd. Barb. et Ms. Ursini ascr. nova juventute. Pantagathus corredit ascr.; inveniebantur. Ursinus malnit perscribebantur. Gulielm. conjectit ascr. nova e juventute. Garaton. ex orat. pro Sext. c. 30.

## NOTÆ

<sup>u</sup> Tuus scriptor] Sextus Clodius debet intelligi.

<sup>x</sup> Byzantiis exilibus] De his jam dictum § 52.

<sup>y</sup> Legatis regiis] Legati a Clodio regum appellations emebant.

<sup>z</sup> Non scita] Scita plebeia appellantur ea, quæ plebs suo suffragio sine patribus jussit, plebeio magistratu interrogante.

<sup>a</sup> Cautiones] Venditiones et promissiones, certis conditionibus, Pisoni et Gabinio fiebant. Hic per frequentationem commemorat quæ per vim et scelus a Clodio exercabantur.

<sup>b</sup> Ascribebantur] Sorte, non per suffragia, et privatim, juventuti novæ, nondum in reipublicæ rebus exercitæ, donabantur.

bantur; <sup>14</sup> senatus ne quid esset; <sup>15</sup> ut lugerent boni semper; ut capta res publica consulum <sup>16</sup> proditione, vi tribunicia teneretur. Hæc cum tot tantaque agerentur; non mirum est, præsertim in furore animi et cæcitate, multa illum <sup>c</sup> et te fefellisse.

130. At videte,<sup>d</sup> quanta vis sit <sup>17</sup> hujus Papiriæ legis, in re tali; non qualem tu affers,<sup>18</sup> sceleris plenam et furoris. Q. Marcius, censor, signum Concordiæ fecerat, idque in publico collocarat. Hoc signum C. Cassius censor cum in curiam transtulisset, collegium vestrum consuluit, numquid esse causæ videretur, quin id signum curiamque Concordiæ dedicaret.<sup>19</sup> LI. Quæso, pontifices, et hominem cum homine,<sup>20</sup> et tempus cum tempore, et rem cum re comparete. Ille erat summa modestia et gravitate censor; hic tribunus plebis, scelere et audacia singulari. Tempus illud erat tranquillum,<sup>1</sup> et in libertate populi et gubernatione positum senatus: tuum porro tempus,<sup>2</sup> libertate populi Romani oppressa, senatus auctoritate deleta. Res illa plena justitiæ, sapientiæ, dignitatis: censor enim, penes quem majores nostri (id quod tu sustulisti<sup>3 e)</sup> judicium senatus de dignitate esse voluerunt, Concordiæ signum volebat in curia, curiamque<sup>4</sup> ei Deæ dedicare. 131. Præclara voluntas, at-

---

effecit describebantur nova juventuti.—13  $\chi$  procuratore.—14 C iniebantur.—15 Al. ne quis, et Dresd. deesset.—16 C republica consilium. In  $\chi$  quoque consilium: edd. nonnullæ, teste Grævio, consilio.—17 Junct. Lamb. sit vis.—18 Erf. et Pal. 9. asseris. Pro plenam H habet penam. In Ms. Car. Steph. deest prænomen ante Marcius.—19 H S, ed. Rom. Ven. 1480. 1483. dicitur.

CAP. LI. 20 Verba cum homine in C desunt.—1  $\chi$  erat et transg. Mox, C et in gubern.—2  $\chi$  tuum vero tempus. Pro Romani C resp.  $\chi$  r. p. Panlo post,  $\chi$  delata.—3  $\psi$  cum tu sust. Tum, Lamb. edidit de sen. dign.—4 Car. Steph.

#### NOTÆ

<sup>c</sup> Illum] Clodium, scriptorem Pub. Clodii, multa fefellisse ait propter animi cæcitatem.

<sup>d</sup> Videte] Ex vi Papiriæ legis exemplorum, et rerum differentium contentionem, affert, ut ostendat non justa a Cladio suas ædes fuisse con-

secratas.

<sup>e</sup> Quod tu sustulisti] In more fuerat ut quinto quoque anno censores de moribus populi judicarent; sed eam consuetudinem Clodius tribunus, quæ ultra quadringentos annos duraverat, antiquavit.

que omni laude digna. Præscribere enim se<sup>5</sup> arbitrabatur, ut, sine studiis dissensionis, sententiae dicerentur, si sedem ipsam ac templum publici consilii religione Concordiae devinxisset. Tu cum<sup>6</sup> ferro, cum metu, cum edictis,<sup>7</sup> cum privilegiis, cum præsentibus copiis perditorum, absentis exercitus terrore<sup>f</sup> et minis, consulum societate et nefario foedere, servitute oppressam civitatem teneres, Libertatis signum posuisti magis ad ludibrium pudicitiae,<sup>8</sup> quam ad simulationem religionis. Ille in curia, quæ poterat, sine cujusquam incommodo, dedicabat:<sup>9</sup> tu in civis optime de republica meriti cruce ac pæne ossibus simulacrum, non libertatis publicæ, sed licentiæ,<sup>10</sup> collocasti. 132. Atque ille tamen ad collegium retulit: tu ad quem retulisti? Si quid deliberares, si quid tibi aut piandum aut instituendum fuisset religione domestica; tamen instituto<sup>11</sup> ceterorum vetere, ad pontificem detulisses: [p. 240.] novum delubrum cum in urbis clarissimo loco, nefando quodam atque inaudito instituto, inchoares; referendum ad sacerdotes publicos non putasti? At, si collegium<sup>12</sup> pontificum adhibendum non videbatur, nemone horum tibi idoneus visus est, qui ætate, honore, auctoritate antecellunt, ut cum eo dedicationem communicares? quorum quidem tu non contempsisti, sed pertimuisti dignitatem. LII. An tu auderes querere ex P. Servilio, aut ex M. Lucullo, (quorum ego consilio atque auctoritate rempublicam consul ex vestris manibus ac fauibus<sup>13</sup> eripui) quibusnam verbis, aut quo



et Lamb. aramque. In Barb. Deæ omittitur. Dein, C H S χ, ed. Rom. Ven. 1480. 1483. dicare.—5 Pro se Ms. Car. Steph. sic. Tum, C H S T ψ arbitrabantur.—6 C Tum cum.—7 H S additis: T audaciis.—8 Pal. 9. impudicitiae: Ern. pudicitiae, ut est in marg. Lambini. Ceteri impudentiae.—9 C H S T χ dedicari.—10 Marcland. scribi mavult licentiæ tuae.—11 Dresd. tum inst. Pro vetere, quod in T deest, C H χ ψ, Dresd. Barb. ed. 1472. habent utrere. Postea, Lamb. retulisses. Denique, C H S χ ψ non novum del. Dresd. non novi del.—12 In marg. Lamb. conjicitur, *At si tibi coll.*

CAP. LII. 13 Franc. Dresd. Barb. Ms. Car. Steph. et MSS. Lambini faci-

## NOTÆ

<sup>f</sup> *Absentis exercitus terrore]* Loquitur de Julii Cæsar's exercitu, qui Cludio favebat.

ritu, primum hoc dico, civis domum consecrare; deinde civis ejus, cui princeps senatus, cui etiam ordines<sup>14</sup> omnes, deinde Italia tota, post cunctae gentes, testimonium hujus urbis atque imperii conservati dedissent? 133. Quid diceres, o nefanda et perniciosa labes civitatis? Ades, ades,<sup>15</sup> Luculle, Servili, dum dedico domum Ciceronis, ut mihi praeatis,<sup>16</sup><sup>g</sup> postemque teneatis.<sup>b</sup> Es tu quidem cum audacia,<sup>17</sup> tum impudentia singulari; sed tibi tamen oculi, vultus, verba cecidissent,<sup>18</sup> cum te viri, qui sua dignitate personam populi Romani atque auctoritatem imperii sustinerent, verbis gravissimis perterrituissent;<sup>19</sup> neque sibi fas esse dixissent, furori interesse tuo, atque<sup>20</sup> in patriæ parcidio et scelere. 134. Quæ cum videres, tum te<sup>i</sup> ad tuum affinem,<sup>j</sup> non delectum a te, sed relictum a ceteris, contulisti: quem ego tamen credo, si est ortus ab illis,<sup>k</sup> quos memoriæ proditum est ab ipso Hercule, perfuncto jam laboribus, sacra didicisse,<sup>21</sup> in viri fortis ærumnis, non ita crudelem fuisse, ut in vivi et jam spirantis<sup>3</sup> caput bustum suis manibus imponeret: qui aut nihil dixit aut fecit omnino, poenamque hanc<sup>4</sup> maternæ temeritatis tulit,<sup>s</sup> ut mu-

\*\*\*\*\*

*bus: ed. 1472. fascibus.—14 Ms. Vict. et Ms. Car. Steph. tum etiam ord.* In T cui deest.—15 *Ades semel tantum legitur in T. Barb. in marg. sed antiqua manu habet, Ades, Luculle, ades, Servili: ed. Ven. 1480. ades, ades, Luculle, ades, Servili.*—16 C H S T χ, Pall. nonnulli et edd. pr. *parcatis.*—17 H tum aud.—18 χ occidissent.—19 MSS. Lambini proterrituissent.—20 ‘Suspiciatus sunt delendum esse atque, nisi totum est a glossatore furoris.’ Ern. Garatoni, legi maluit furori int. tuo, in patriæ parr. erulant. Pro parcidio Lamb. edidit patricidio; in χ periculo.—21 H cum te. Mox, χ finem. Tum, C χ, Franc. Dresd. ed. 1472. *dejectum.* Verba a ceteris in Dresden desunt.—2 Dresden. sex Oxonn. MSS. et ed. 1472. *dedisse.*—3 Orell. e conj. Garatoni dedit riventis elian et spir. Lamb. conjectit legend. *rivi etiam tum spir.* Pio caput bustum C H S T χ habent capitibus tum.—4 Qui aut nihil dicit, nec fecit

#### NOTÆ

<sup>g</sup> *Præatis]* Prosopopœia invidiosa Clodium inducit petentem a Lucullo et Servilio ut sibi carmen dicant, quod sibi dicendum est in dedicacione ædificii inimici, Ciceronis.

<sup>b</sup> *Postem teneatis]* Pontifices tenebant postem dominus quam consecrabant.

<sup>i</sup> *Ad tuum affinem]* Fratrem uxoris suæ juniores pontificem assummis Clodins.

<sup>k</sup> *Ab illis]* Potitii et Pinarii primi omnium ab Evandro instituti sunt, ut Herculis sacra tractarent.

<sup>l</sup> *Sacra didicisse]* Hercules Romanos docuit ceremonias sacrorum.

tam in delicto personam,<sup>m</sup> nomenque præberet; aut, si dixit aliquid verbis hæsitantibus,<sup>n</sup> postemque tremebunda manu tetigit, certe nihil rite, nihil caste, nihil more institutoque perfecit. Viderat ille Murenam,<sup>o</sup> vitricum suum, consulem designatum, ad me Consulem cum Allobrogibus communis exitii indicia asserre: audierat ex illo,<sup>p</sup> se a me bis salutem accepisse, separatim<sup>q</sup> semel, iterum<sup>r</sup> cum universis.<sup>s</sup> 135. Quare quis est, qui existimare possit, huic novo pontifici, primam hanc post sacerdotium initum religionem<sup>t</sup> instituenti,<sup>u</sup> vocemque mittenti, non et linguam obmutuisse, et manum obtorpuisse, et mentem debilitatam metu concidisse; præsertim cum ex collegio tanto,<sup>v</sup> non regem, non flaminem, non pontificem videret; fierique particeps alieni sceleris invitus cogeretur, et gravissimas poenas affinitatis impurissimæ<sup>w</sup> sustineret?

LIII. 136. Sed, ut revertar ad jus publicum vindicandum,<sup>x</sup> quod ipsi pontifices semper, non solum ad suas cærimonias, sed etiam ad populi jussa accommodaverunt;<sup>y</sup>

omnino, pœnamque hanc Ms. Car. Steph. prob. Garaton. qui aut nihil fecit, aut si fecit, omnino pœnam hanc Lamb. qui aut nihil dixit, aut, si fecit, omnino pœnamque hanc conjectit Pantagathus.—5 In marg. Lamb. conjecturatur luit. Mox, C H x multuam.—6 Lamb. e conjectura edidit aut si dixit aliquid, dixit verbis hæs. Mox, pro perficit Guelf. habet perficerit, proh. Ern.—7 C H S x ab illo.—8 Lamb. semel sep. et x iterumque.—9 x religione. Mox, C x voceque.

CAP. LIII. 10 *Judicandi* C H S x, Ms. Steph. MSS. aliquot Gruteri, ed. Rom. Ven. 1480. 1483. *judicandum* T, Franc. Dresd. Barb. ed. 1472. *dedicandi* Pal. 1. Græv. Oliv. Lall. Wolf. Beck. et Orell.—11 ψ accommodave-

## NOTÆ

<sup>m</sup> *Mutam personam*] Mutam personam dicit, quia neque Deum nominabat, cui dedicaret Ciceronis ædes; neque suum nomen; dicendo, Ego talis consecro has ædes huic aut illi Deo. Hunc vero Cicero non nominat in tota oratione; quare ignotum est, quisnam fuerit ille juvenis pontifex.

<sup>n</sup> *Murenam*] Murenam defendit in judicio. Estat ejus oratio.

<sup>o</sup> *Separatim*] Murena absolutus est,

et evasit judicium ambitus.

<sup>p</sup> *Iterum cum universis*] Cum patet facta est conjuratio Catilinæ, urbi et reipublicæ exitium minitantis.

<sup>q</sup> *Religionem instituenti*] Institui dicitur religio ab aliquo, cum hoc primo sni sacri munieris officio fungitur.

<sup>r</sup> *Collegio tanto*] Pontificum cœtum intelligit.

<sup>s</sup> *Affinitatis impurissimæ*] Quia frater erat uxoris Clodii, hominis impurissimi.

habetis in commentariis vestris, C. Cassium censorem de signo Concordiae dedicando ad pontificum collegium retulisse, eique M. Æmilium,<sup>t</sup> pontificem maximum, pro collegio respondisse, nisi eum populus Romanus nominatim præfecisset, atque ejus jussu<sup>12</sup> facheret; non videri ea<sup>13</sup> recte posse dedicari. Quid, cum Licinia,<sup>14</sup> virgo Vestalis, summo loco nata,<sup>15</sup> sanctissimo sacerdotio prædita, T. Flaminino,<sup>16</sup> Q. Metello, consulibus, aram, et aediculam, et pulvinar<sup>u</sup> sub Saxo Sacro<sup>17</sup> dedicasset, non eam rem, ex auctoritate senatus, ad hoc collegium Sex. Julius prætor retulit? cum P. Scævola, pontifex maximus,<sup>18</sup> pro collegio respondit, quod in loco publico Licinia, Caii filia,<sup>19</sup> injussu populi dedicasset, sacrum non videri.<sup>20</sup> Quam quidem rem quanta severitate, quantaque diligentia senatus sustulerit,<sup>v</sup> ex ipso senatusconsulto facile cognoscetis. Recita senatusconsultum. (*Senatusconsultum.*<sup>z</sup>) 137. Videtisne, prætori urbano<sup>x</sup> negotium datum, ut curaret, ne id sacrum esset? [p. 241.] et ut, si quæ essent incisæ aut inscriptæ literæ, tollerentur? O tempora! o mores! Tum censo-

rint.—12  $\psi$  atque e jussu.—13 Ern. conjectit id legendum, ant ea delendum: hinc Beck. ea nunc inclusit. Lamb. edidit id. In Ven. 1480. ea ratione recte posse dedicari. Garaton. scribi maluit, aut eum recte posse dedicare, (quia dedicare in Barb. legitur) aut ab eo dedicari. Ms. Ursini habet eo.—14 C H S  $\chi$  *Lucinia*. In T deest.—15 Franc. Dresd. Barb. ed. 1472. *nata* omittunt.—16 C H S T  $\chi$ , Junt. Lamb. *Flaminio*.—17 Franc. sub *sacro saxo*: Dresd. sub *saxo sancto*. In  $\chi$  et ed. Rom. deest *sacro*. Mox, C T  $\chi$  nonne.—18 C cui, P. Scævola, pontifice maximo.—19 Pro *Caii filia* T, Franc. et ed. 1472. *castissima fœmina*;  $\chi$  et Græv. C. F. Tum, T in *jussu*.—20 Videri esse  $\chi$ , Junt. Græv. viderier esse Erf. viderier Ms. Vict. Beck. Schutz. et Orell. videri ceteri.—1 Verbum sustulerit Lambino et Ernesto suspectum est.—2 Verba Recita senatusc. senatusconsultum desunt in H S T  $\chi$ , Franc. Dresd. Barb. ed. 1472. aliisque vett. Recita. *Senatusconsultum* dederunt Oliv. et Lall.—

## NOTÆ

<sup>t</sup> *M. Æmilium*] Vel is Æmilius intelligitur, qui cum Popillio consul fuit, quinquennio ante censores M. Valerium Messallam et C. Cassium Longinum; vel ejus pater, qui sexies princeps senatus fuit, qui ad Messallam usque et Longinum censors vixit.

<sup>u</sup> *Pulvinar*] Pulvinaria in templis dicebantur lectuli Diis dicati, in quibus illorum simulacula solebant reclinari.

<sup>x</sup> *Prætori urbano*] Julius tum prætor erat urbanus. De prætoribus dictum est.

rem,<sup>3</sup> hominem sanctissimum, simulacrum Concordiae dedicare pontifices in templo inaugurate<sup>y</sup> prohibuerunt: post autem senatus in loco augusto consecratam eam aram,<sup>4</sup> tollendam<sup>z</sup> ex auctoritate pontificum censuit, neque ullum est passus ex ea dedicatione literarum extare monumentum. Tu, procella patriæ, turbo<sup>5</sup> ac tempestas pacis atque otii, quod in naufragio, reipublicæ tenebris offusis,<sup>6</sup> demerso populo Romano, everso atque ejecto senatu, dirueris, ædificaris, religione omni violata, reipublicæ tantum<sup>g</sup> 7 nomine contaminaris; in civis hujusce ædibus, et<sup>8</sup> in urbe, quam suis laboribus ac periculis conservasset,<sup>9</sup> monumentum deletæ reipublicæ collocaris, ad equitum notam,<sup>a</sup> ad dolorem honorum<sup>10</sup> omnium, sublatoque Q. Catuli nomine, incidris;<sup>11</sup><sup>b</sup> id sperasti rempublicam diutius, quam, quoad mecum simul expulsa careret his mœnibus, esse laturam?

138. At<sup>12</sup> si, pontifices, neque is,<sup>c</sup> cui licuit, neque id, quod fas fuit, dedicavit; quid me attinet jam illud tertium,

<sup>g</sup> Tamen.

\*\*\*\*\*

3 χ censores.—4 Pantagathus legi maluit jam aram.—5 C χ turba.—6 C H S T, Franc. ed. 1472. effusis.—7 MSS. nonnulli et edd. vett. cum Græv. Oliv. Lall. reipublicæ tamen: rei tantum S T χ ψ, Barb. Ms. Vict. et nonnullæ edd. vett. religionis tamen e conjectura Marcellandi et Garatoni dederunt Beck. Schütz. et Orell.—8 Hisce rebus ut C H S χ: in his rebus et Dresl. in hisce rebus et ed. Med. in hujusce rebus et ed. 1472. In Franc. I. deest civis.—9 χ consecrasses: χ, Franc. Barb. edd. Rom. Wald. Ven. 1480. 1483. Med. consecrasset, prob. Grævio.—10 In duobus MSS. Lambini et ed. 1472. legebatur ab equitum nota doloris honorum, &c. conjectit antem legend. aut ad ejus ignominiam, ad dolorem, &c. aut ad ignominiam ac dolorem, &c. Pro ad dolorem C χ, Dresd. Barb. et edd. pr. doloris: Franc. et dolorem.—11 Schütz. e conjectura Grævii recepit tuum incideris. Vid. Nott. Varr.—12 C H S χ Ac. Pro si H S T sic. Tum, C S T χ ne quis: H ψ ne quid. Pro neque id sex

## NOTÆ

<sup>y</sup> [Inaugurato] Senatum nisi in loco inaugurate haberi fas non fuit. Locus autem anguratus vel inaugurus is erat, qui certis et conceptis verbis ab angore definitus erat.

<sup>z</sup> [Tollendam] Sublata est ara, quia sine pontifice, a tribuno tantum, aut prætoie fuerat dedicata, ad quos causa potestas non pertinebat.

<sup>a</sup> [Ad equitum notam] Erigebatur simulacrum, in domo Ciceronis consecrata, ad equitum infamiam, quia Ciceron erat ex genere equestri.

<sup>b</sup> [Incidet] Nomen Clodii incidi non passa esset res publica.

<sup>c</sup> [Is] Minimus omnium pontificum præter fas domum dedicaverat.

quod proposueram, docere, non his institutis<sup>13</sup> ac verbis, quibus cærimoniæ postulant, dedicasse?<sup>14</sup> LIV. Dixi a principio, nihil me de scientia vestra, nihil de sacris, nihil de abscondito jure pontificum,<sup>15</sup> dicturum: quæ sunt adhuc a me de jure dedicandi disputata, non sunt quæsita ex occulto aliquo genere literarum, sed sumta de medio, ex rebus palam per magistratus actis, ad collegiumque delatis,<sup>16</sup> ex senatusconsulto, ex lege. Illa interiora, jam vestra sunt, quid dici,<sup>17</sup> quid præcipi, quid tangi, quid teneri jus fuerit. 139. Quæ si omnia ex Coruncanii<sup>18</sup> dicitur, qui peritissimus pontifex fuisse dicitur, acta esse constarent;<sup>19</sup> aut si M. Horatius ille Pulvillus,<sup>e</sup> qui, cum ejus dedicationem<sup>20</sup> multi, propter invidiam, fictis religionibus impedirent, restitit, et constantissima mente<sup>i</sup> Capitolium dedicavit, hujusmodi alicui dedicationi præfuisset; tamen in scelere religio<sup>f</sup> non valeret; nedum valeat<sup>z</sup> id, quod imperitus adolescens, novus sacerdos, sororis precibus, matris

Oxon. MSS. ne quid.—13 Lamb. *iis inst.*—14 CH χ postulandæ dicasse.

CAP. LIV. 15 χ ψ pontificiæ.—16 In marg. Lambini, ‘Al. relatis.’ Tum, Franc. ex S. C. ex lege illa. *Interiora.* Ed. 1472. ex S. C. ex lege illa jam interiora. Paulo post, Franc. et ed. 1472. *nostra.*—17 C quid dicere. Dein, præcipi e Ms. Guelf. receperunt Ern. Beck. Schutz. et Orell. In C percipere. Ceteri præcipere. Verba quid tangi absunt a Guelf. Franc. Dresd. Barb. et ed. 1472.—18 C χ e Coruncanis: H Coruncanis: S Coruncanis: ψ e corruncani. Mox in χ pontifex deest.—19 Lamb. *constaret.*—20 Sex Oxonn. MSS. dedicacionem omnittunt. In Ms. Car. Steph. et ed. pr. legitur *cum eam multi.*—I χ ex

#### NOTÆ

<sup>d</sup> *Coruncanii*] Coruncanus juris-consultus, consul cum P. Valerio, A. U. C. 682. primus ius civile docere ac profiteri cœpit, cum priores id in latenti retinere cogitarent, solumque consultatoribus vacare. De illo Cicero sic loquitur in Bruto: ‘ex pontificum commentariis intelligi cum longe plurimum ingenio valuisse:’ et in lib. III. de Orat. pontificem maximum eum fuisse tradit; ad eum, ejusque similes, de omnibus divinis atque humanis rebus referri solitum.

<sup>e</sup> *M. Horatius Pulvillus*] Horatius

Pulvillus pontifex fuit maximus tantæ constantia, ut cum Capitolini Jovis ædem dedicaret, postemque tenenti de morte filii nuntiatum esset, neque prius vultum mutarit, neque postem remiserit, carmenque, quod pronniabat, interruperit, quam esset absoluta dedicatio. Val. Max.

<sup>f</sup> *Religio*] In re instituta contra ius et fas religio non valet, licet ea ab Horatio, maximo pontifice, probaretur: ergo multo minis res illa quæ a novo pontifice, et ignaro cærimonia-rum instituta est.

minis adductus, ignarus, invitus, sine collegis, sine libris, sine auctore,<sup>g</sup> sine factore,<sup>3</sup> furtim, mente ac lingua titubante fecisse dicatur: praesertim cum iste impurus atque impius hostis omnium religionum, qui contra fas inter viros<sup>4</sup> <sup>h</sup> saepe mulier, et<sup>5</sup> inter mulieres<sup>i</sup> vir fuisset, ageret illam rem ita raptim et turbulente, ut neque mens, neque vox, neque lingua consisteret. LV. 140. Delatum tum est<sup>6</sup> ad vos, pontifices, et post omnium sermone celebratum, quemadmodum iste præpostoris verbis, omnibus<sup>7</sup> obscoenis, identidem se ipse revocando, dubitans, timens, hæsiens, omnia aliter, ac vos in monumentis habetis, et pronuntiarit, et fecerit. Quod quidem<sup>k</sup> minime mirum est, in tanto scelere, tantaque dementia, ne audaciæ quidem locum ad timorem comprimentum fuisse. Etenim, si nemo unquam prædo tam barbarus atque immanis fuit, qui cum fana<sup>8</sup> spoliasset, deinde aram aliquam in littore deserto, somnis<sup>9</sup> stimulatus, aut religione aliqua, consecraret,<sup>10</sup> non horreret animo, cum divinum numen, scelere violatum, placare precibus cogeretur; qua tandem istum perturbatione mentis, omnium templorum atque tectorum totiusque urbis<sup>11</sup> prædonem, fuisse censem, cum pro detestatione tot scelerum unam aram nefarie consecraret? 141. Non potuit<sup>12</sup> ullo modo (quanquam et insolentia dominatus extu-



*const. mente.*—2 C H S T χ ne valeat.—3 T sine victore: edd. vett. paucæ sine scriptore.—4 Ante verba *inter viros sex* Oxoni. MSS. cum Beck. et Orell. addunt et.—5 In T deest copula *ante inter mulieres*. Mox. C T esset.

CAP. LV. 6 *Delata tum sunt C χ*: *Delata tamen sunt T, Barb. et Ven.* 1480. *Delata tum tum est Lamb.* Mox. celebrata C χ, Barb. et Ven. 1480.—7 H S T χ omnibus.—8 Pro fana Frane. Dresd. ed. 1472. *funus.* In χ *fama expoliasset.*—9 *Somniis C T χ ψ*, Barb. Junt. Lamb. Oliv. Latt. Wolf. Beck. Schmitz. et Orell.—10 C χ *consecrasset.*—11 C T *tolius urbis.*—12 *Poterat*

## NOTÆ

<sup>g</sup> *Sine auctore*] Nullum habebat auctorē qui enim, propter imperitiam, doceret.

<sup>h</sup> *Inter viros*] In sententiis dicens mulieri potius similis fuit Clodius, quam viro; adeoque totam illam dedicationem ageret, faciendaque

hunc pontificem juniorem doceret.

<sup>i</sup> *Inter mulieres*] In sacrī Bonæ Deæ visus est muliebri habitu Clodius.

<sup>k</sup> *Quod quidem*] Comparatione cum latrone sacrilego reī auget.

lerat animos,<sup>13</sup> et erat incredibili armatus audacia) non in agendo ruere, ac sæpe<sup>14</sup> peccare, præsertim illo pontifice,<sup>1</sup> et magistro, qui cogeretur docere,<sup>15</sup> antequam ipse didicisset. [p. 242.] Magna vis est<sup>m</sup> cum in<sup>16</sup> Deorum immortalium numine, tum vero in ipsa republica. Dii immortales suorum templorum custodem<sup>n</sup> ac præsidem sceleratissime pulsum cum viderent, ex suis templis in ejus aedes<sup>17</sup> immigrare nolebant: itaque istius recordissimi mentem cura metuque terrebant. Res vero publica, quanquam erat exterminata mecum, tamen obversabatur<sup>18</sup> ante oculos extinctoris sui, et ab istius inflammato atque ignito<sup>19</sup> furore jam tum me seque<sup>20</sup> repetebat. Quare quid est mirum, si iste metus furore instinctus,<sup>1</sup> scelere præceps, neque institutas cærimonias persequi, neque verbum ullum<sup>2</sup> solenne potuit effari?

LVI. 142. Quæ cum ita sint, pontifices, revocate jam animos vestros ab hac subtili<sup>3</sup> nostra disputatione ad universam rempublicam, quam antea cum viris fortibus multis, in hac vero causa solis<sup>4</sup> vestris cervicibus sustinetis. Vobis universi senatus perpetua auctoritas, cui vosmetipsi



C H S χψ et edd. pr. cum Lamb. Wolf. Beck. Schutz. et Orell.—13 χ animo.—14 Pro sæpe, quod in H S deest, C χ habent se.—15 H dicere.—16 C H S T χ præpositionem omittunt.—17 In Franc. Dresd. Barb. ed. 1472. in ejus sedes.—18 C T ψ observabatur. Pro extinctoris Franc. Hervag. Car. Steph. et Lamb. exterminatoris. In Barb. marg. antiqua manu ascriptum est, ‘Alii exterminatoris.’—19 Inico Pal. 9. initio Barb. sex Oxonn. MSS. et edd. pr. pleræque: imito ed. 1472. incito Junt.—20 Franc. et Lamb. se meque. Dresd. et Barb. meque, omisso se. In T et ed. 1472. seque deest.—1 Si iste invictus metu, furore inst. Junt. si iste metu, si furore inst. Manut. Oliv. Lall. metu perturbatus, si furori inst. Lamb. 1584. sed in ed. 1566. metu percussus. Schutz. conjecit legend. si iste metu instinctus. Beck. legi mavult metu agitatus.—2 C H S χψ verbum unum. Mox, C affari.

CAP. LVI. 3 Dicendum potins fuisse futili censem Wolf.—4 Lamb. soli.—

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Ilio pontifice]* De juniore et imperito pontifice illo loquitur.

<sup>m</sup> *Magna vis est]* Subiectit amplificationem egregiam a Deorum maiestate, et snorum cultorum cura, et reipublicæ dignitate; etenim Dii vio-

latores voluntatum snarum timore et cura replent.

<sup>n</sup> *Templorum custodem]* Se Cicorenem intelligit, qui templa Deorum incendio liberavit, exstincta Catilinæ conjuratione.

præstantissimi<sup>5</sup> semper in mea causa præfuiſtis; <sup>6</sup> vobis Italæ magnificenterissimus ille motus, <sup>o</sup> municipiorumque concursus; vobis Campus,<sup>p</sup> centuriarumque una vox omnium, quarum vos principes atque auctores fuistis; vobis omnes societates, omnes ordines, omnes, qui aut re,<sup>7</sup> aut spe denique sunt bona, omne vobis erga meam dignitatem studium, et judicium non modo commissum, verum etiam commendatum, esse arbitrantur.<sup>8</sup> 143. Denique ipsi Dii immortales, qui hanc urbem atque hoc<sup>9</sup> imperium tuentur, ut esset omnibus gentibus posteritatique perspicuum, divino me numine esse reipublicæ redditum,<sup>10</sup> idcirco mihi videntur fructum ipsum reditus et gratulationis meæ, ad suorum sacerdotum potestatem judiciumque revocasse. Hic est enim reditus, pontifex, hæc restitutio, in domo, in sedibus, in aris, in focis, in Diis penatibus recuperandis: quorum si iste<sup>11</sup> suis sceleratissimis manibus tecta sedesque convellit; ducibusque consulibus, tanquam urbe capta, hanc unam domum, quasi acerrimi propugnatoris, delendam putavit; tamen illi Dii penates ac familiares mei, per vos, in meam domum mecum<sup>12</sup> erunt restituti. LVII. 144. Quocirca te, Capitoline,<sup>13</sup> <sup>q</sup> quem propter beneficia

<sup>5</sup> Pro præstantissimi, quod in MSS. nonnullis deest, teste Lambino, Pan>tagathus conjecit legend. præstantissime; Ern. legi mavult præsentissime.—<sup>6</sup>  $\chi$  fuistis.—<sup>7</sup> H revera. Pro spe Ursinns specie reponi voluit. Tnm, boni Barb. sex Oxonn. MSS. Junt. Lamb. Grnt. Grav. Oliv. Lall. Denique, pro omne robis Franc. habet omnes hi tum; unde Grav. et Lall. dederunt omnes hi suum. In C H S T  $\chi$ , Barb. Ms. Car. Steph. et edd. pr. omnes tum. Wolf. Beck. et Orell. e conjectura Garatoni receperunt omne suum. Ceteri omne robis.—<sup>8</sup> Arbitrabantur C H S T  $\chi$ , Franc. Barb. et edd. pr. unde Grut. Grav. et Wolf. dederunt arbitrabuntur.—<sup>9</sup> In Ms. Car. Steph. et Ven. 1480. hoc deest.—<sup>10</sup> Franc. Dresd. ed. 1472. reductum.—<sup>11</sup> Lamb. quorum etsi iste.—<sup>12</sup> Mecum omittit Dresd. in quo et H S  $\chi$  legitur erant rest.

CAP. LVII. 13 Post Capitoline H addit Jupiter, quod deesse conjiciebat

## NOTÆ

<sup>o</sup> Magnificentissimus ille motus] Motum exprimit qno tota Italia commota est ad dandum sibi testimonium, ut Roman ab exilio revocaretur.

<sup>p</sup> Campus] Loquitur de Campo Mar-

tio. De eo dictum est orat. pro Rab. § 11. not.

<sup>q</sup> Te, Capitoline] Jupiter Capitolinus dictus est, quia colebatur in Capitolio.

populus Romanus Optimum, propter vim Maximum nominavit, teque, Juno regina, et te, custos urbis, Minerva,<sup>r</sup> quæ semper adjutrix consiliorum meorum, testis laborum extitisti, precor ac quæso: vosque, qui maxime me<sup>14</sup> repetistis, atque revocastis, quorum de sedibus hæc mihi proposita est contentio, patrii penates familiaresque, qui huic urbi et reipublicæ præsidentis,<sup>15</sup> vos obtestor, quorum ego<sup>16</sup> a templis ac delubris pestiferam illam et nefariam flamمام<sup>17</sup> depuli: teque, Vesta mater,<sup>s</sup> cujus castissimas sacerdotes ab hominum amentia, furore et scelere defendi; cujusque ignem illum sempiternum non sum passus aut sanguine civium restinguui, aut cum totius urbis incendio commisceri:<sup>18</sup> 145. ut, si in illo pæne fato reipublicæ objeci meum caput, pro vestris cærimoniiis atque templis, perditissimorum civium<sup>19</sup> furori atque ferro; et, si iterum, cum ex mea contentione interitus bonorum omnium quæreretur, vos sum testatus, vobis me ac meos commendavi, meque ac meum<sup>20</sup> caput ea conditione devovi;<sup>t</sup> ut, si et co ipso<sup>1</sup> tempore, et ante, et in consulatu meo, commodis

\*\*\*\*\*

**Hotomann.** Mox, in C et T populi Ro.—14 Franc. me maxime. In H S T χ me deest. Tum, H S recepistis ac reroc.—15 C S T χ ψ, Franc. Dresd. et edd. vett. præsides estis.—16 In S ego deest. Ms. Car. Steph. habet a templis atque delubr.—17 Pro flamمام χ ψ sedem. In Ven. 1480. nef. depuli conspirationem: Rom. et Ven. 1483. nef. cædem depuli: Franc. pestif. illam feram et nef. flamمام.—18 C commiserit. Tum, ut in Junt. deest, uti volebat Pantagathns. C si omittit. Ed. Rom. Ven. 1480. 1483. habent et si.—19 Pio civium, in χ hominum.—20 Ms. Car. Steph. meque atque meum.—1 Idem ut si

#### NOTÆ

<sup>r</sup> *Minerva]* Habebat domi Cicero Miuvæ signum, idqne longo tempore religiosissime coluerat. Cum autem ex urbe discessurus esset, hoc signum in Capitolio dedicavit, et subscrispsit ‘Minervæ custodi urbis.’ Plut. et Dio.

<sup>s</sup> *Vesta mater]* Vesta Saturni filia ex Ope, quæ non raro a poëtis pro terra sumitur, sive quod omnibus terra vestiatur, sive quod vi sua stet. Interdum etiam ponitur pro igne.

Cum Vesta pro terra accipitur, de matre Saturni; quando virginem nominant, de filia ejus est intelligentum, quam ignem esse volueret. A Numa Pompilio Romæ coli cepta est: huic virgines dedicavit, quæ Vestales dictæ sunt; quarum munus fuit ignem perpetuum fovere et conservare.

<sup>t</sup> *Ea conditione devovi]* De hac devotione vide orat. ad Quir. § 1. not.

meis omnibus, emolumentis, præmiis prætermissis, cura, cogitatione, vigiliis omnibus, nihil, nisi de salute meorum civium, laborassem; tum mihi republica aliquando restituta liceret frui: sin autem mea consilia patriæ non profuissent; [p. 243.] ut perpetuum dolorem, avulsus a meis, sustinerem: hanc ego devotionem<sup>2</sup> capitis mei, cum ero in sedes meas restitutus, tum denique convictam esse<sup>3</sup> et commissam putabo. 146. Nam nunc quidem, pontifices, non<sup>4</sup> solum domo, de qua cognoscitis, sed tota urbe careo, in quam videor<sup>5</sup> esse restitutus. Urbis enim celeberrimæ et maximæ partes adversum illud non monumentum, sed vulnus patriæ contuentur: quem cum mihi conspectum morte magis vitandum fugiendumque esse videatis;<sup>6</sup> nolite, quæso, eum, cuius reditu restitutam reipublicam fore putastis, non solum dignitatis ornamenti, sed etiam urbis partibus velle esse privatum.<sup>7</sup> LVIII. Non me bonorum direptio, non tectorum excisio,<sup>8</sup> non depopulatio præditorum, non præda consulum ex meis fortunis crudelissime capta permovet: caduca semper et mobilia hæc esse duxi: non virtutis atque ingenii, sed fortunæ et temporum munera; quorum ego non tam facultatem unquam et copiam expectandam<sup>9</sup> putavi, quam et in utendo rationem, et in carendo patientiam. Etenim ad nostrum usum propemodum jam est<sup>10</sup> definita moderatio rei familiaris: liberis autem nostris satis amplum patrimonium paterni nominis, ac nostræ memoriæ, relinquemus. Domo per seclus erepta, per latrocinium occupata, per religionis vim sceleratius etiam ædificata, quam eversa, carere, sine maxima ignominia reipublicæ, meo dedecore ac dolore, non possum. Qua-

meo ipso. Pro et eo C H S T habent de eo; χ de ipso eo. Mox, sex Oxonn. MSS. cum Lamb. omittunt copulam ante verba in cons. meo.—2 C T χ de-  
votionem.—3 C H χ ψ et Ms. Car. Steph. conjunctam esse. Mox, Lamb. conjevit putem legend.—4 In χ deest non. Pro solum C sum de; χ solum de. Mox, C H χ cognostis: S cognoscis.—5 C video.—6 C H S χ ψ videntur.  
—7 χ privatam.

CAP. LVIII. 8 Lamb. tectorum excisio, omissa partic. non.—9 Extenden-  
dam C H T χ, Franc. Dresd. Baib. Pall. et edd. pr. cum Grut. et Græv. In  
S extrudendam. Mox, C H χ omittunt præpositionem ante utendo.—10

propter, si Diis immortalibus, si senatui, si populo Romano, si cunctae Italiæ, si provinciis, si exteris nationibus, si vobismetipsis, qui in mea salute principem semper locum auctoritatemque tenuistis, gratum et jucundum meum redditum intelligitis<sup>11</sup> esse; quæso obtestorque vos, pontifices, ut me, quem auctoritate, studio,<sup>12</sup> sententiis restituitis,<sup>12</sup> nunc, quoniam senatus ita vult, manibus quoque vestris in sedibus meis collocetis.



Dresd. jam adest. Tum, verba rei fam. in Franc. et ed. 1472. desunt.—11 χ intelligetis.—12 ψ restituitis.

#### NOTÆ

<sup>11</sup> *Auctoritate, studio]* Patet ex hoc loco pontifices Ciceroni revocando favisse. Sane factum est senatusconsultum, 'Videri Ciceronis domum ju-

dicio pontificum religione liberatam; et, ut magistratus curarent, ut ei sine vi ædificare liceret,' ut sequenti oratione videbitur.

M. TULLII CICERONIS  
DE HARUSPICUM RESPONSI,  
IN SENATU,  
ORATIO XXX.

---

ARGUMENTUM.

Exandito in agro propinquo et suburbano, qui Latiniensis vocabatur, strepitu quodam recondito, et horribili armorum fremitu, perterrita tam novo, tantoque motu civitate, senatus (ut solebat in similibus prodigiis atque ostentis) haruspices, Etrusca vetere disciplina instructos, et interpretandi peritos, consulendos censuit. Haruspices hæc responderunt, scriptaque senatui dedernit: 1. Postulationes debitas esse Jovi, Saturno, Neptuno, Diis cœlestibus: 2. Ludos minus diligenter factos, pollutosque: 3. Loca sacra et religiosa profana haberi: 4. Oratores contra jus fasque interfecitos: 5. Fidem et jusjurandum neglectum: 6. Sacrificia vetusta occultaque minus diligenter facta, pollutaque: 7. Monere Deos immortales, ne per optimatum discordiam dissensionemque, patribus principibusque cædes periculaque creentur, auxilioque deminuti deficiantur; qna re ad unum imperium provinciæ redeant, exercitusque pulsus, deminutioque accedit: 8. Ne deterioribus repulsisque honos augeatur. Octo sunt hæc haruspicum responsa: quorum ex illo, ‘Loca sacra et religiosa profana haberi,’ Clodius, aëdilis curulis, in concione dixit, in ea causa domum esse Ciceronis; qnam a se consecratam, profanam haberi. Inde sumta Cicero occasione suæ domus defendendæ, invidiaque liberandæ, hanc orationem habuit in senatu, in qua, post expiatam ædium suarum religionem, ita in

---

In Ms. Lamb. inscribitur *De haruspicum responsis in P. Clodium in senatu*: Ms. Barb. M. T. Ciceronis in *P. Clodium oratio* incipit: ed. Ven. 1480. M. T. C. de responsis aruspicum in *P. Clodium oratio*. Asconius in Cornel. *de haruspicum responso* nominat.

ipsum Clodium est inventus, ut omnia fere haruspicum responsa ad ipsum pertinere ostenderit; quodsi quid calamitatis reipublicæ impendeat, ejusdem sceleri furorique tribuendum. Nam quod ad primum responsum attinet, unde commota sit ira Deorum immortalium, 'Ludos mihius diligenter factos, pollutosque,' non posse ludos illos, nisi Megalesia significari, quæ Clodius ædilis fecerat, pollueratque servorum multitudine in scenam immissa, cum ad eos ludos liberi tantum homines accedere solearent. De locis sacris religiosis, quod secundum responsum erat, quod in eum Clodius contulerat, in ipsum retorquet, dicitqne, suam domum tribus judicii esse liberatam; quam vero domum Clodius, vetere domino Q. Seio imperfecto, teneat, in ea sacellum, aras fuisse: in eadem causa ponit amicos Clodii, L. Pisonem, qui Diana sacellum in Cœliculo sustulerat, et Sex. Serratum, qui sacella suffoderat, incenderat, inædificarat, oppresserat. In tertio responso, 'Oratores contra ius fasne imperfectos,' notari, ait, scelus Clodii et Pisonis; quorum ille Theodosium Chium, legatum a libera civitate missum, sica percutiendum curaverit; hic Platorem, ex Orestide, libera Macedoniae parte, cum ad se legatus venisset, crudelissima nece afficerit. Quarto, 'Fidem et iusjurandum neglectum,' designari judices illos, qui manifesto incestus erimine Clodium contra fidem et iusjurandum absolverant. In quinto, 'Sacrificia vetustæ, occultaque, minus diligenter facta, pollutaque,' facile Clodii culpam agnosci, qui sacra Bonæ Deæ, omnium vetustissima et occultissima, stupro nefario polluisset. Sextum, ad Clodium ex parte quadam spectare, quia discordiam optimatum moliretur; ex alia parte ad optimates ipsos inter se dissidentes. Septimum, 'Ne deterioribus repulsisque honos angeatur,' distribuitur in Vatinium et Clodium: repulsam enim tolerat Vatinius in petitione ædilitatis: deterrimus autem omnium mortalium Clodius videbatur, qui parentes, Deos immortales, patriam læsisset.

i. 1. [Ed. Ald. p. 243.] **H**ESTERNO die,<sup>1</sup> patres conscripti, cum me et vestra dignitas et frequentia<sup>2</sup> equitum Romanorum, quibus senatus dabatur,<sup>3</sup> magnopere commosset; putavi mihi reprimendam<sup>3</sup> esse P. Clodii impu-

<sup>a</sup> *Pro quibus senatus convenerat.*



CAP. I. 1 T Postremo die.—2 C et quod freq. Post Romanorum MSS. quidam addunt præsentium, improbante Garaton. Mox in Barb. movisset; sed antiqua manus superscripsit commosset.—3 x reprimendum. Dein H U x,

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Senatus dabatur]* Frequentissimæ fuerunt discordiæ publicanos inter et provinciales; at tone præcipue temporis exortæ sunt propter Cam-

panum agrum, qui cum vectigalis esset reipublicæ, a Cæsare divisus fuerat.

dicam impudentiam, cum is publicanorum<sup>b</sup> causam<sup>4</sup> stultissimis interrogationibus<sup>c</sup> impediret, et<sup>5</sup> P. Tullioni Syronavaret operam, atque ei sese, cui<sup>6</sup> totus venierat, etiam vobis inspectantibus venditaret. Itaque hominem furentem exultantemque continui, simulac periculum judicij<sup>7</sup> intendi: duobus inceptis verbis omnem impetum gladiatoris ferociamque compressi. 2. Attamen ignarus ille, qui consules essent,<sup>d</sup> exsanguis atque æstuans, se<sup>8</sup> ex curia repente proripuit, cum quibusdam fractis jam atque inanibus minis, et cum illius Pisoniani temporis<sup>e</sup> Gabinianique terroribus. Quem cum egredientem insequi cœpisse; cepi equidem fructum maximum, et<sup>9</sup> ex consurrectione<sup>f</sup> omnium vestrum, et ex comitatu publicanorum: sed vecors repente, sine suo vultu, sine colore, sine voce constitit: deinde respexit; et simulac<sup>10</sup> Cn. Lentulum consulem adspexit, concidit in curiae pæne limine, recordatione, credo, Gabinii sui, desiderioque Pisonis. Cujus ego<sup>11</sup> de effrænato et

---

Barb. ed. Rom. et Ven. 1480. *impud.* *impudicitiam:* in T *impudentiam* deest. Oliv. et Lall. deleverunt *impudicum*. Eru. conj. *imparitam imp.* legend.—4 H *causas.* ‘*Stultissimis]* Melius fuisset *improbis, malitiosis, aptius etiam furenti exultantique.*’ Wolf.—5 *Et ante P. Tull.* in C H S T U X, Ms. Steph. deest. Tum Ms. Steph. Tablioni. Pro *Syro C Sico*.—6 Græv. *qui, errore typographico, ut ait Beck. Mox pro etiam C et.* Dein X *spectantibus.*—7 *Judicii, antiquam genit. formam, ex H X ψ reposuit Beck.*—8 *Pro se X si.* Mox *ex cur.* Ms. Barb. ed. Ven. 1480. Grut. et omnes postea; at Rom. Ven. 1483. Naug. Cam. Man. Gryph. Steph. Lamb. 1566. e *cur.* Lamb. in ed. 1581. præpositionem omisit.—9 *Et ante ex cons.* deest in X ψ.—10 *Simul ad C H S T U X,* Franc. Barb. edd. vett. Junt. Græv. et Beck. *Orellio error videtur.*—11 *Ego*

## NOTÆ

<sup>b</sup> *Publicanorum]* De publicanis dictum est in Orat. pro Font. § 3. not.

<sup>c</sup> *Interrogationibus]* Interrogationes in jure ad rei pecuniariae causas pertinebant; erantque olim instituta, ut, ne male agendo causa perdeatur, liceret apud eum qui jus dicebat, adversarium certis de rebus, anteqnam actio institueretur, interrogare.

<sup>d</sup> *Consules essent]* Consules erant Lentulus et Philippus, qui de republica optime sentiebant.

*Delph.*, et Var. Clas.

<sup>e</sup> *Pisoniani temporis]* Putabat Clodius se timorem injecturum, ut solebat illo tempore, quo videlicet Piso et Gabinius consules erant; ac, quibus annitentibus, in exilium missus est Cicero.

<sup>f</sup> *Consurrectione]* Moris fuit ut, cum utili reipublicae sententiam dixerat aliquis, ipso abeunte abirent omnes, quibus ille probaretur, eumque ad domum usque, honoris causa, cooitarentur.

Cicero.

5 Z Z

præcipiti furore quid dicam? haud<sup>12</sup> potest gravioribus a me verbis vulnerari, quam est statim, in facto ipso, a gravissimo viro P. Servilio<sup>g</sup> confectus ac trucidatus; cuius si etiam<sup>13</sup> vim et gravitatem illam singularem, ac pæne divinam, assequi possem;<sup>14</sup> [p. 244.] tamen non dubito, quin ea tela, quæ conjecterit inimicus,<sup>b</sup> quam ea, quæ collega patris emisit, leviora atque hebetiora esse videantur.

11. 3. Sed tamen mei facti<sup>i</sup> rationem exponere illis volo, qui hesterno die dolore me elatum, et iracundia longius prope digressum<sup>15</sup> arbitrabantur, quam sapientis hominis cogitata ratio postularet. Nihil feci iratus, nihil impotenti animo, nihil non diu consideratum ac multo ante meditatum. Ego enim,<sup>16</sup> patres conscripti, inimicum me semper esse professus sum duobus,<sup>k</sup> qui me,<sup>17</sup> qui rempublicam,<sup>18</sup> cum defendere deberent, servare possent; cumque ad consulare officium<sup>l</sup> ipsis insignibus illius imperii, ad meam salutem non solum auctoritate, sed etiam precibus vestris



in  $\chi$  deest.—12 *Haud deest in* MSS. Lamb. et S. Vict. *unde Lamb.* delevit, positis interr. signis: *aut est in* S  $\chi$ , Barb. ed. Rom. Ven. 1483. MSS. quibusdam, et in plerisque Pall. *In facto ipso suspecta sunt* Ern. Dein  $\psi$  *in sanctissimo viro*.—13 *Si jam* Beck. ex C H S U  $\chi$   $\psi$ , Pall. Barb. ed. Rom. et Ven. 1483. probante Garaton. *etsi jam* T, Franc. edd. 1472. et Ven. 1480. *si eum* Lambinus.—14 Grut. possent, errore typographicō, ut ait Ern. Paulo post, pro quam ea Ern. suspicabatur *tis* legend. Mox, C H T U, Barb. et edd. vett. amisit: Puccii Ms. immisit.

CAP. II. 15 *Long. progressum* Beck. ex  $\psi$  et Ms. Memm. cum Lamb. et Wolf. *longius prope progressum* Pal. 9. et Ms. Vict. *longius prope* *digr.* ceteri. Mox postulasset U  $\chi$ , Ms. Barb. edd. vett. et Naug.—16 Post enim, P C addunt nec.—17 *Me* in C deest.—18 [*Rem mean]* Hanc veterem scripturam, confirmatam plerisque Pall. Franc. 1. C H S T U  $\chi$ , (de Barb. nihil dictum) et edd. pr. revocavi. Lambinus, cum in cod. reperisset *qui rem* (*sine voc. mean*) ex ingenio edidit *qui remp.* Gruterus autem, e Pal. 9. et Erf. scripsit

## NOTÆ

<sup>g</sup> *P. Servilio*] Servilius Isauricus collega fuit in consulatu Appii Claudi, A. U. C. 674. qui P. Clodii pater fuit.

<sup>b</sup> *Inimicus*] Cicero P. Clodii inimicus fuit.

<sup>i</sup> *Sed tamen mei facti*] Purgat se Cicero, ut sibi patres conciliet.

<sup>k</sup> *Duobus*] Pisonem et Gabinium consules exagitat.

<sup>l</sup> *Consulare officium*] In eo potissimum consistit consulum officium, ut rempublicam et bene meritos de ea cives tueantur; quod minime superiores consules, Piso et Gabinius, præstiterunt.

vocarentur; primo reliquerunt, deinde<sup>19</sup> prodiderunt, postremo oppugnaverunt, præmiisque nefariæ pactionis<sup>20 m</sup> funditus una cum republica oppressum extinctumque voluerunt; quique suo<sup>1</sup> ductu<sup>n</sup> et imperio, cruento illo atque funesto, supplicia neque a sociorum mœnibus<sup>o</sup> prohibere, neque hostium urbibus inferre potuerunt; excisionem,<sup>2</sup> inflammationem, eversionem, depopulationem, vastitatem eam,<sup>3</sup> sua cum præda, meis omnibus tectis<sup>p</sup> atque agris intulerunt. 4. Cum his furii et facibus, cum his, inquam, exitiosis prodigiis, ac pæne hujus imperii pestibus, bellum mihi inexpiable dico esse susceptum: neque id tamen ipsum tantum, quantum meus ac meorum, sed tantum, quantum<sup>4</sup> vester atque omnium bonorum dolor postulavit. IIII. In Clodium vero non est hodie meum majus odium, quam illo die fuit, cum illum ambustum<sup>q</sup> religiosissimis ignibus, cognovi muliebri ornatu, ex<sup>s</sup> incesto stupro atque ex domo pontificis maximi<sup>r</sup> emissum: tum, inquam, tum



*qui rempublicam, eumque alii securi sunt.*<sup>t</sup> Beck. Wolf. habet una cum republ.  
—19 Deinde in H deest. Prodiderunt in H omittitur: C U perdiderunt. Mox al. oppugnarunt.—20 Fuctionis C H S T U χ, omnes Pall. Barb. ed. Rom. et aliae vett. quod Garaton. repndiat. Tum una in χ deest.—1 In Ms. Car. Steph. suo omittitur.—2 Excisionem edidit Lamb.—3 Eam, tanquam spuriū, uncis inclusit Beck. quem Schntz. et Orell. securi sunt. Vastitatem, aucti præda edidit Lamb. Pro cum T tamen; et pro his C iis.—4 Meus ac . . . quantum in C H S T χ desunt. Mox pro vester, C H videtur.

## NOTÆ

<sup>m</sup> *Nefariæ pactionis]* Piso Macedoniam, et Gabinius Syriam a Clodio acceperunt, nt Cicroni nocerent.

<sup>n</sup> *Suo ductu]* Imperium significat, quo consulares illas provincias obtinuerunt Gabinius et Piso.

<sup>o</sup> *Sociorum mœnibus]* Permisit Piso, corruptus pecunia a barbaris, ut illi vexarent Thessalonicenses fœderatos cum Romanis: nam ii oppidum relinquere, et arcem munire coacti sunt.

<sup>p</sup> *Omnibus tectis]* Consulibus Pisone et Gabinio, eversa a Clodio

Ciceronis domus est, et villæ ejus direptæ, excisiæ arboreæ, &c.

<sup>q</sup> *Cum illum ambustum]* Causam sui odii in Clodium profert, quem invidiouse et contentim ambustum vocat; quasi propius ad sacros illos ignes accessisset, qui excitabantur a mulieribus, dum Bonæ Deæ facerent, cuius in operta se clam immisit muliebri vestitu.

<sup>r</sup> *Domo pontificis max.]* Tunc C. Julins Cæsar erat pontifex, apud quem illa sacra celebrabantur.

vidi, ac multo ante prospexi, quanta tempestas excitaretur; quanta impenderet procella reipublicæ. Videbam, illud sce-lus tam importunum, audaciam tam immanem adolescentis furentis, nobilis, vulnerati,<sup>s</sup> non posse arceri<sup>b</sup> otii finibus; erupturum illud malum aliquando, si impunitum fuisset, ad perniciem civitatis. 5. Non multum<sup>t</sup> mihi sane post ad odium accessit: nihil enim contra me fecit odio mei, sed odio severitatis,<sup>6</sup><sup>u</sup> odio dignitatis, odio reipublicæ: non me magis violavit, quam senatum, quam equites Romanos, quam omnes bonos, quam Italiam cunctam: non denique in me sceleratior fuit, quam in ipsos Deos immortales.<sup>x</sup> Etenim illos eo scelere violavit,<sup>7</sup> quo nemo antea: in me fuit eodem animo, quo etiam<sup>8</sup> ejus familiaris Catilina, si viciisset, fuisset. Itaque eum nunquam a me esse accusandum putavi non plus, quam stipitem illum,<sup>y</sup> qui, quorum hominum esset,<sup>c</sup> nesciremus, nisi se Ligurem ipse esse diceret. Quid enim hunc<sup>9</sup> persequar, pecudem ac belluam, pabulo inimicorum meorum et glande corruptum?<sup>10</sup> qui si<sup>11</sup> sensit,

<sup>b</sup> Excludi.<sup>c</sup> Cujus nationis.

CAP. III. 5 CH χ et.—6 Franc. et ed. 1472. veritatis.—7 Cod. Barb. eo scel. p. violavit: ed. Ven. 1480. plene eo scel. publico viol. Garaton. censet P. C. interponi posse.—8 Etiam in H S χ deest. Tum pro ejus ed. Rom. meus, et C suus.—9 Verba Quid enim hunc in T desunt. In C superscriptum hanc.—10 Ms. Franc. Gryph. et Schutz. corruptam: et pro glande ed. 1472. clade; et Ms. C gladiatorem cum asterisco.—11 Si in ψ deest. Barb. ed. Ven. Junt.

## NOTÆ

<sup>s</sup> Vulnerati] Vulneratum dicit, id est, vocatum in iudicium propter pollutas cærimonias Bonæ Deæ. Vocatus quidem fuerat ille in iudicium, sed pecunia corruptis judicibus, evasit incolumis.

<sup>t</sup> Non multum, &c.] Profitetur Cicero, ab illo tempore non sibi fuisse novam rationem eum odio prosequendi.

<sup>u</sup> Severitatis] Odio legum, quæ severe sceleratos puniunt, Ciceronem oderat Clodius.

<sup>x</sup> Quam in ipsos Deos immortales] Clodius Deorum religionem violavit, cum incestum commisit in Deorum sacris.

<sup>y</sup> Stipitem illum] Cicero indicat Æliam Ligurem, qui, Pisone et Gabinius coss. tribunus plebis fuit cum Clodio; qui cum obscurus esset et ignobilis, cognomen ex gente Ælia sibi assumpsit. Volunt alii loqui de Pisone, qui ex materno genere Liguerat.

quo sese<sup>12</sup> scelere devinxerit,<sup>2</sup> non dubito, quin sit miserimus: sin autem id non videt, periculum est, ne<sup>13</sup> se stuporis excusatione defendat. 6. Accedit<sup>14</sup> etiam, quod expectatione omnium, fortissimo et clarissimo viro, T. Annius, devota et constituta ista hostia<sup>3</sup> esse videtur; cui me præripere desponsam jām et destinatam laudem, cum ipse ejus opera et dignitatem et salutem recuperarim,<sup>b</sup> valde est<sup>15</sup> iniquum. 1V. Etenim, ut P. ille Scipio natus mihi videtur ad interitum exitiumque Carthaginis, qui illam, a multis imperatoribus obsessam, oppugnatam, labefactatam,<sup>16</sup> pñne captam aliquando, quasi fatali eventu, solus evertit;<sup>c</sup> sic T. Annus ad illam pestem comprimentam, extinguentam, funditus delendam, natus esse videtur, et quasi divino munere donatus reipublicæ.<sup>17</sup> [p. 245.] Solus ille<sup>18</sup> cognovit, quemadmodum armatum civem,<sup>d</sup> qui lapidibus, qui ferro alios fugaret, alios domi contineret,<sup>e</sup> qui

\*\*\*\*\*

*senserit*: Lamb. edidit *sentit*.—12 Beck. *se recepit ex C H S T U*, Barb. et edd. vett.; quem secutus est Orellius. *Quo scel. se* Lamb.—13 MSS. Franc. et Barb. *ut*.—14 *T Accedat*.—15 C et. *Paulo post pro exitiumque, C H excidiuumque*.

CAP. IV. 16 T U, Franc. Barb. MSS. Car. Steph. ed. Ven. 1480. Junt. Lamb. *labefactam*. Mox H U, Franc. *adventu*.—17 *Rei publice donatus* Lamb.—18 *Ille in C deest*: idem paulo post *tolamque pro tolam*, *qui*: et *pro templo*

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Quo sese scelere derinxerit*] Dēvinxisse se Ligurem dicit, cum se Clodio adjunxit, ut impeditret Ciceronis redditum: nam cum de eo referret Minnius, sen Mummius, intercessit. Si de Pisone loquatur, certe mercede provinciarum salutem Ciceronis cum eo mercatus est Clodius.

<sup>b</sup> *Devota et constituta hostia*] Ostendit quod Clodium ipse nolit accusare, quasi hæc actio debita sit Miloni, a quo, tanquam hostia, immolandus est.

<sup>c</sup> *Recuperarim*] Cum Clodius impeditret Ciceronis redditum, et omnia

ab eodem Clodio sublata iudicia vi- derentur, emit gladiatores Milo, ut ejus potentiaë obsisteret.

<sup>d</sup> *Ererit*] A. U. C. 607. Scipio Carthaginem delevit. Vide Agr. I. § 5. not.

<sup>e</sup> *Armatum civem*] Clodium ille compressit, enm in urbe seditiones excitavit, domi de Ciceronis redditu ageretur. De hoc dictum est, *Pro Domo sua*.

<sup>f</sup> *Alios domi contineret*] Pompeium domi continuuit, quem per sicariorum voluit interficere: ideoque plurimi diebus publico abstinuit.

urbem totam, qui curiam, qui forum, qui templa omnia cæde incendiisque terroreret, non modo vincire, verum etiam vincere<sup>19</sup> oporteret. 7. Huic ego, et tali, et ita de me, ac de<sup>20</sup> patria merito viro, nunquam mea voluntate præripiam eum præsertim reum, cuius ille inimicitias non solum suscepit<sup>1</sup> propter salutem meam, verum etiam appetivit. Sed si etiam nunc illaqueatus<sup>2</sup> jam omnium legum periculis, irretitus odio bonorum omnium, expectatione supplicii jam non diuturna<sup>2</sup> implicatus, feretur tamen hæsitans, et, in me impetum impeditus facere conabitur; resistam, et, aut concedente, aut etiam adjuvante Milone, ejus conatum refutabo: velut hesterno die, cum mihi stans tacenti<sup>3</sup> minaretur, voce tantum attigi legum initium<sup>4</sup> et judicii: consedit ille, conticuit.<sup>4</sup> Diem dixisset,<sup>h</sup> ut jecerat:<sup>5</sup> fecisset, ut ei statim tertius a prætore dies diceretur. Atque hoc sic moderetur,<sup>6</sup> et cogitet, si contentus sit iis sceleribus, quæ commisit, esse jam<sup>7</sup> consecratum Miloni; si quod in

.....

*x templum.*—19 Edd. vett. Junt. Grut. Græv. Wolf. Beck. Schutz. et Orell. *vincere . . . vincere*. Primo loco *vincere* in S deest: in Pal. 9. teste Grut. *vincere* *ver. et. vinc.* omittitur: in H U *x*, Pall. reliquis, Franc. Erf. Barb. ed. 1472. Naug. et Ald. Nep. legitur *vinci*, quod præstulit Camerarius. Fabric. et Ferrat. legi maluerunt *vinci . . . vinciri*: in C *lenire*: T *ne inimici*. Vid. Nott. Varr. Mox ego post *Huic* omisit Lamb.—20 *De* in H deest.—1 C H *suscepit*.—2 Ms. Franc. ed. 1472. *diuturna non*: et mox H *resistamque*.—3 Ex Lambini et Maantii conjectura, (probante Garaton.) Wolf. et Beck. editorum stanti *iacens*: Ern. et Schutz. e conjectura Grævii, *stans tacenti*: certi stanti *tacens*. Vide Nott. Varr.—4 Lamb. edidit *concidit ille et cont.* Nang. et Ald. Nep. *concidit ille: cont.* probante Marcelando.—5 Ern. e conjectura, *jecerat*, probante Garaton. omnes aliaæ edd. *fecerat*. Ms. Steph. *ut faceret*.—6 Quidam ap. Lamb. in not. *meditetur*, probante Garaton. Mox pro *iis*, Ms. Franc. *is*, et ed. 1472. *his*.—7 Junt. Lamb. Oliv. Lall. Wolf. et Beck. *jam se esse*: in C H *ψ*, Pal. 9. Erf. et Ms. Vict. pronomen deest: in S T U *x*, Barb. ed. Rom. 1472. et ntraque Ven. *se esse*: in Ms. Franc. verbo *esse ser-* *vato*, *jam* omittitur. Mox H *intorsit*: S T U *x*, Franc. et edd. vett. *intorserit*.

## NOTE

<sup>f</sup> *Nunc illaqueatus*] Clodius quasi bellua se laqueis implicuit.

<sup>g</sup> *Legum initium*] Accusare de vi Clodium Cicero poterat, quia saxis, ignibus, et ferro vim ejus domibus intulerat.

<sup>h</sup> *Diem dixisset*] Testatur Cicero,

si se in judicium vocavisset Clodius dicta die, statim eum etiam vocasset in judicium, et effecisset ut statim ille a prætore ad diem tertium quoque vocaretur: diem vero dicere tantum ad magistratus pertinebat. Erat autem hoc anno ædilis Clodius,

me telum intenderit, statim me esse arrepturum arma iudiciorum atque legum.

8. Atqui<sup>8</sup> paulo ante, patres conscripti, concionem habuit, quae est ad me tota delata: cuius concionis primum universum argumentum sententiamque audite: cum riseritis impudentiam hominis, tum a me de tota concione audietis. v. De religionibus,<sup>i</sup> sacris, et cærimoniis est concionatus, patres conscripti, Clodius:<sup>9</sup> P. (inquam) Clodius sacra et religiones negligi, violari, pollui questus est. Non mirum, si hoc vobis ridiculum videtur:<sup>10</sup> etiam sua concio<sup>k</sup> risit hominem, quomodo ipse gloriari solet, ducentis<sup>d</sup> confixum<sup>11</sup> senatusconsultis; quae sunt omnia contra illum pro religionibus facta, hominemque eum, qui pulvinaribus<sup>1</sup> Bonæ Deæ stuprum intulerit, eaque sacra, quae viri oculis, ne imprudentis<sup>12</sup> quidem, adspici fas est, non solum adspectu virili, sed flagitio stuproque violarit, in concione de religionibus neglectis conqueri. 9. Itaque nunc proxima concio ejus expectatur de pudicitia. Quid enim interest, utrum ab altaribus religiosissimis fugatus, de sacris et religionibus conqueratur,<sup>13</sup> an ex sororum cubiculo<sup>m</sup> egressus, pudorem pudicitiamque defendat? Responsum haruspicum hoc recens de fremitu<sup>14</sup> in concione recitavit: in quo cum

<sup>a</sup> Multis.

\*\*\*\*\*

—8 Atque MSS. aliqui et ed. 1472. Dein pro *ad me*, C H a *me*.

CAP. v. 9 Verba pat. con. Cl. in χ desunt: ed. 1472. P. C. Clodius: C H, P. Clodius: U C. Clodius. Mox et P. et Clodius in T deest, ubi Ms. Franc. Baib. edd. 1472. 1480. Pulcher inquam Clodius.—10 Si h. v. r. in χ omittuntur: ei idem habet et pro etiam.—11 Post conf. χ ψ addunt se; et statim Lamb. e MSS. recepit *senati consultis*. Mox pro relig. C T legionibus.—12 C impudentis: Tnm pro flagitio C flagio.—13 Pro conqueratur χ queratur; et pro sororum H χ suorum.—14 Ern. suspicatur terra excidisse. Postea il ante quod in

## NOTÆ

<sup>i</sup> *De religionibus*] Conciliat sibi attentionem festiva ironia, qua ridet Clodium agere de religionibus, quas omnes polluit.

<sup>k</sup> *Sua concio*] Amicos intelligit, qui venerant ut ei faverent; qui ne quidem sine risu enim dicentem de religionibus audire potuerunt.

<sup>1</sup> *Pulvinaribus*] Pulvinaria pro templis posuit, de quibus dictum est O-rat. III. in Catil. § 23. not.

<sup>m</sup> *Ex sororum cubiculo*] Clodius constanti omnium fama creditus est sororibus suis stuprum intulisse.

<sup>n</sup> *De fremitu*] Fremitus auditus fuit in agro Latinensi.

aliis multis scriptum etiam illud est (id quod audistis) ‘loca sacra, et religiosa, profana haberí.’ In ea causa esse dixit domum meam, a religiosissimo sacerdote,º P. Clodio, consecratam. 10. Gaudeo mihi de toto hoc ostento,º (quod haud <sup>15</sup> scio, an gravissimum multis his annis huius ordinis nuntiatum sit) datam <sup>16</sup> non modo justam, sed etiam necessariam causam esse dicendi. Reperietis enim ex hoc toto prodigio atque responso, nos de <sup>17</sup> istius scelere ac furore, ac de impendentibus periculis maximis, prope jam <sup>18</sup> voce Jovis Optimi Maximi præmoneri. 11. Sed primum expiabo <sup>e</sup> religionem ædium mearum, si id facere vere ac sine cuiusquam dubitatione potero : sin scrupulus tenuissimus <sup>19</sup> residere aliquis videbitur, non modo patienti, sed etiam libenti animo, portentis Deorum immortalium religionique parebo.

vi. Sed quæ tandem est in hac urbe tanta domus, ab ista religionis suspicione tam vacua atque pura? Quanquam vestræ <sup>20</sup> domus, patres conscripti, ceterorumque civium, multo maxima ex parte<sup>i</sup> sunt liberæ religione, tamen una mea domus judiciis omnibus liberata, in hac urbe, sola est. Te enim appello, Lentule, et te, Philippe.<sup>q</sup> Ex hoc haruspicum responso decrevit senatus, ut de locis

<sup>e</sup> *Purgabo.*



C deest.—15 ψ ant. Mox an in χ deest.—16 χ datum.—17 C H χ, Ms. Franc. et ed. 1472, ex : et postea pro ac de C H ab, χ ψ ac.—18 χ propriam: ed. 1472, propriu. In Ms. Franc. jam deest, sed prope legitur. Dein C H S T U χ promoveri.—19 Vel tenuissimus Lamb. Mox pro religionique, C H religionibusque.

CAP. vi. 20 χ nostræ. Pro verbis patres conscr. . . . judiciis in χ legitur tantum vitiis.—1 Ex parte aberant a Ms. Lamb. unde Lamb. legendum suspi-

#### NOTÆ

<sup>o</sup> *Religiousissimo sacerdote]* Ironice vocat sacerdotem, quia sacris Bonæ Deæ affuit contra fas omne.

<sup>p</sup> *Hoc ostento]* Ostentum definit Labeo ‘omne contra naturam cuiusque rei genitum factumque?’ Duo autem genera sunt ostendorum; unum,

quoties quid contra naturam nascitur, tribus manibus forte, aut pedibus, aut quavis alia parte corporis, quæ naturæ contraria est; alterum, cum quid prodigiosum videtur.

<sup>q</sup> *Lentule, Philippe]* Hi consules tum erant.

sacris<sup>2</sup> religiosis ad hunc ordinem referretis: potestisne referre de mea domo? [p. 246.] quæ (at dixi) sola, in hac urbe, omni religione, omnibus judiciis, liberata est:<sup>r</sup> quam primum iimicus ipse, in illa tempestate ac nocte recipublicæ, cum cetera scelera stylo illo impuro,<sup>s</sup> Sex. Clodii orctincto, conscripsisset,<sup>t</sup> ne una quidem attigit litera<sup>f</sup> religionis. Deinde eandem domum populus Romanus, cuius est summa potestas omnium rerum, comitiis centuriatis,<sup>t</sup> omnium ætatum ordinumque suffragiis, eodem jure esse<sup>g</sup> jussit,<sup>4</sup> quo fuisse. 12. Postea vos, patres conscripti, non quod dubia res esset, sed ut huic furiae (si diutius in hac urbe, quam delere cuperet, maneret) vox interdiceretur,<sup>h</sup> decrevistis, ut de mearum ædium religione ad pontificum collegium referretur. Quæ tanta religio est,<sup>v</sup> qua non in nostris<sup>6</sup> dubitationibus, atque in maximis superstitionibus, unius P. Servilii ac M. Luculli responso ac verbo libercemur? De sacris publicis,<sup>x</sup> de ludis maximis,<sup>y</sup> de Deorum

*f Ne quidem religiosam fecit una litera.*

*g Fru.*

cabatur multo maximam partem.—2 Ed. Ven. 1480. ante religiosis addidit et, Lamb. ac. Mox T referetis.—3 In edd. ante Gruteri ore tincto aberat, et edebatur *Clodius*. Vitio tamen operarum in ejus ed. mansit *Clodius*, ut ait Ern.—4 C dixit. Porro pro vos Ms. Steph. vero.—5 Intercluderetur Lamb. probante Ern. Gulielm. malnit interciperetur: J. F. Gronov. incidetur: C

#### NOTÆ

<sup>r</sup> *Liberata est]* Liberata est religione domus Ciceronis per pontifices, apud quos superiorem orationem habuit Pro Domino sua.

<sup>s</sup> *Stylo illo impuro]* Sextus Clodius solitus erat leges scribere P. Clodio, tribuno plebis.

<sup>t</sup> *Comitiis centuriatis]* Vid. Agr. II. § 27. not.

<sup>u</sup> *Vox interdiceretur]* Causa de domo Ciceronis ad pontifices ideo remissa est, ut a Clodio nunquam dicetur eam domum frisse religione consecratam.

<sup>v</sup> *Quæ tanta religio est]* Nullum esse scrupulum ait, quo non sit libera-

tus per Servilium et Lucullum, cum agitur de religionibus.

<sup>x</sup> *De sacris publicis]* Sacra publica dientur, quæ publico sumtu pro populo finit.

<sup>y</sup> *Ludis maximis]* Per Iudos maximos vulgo Circenses intelligentur, quod, ut inquit Pedianus, magnis impensis dati sunt. Instituti sunt autem a Tarquinio Prisco, et propterea Circenses dicti sunt, quod primi in Circulo, qui Maximus dictus est, habitu sunt. Solennes deinde annui manuerunt; et sacri Jovi, Junoni, ac Minervæ, ab ædilibus curabantur.

penatum<sup>z</sup> Vestæque matris<sup>a</sup> cærimonii, de illo ipso sacrificio, quod fit pro salute populi Romani,<sup>b</sup> quod, post Romanam conditam, hujus unius casti tutoris<sup>c</sup> religioum scelere violatum est, quod tres pontifices statuissent, id semper<sup>d</sup> populo Romano, semper senatui, semper ipsis Diis immortalibus satis sanctum, satis augustum, satis religiosum esse visum est. At vero meam domum P. Lentulus, consul et pontifex,<sup>e</sup> P. Servilius, M. Lucullus, Q. Metellus,<sup>f</sup> M' Glabrio,<sup>g</sup> M. Messala,<sup>h</sup> L. Lentulus, flamen Martialis,<sup>i</sup> P. Galba,<sup>j</sup> Q. Metellus Scipio,<sup>k</sup> C. Fannius, M. Lepidus, L. Claudius, rex sacrorum,<sup>l</sup> M. Scaurus, M. Crassus,<sup>m</sup> C. Curio, Sex. Cæsar, flamen Quirinalis,<sup>n</sup> Q. Cornelius, P. Albinovanus, Q. Terentius, pontifices minores,<sup>o</sup> causa cognita, duobus locis dicta,<sup>p</sup> maxima frequentia am-



*interdiceret: x intercideretur.—6 C T vestris.—7 C per: H idem per: U item per: x idem pec. ψ idem p. Mox C H U populum Romanum.—8 H pontifices. Mox C Luculus.—9 Praenomen M' in C H T U χ, et ed. 1472. deest: alii legunt M. Glabrio. Paulo post C L. Galba.—10 In C H S T U χ, Ms. Franc. ed. 1472. est tantum Scipio. In Lamb. Q. Scipio. Fulv. Ursinus reponi maluit P. Scipio. Mox pro M. Lepidus, U ac Lepidus. Dein Ms. Franc. et Claudius. Barb. r. Claudius. Van Vaassen, Fasti, p. 377. censem M' Lepidus, C. Claudius legend.—11 T Q. Crassus: et mox pro Albinovanus, χ Albinovianus.—12 Ms. Franc. et ed. Wolf. majores. Mox pro dicta, C eam: H ea.*

## NOTÆ

<sup>z</sup> *De Deorum penatum*] De his dictum in orat. pro Quintio, § 83. not.

<sup>a</sup> *Vestæque matris*] De ea vide superiore orationem, § 144. not.

<sup>b</sup> *Quod fit pro salute populi Romani*] Illud sacrificium intelligit, quod in operto Bonæ Deæ fit.

<sup>c</sup> *Casti tutoris*] Clodium ironice tutorem religionum vocat.

<sup>d</sup> *Q. Metellus*] Qui Nepos dictus est.

<sup>e</sup> *M' Glabrio, M. Messala*] Glabrio e gente Acilia fuit, Messala e Valeria; et utsq[ue] consularis.

<sup>f</sup> *Flamen Martialis*] Proximus fuit dignitate flamen ille Martialis, ei qui Dialis dictus est. Is ex patribus cre-

abatur, et Marti sacra faciebat.

<sup>g</sup> *Galba*] Sulpicius Galba cum Ciceroe consulatum petivit.

<sup>h</sup> *Rex sacrorum*] De hoc dictum est.

<sup>i</sup> *Quirinalis*] Quirinalis major fuit, et patricii generis, a Numa Pompilio in honorem Romuli institutus. Romulus enim Quirinus appellatus est, parens et urbis conditor.

<sup>k</sup> *Pontifices minores*] Pontifices minores fuerunt scribæ pontificum, qui fastos seu annales custodiebant.

<sup>l</sup> *Duobus locis dicta*] Primum dicta fuit causa pro domo Ciceronis in senatu antequam Romanam redisset; deinde apud pontifices ab ipso Cicrone.

plissimorum ac sapientissimorum civium adstante, omni religione, una mente, omnes liberaverunt. VII. 13. Nego unquam post sacra constituta, quorum eadem est antiquitas, quæ<sup>13</sup> ipsius urbis,<sup>m</sup> ulla de re, ne de capite quidem virginum Vestalium,<sup>n</sup> tam frequens collegium judicasse: quanquam ad facinoris<sup>14</sup> disquisitionem<sup>o</sup> interest adesse quamplurimos. Ita est enim interpretatio<sup>h</sup> illa pontificum, ut iidem potestatem habeant judicum. Religionis explanatio<sup>15 p</sup> vel ab uno pontifice perito recte fieri potest; quod idem, in judicio capitis, durum atque iniquum est. Tamen sic reperietis, frequentiores pontifices de mea domo, quam unquam de cærimoniis virginum judicasse. Postero die frequentissimus senatus, te consule designato, Lentule, sententiae principe,<sup>q</sup> P. Lentulo et Q. Metello consulibus

<sup>h</sup> *Disquisitio.*

.....

CAP. VII. 13 Quæ in C deest: et pro ne de in C H U legitur neque de. Panlo post pro tam x tamen.—14 C H facinorum. Mox pro iidem x inde.—15 Ms. Franc. Junt. Manut. Lamb. Græv. expiatio: x explanatione. In ed. Wald. habeant judicium religionis expiacione, &c. In Ms. Barb. expiacione ne ab, &c. utroque ne punctis notato. Pro rel, H, superiori linea, ne; in S X

#### NOTÆ

<sup>m</sup> *Quæ ipsius urbis]* Fere omnia sacra quæ Romæ erant, aut a Romulo, primo urbis conditore; aut a Numa Pompilio, qui anno urbis quadragesimo post Romulum regnavit, instituta fuerunt.

<sup>n</sup> *Vestarium]* Si qua virgo Vestalis polluta criminе detestabili fuerat, omnium pontificum sententiis damnabatur; et ab saeris abstinere jussam stata die, sub effossa humo, ad portam Collinam, in loco qui sceleratus dicebatur, vivam defodiebant. In ea enim subterranea erat fovea, ad quam gradibus descensus fuit, et in imolecula, lucerna ardens, panis simul et lac, item aqua, et in gutto oleum. Virginem vero damnatam, demitis virtutis et vertice, feretro impositam, cultu miserabili, maxime omnium horro-

re, eo deducebant; quo cum pervenerat, vinculis solutam, pontifex max. solenne præfatus carmen, capite velato, ad ostium foveæ constituebat; et postquam introgressa fuerat, illo averso, et scalis sublatis, desuper agesta humo, defodiebant vivam, ita ut ab omni hominis tactu illæsa extingueretur.

<sup>o</sup> *Ad facinoris disquisitionem]* Ad scelus examinandum, cuius virgo Vestalis arguebatur, maxima judicium multitudo adesse debebat.

<sup>p</sup> *Religionis explanatio]* Lege expiatio: supra enim sic habet Cicero, ‘Primum expiabo religionem mearum ædium.’

<sup>q</sup> *Sententiae principe]* Princeps sententiae dicebatur, qui primus eam proposuerat.

referentibus, statuit (cum omnes pontifices, qui erant hujus ordinis,<sup>5</sup> adessent, cumque alii, qui honoribus populi Romani antecedebant, multa de collegii judicio verba fecissent, omnesque iidem<sup>16</sup> scribendo adessent<sup>6</sup>) domum meam, judicio pontificum, religione liberatam videri. 14. De hoc igitur loco sacro<sup>17</sup> potissimum videntur haruspices dicere, qui locus solus ex privatis locis omnibus hoc<sup>18</sup> præcipue juris habet, ut ab ipsis, qui sacris præsunt, sacer non esse judicatus sit? Verum referte:<sup>7</sup> quod ex senatusconsulto facere debetis. Aut vobis cognitio<sup>8</sup> dabitur, qui primi de hac domo sententiam dixistis, et eam religione omni liberastis; aut senatus ipse judicabit, qui, uno illo solo antistite<sup>9</sup> sacerorum dissentiente, frequentissimus antea judicavit; aut, id quod certe fiet, ad pontifices rejicietur, quorum auctoritati, fidei, prudentiae, maiores nostri sacra<sup>19</sup> religionesque, et privatas,<sup>10</sup> et publicas, commendarunt. Quid ergo hi possunt aliud judicare, ac judicaverunt? Multæ sunt domus in hac urbe, patres conscripti, atque haud scio an pæne cunctæ, jure optimo; [p. 247.] sed tamen jure privato,<sup>11</sup> jure hæreditario, jure auctoritatis, jure mancipi,

---

deest. Paulo post pro recte fieri, C H S χ referri.—16 C H S T U ψ idem.—17 Cum Ms. Erf. verbum *sacro* deleverunt Beck. Schutz. et Orell. inbente etiam Garaton.—18 U *hujus*: et mox H T U χ, Ms. Franc. Barth. ed. 1472. ultraque Ven. *jus*. Dein pro ipsis, C his; et pro *judicatus*, idem habet *judicatum*.—19 *Sacra* in C H deest. Postea pro *hi poss.* C ii poss. et pro *aliud*,

## NOTÆ

<sup>r</sup> *Hujus ordinis*] Senatorium ordinem intelligit.

<sup>s</sup> *Scribendo adessent*] Omnes aderant dum scribebatur senatusconsultum, quod factum erat de domo Ciceronis liberata, et soluta ab omni religione.

<sup>t</sup> *Verum referte*] Hortatur ut ad senatum, quæ responsa sunt ab haruspicibus, referant.

<sup>u</sup> *Vobis cognitio*] Consules designati prima sententiam dixerunt: nam illi designati in sequentem annum primi

omnium in senatu sententiam rogarabantur.

<sup>x</sup> *Illo solo antistite*] Loquitur de Clodio, quem ironice sacerorum antistitem vocat, quia præter ius omne sacris Bonæ Deæ affuerat.

<sup>y</sup> *Religiones privatas*] Vide quæ de sacris privatis et publicis dicta sunt in orat. superiore.

<sup>z</sup> *Jure privato*] Ius privatum est quod ad singulornm utilitatem spectat.

jure nexi.<sup>a</sup> Nego esse ullam domum aliam, æque privato jure, atque optima lege,<sup>b</sup> publico<sup>b</sup> vero omni præcipuo, et humano, et divino jure<sup>c</sup> munitam. 15. Quæ primum ædificatur<sup>c</sup> ex auctoritate senatus, pecunia publica; deinde contra vim nefariam hujus gladiatoris, tot senatusconsultis<sup>d</sup> munita atque septa est. VIII. Primum negotium iisdem<sup>e</sup> magistratibus<sup>d</sup> est datum anno superiore, ut curarent, ut sine vi mihi ædificare licet, quibus, in maximis periculis, universa respublica commendari solet: deinde, cum ille<sup>e</sup> saxis, et ignibus, et ferro vastitatem meis sedibus<sup>f</sup> intulisset, decrevit senatus, eos, qui id fecissent, lege de vi,<sup>g</sup> quæ esset in eos, qui universam rempublicam oppugnas- sent, teneri.<sup>i</sup> Vobis vero referentibus, o<sup>h</sup> post hominum memoriam fortissimi atque optimi consules!<sup>f</sup> decrevit idem senatus frequentissimus, qui meam domum violasset, contra rempublicam esse facturum. 16. Nego, ullo de opere pub-

<sup>i</sup> Accusari.

.....

idem aliter.—20 In H T x deest æque. Pro privato x privatam. Pro jure atque C codem quo; H T x codem quoque. MSS. Erf. Franc. Barb. et edd. vett. domum aliam privato, codem (Ms. Franc. eadem) quoque opt. lege. Hinc Garatou. efficit, nego esse ullam domum aliam privato codem quo que opt. lege, quod recepit Orellius.—1 Pro jure C H ψ esse. Ante Quæ primum Franc. addit et.—2 H ψ senati consultis, quam formam prætulit Lamb. Postea pro est, C sit.

CAP. VIII. 3 Pro iisdem, C H quidem hisdem; et iidem MSS. pro curarent dederunt curaret.—4 T, Junt. Lamb. Wolf. et Orell. ædibus.—5 In marg. Lamb. conjicitur de vi publica. Mox est omnes edd. præter Ern. qui e conjectura dedit esset.—6 In C T, Ms. Franc. deest o, pro quo in ed. 1472. legitur

## NOTÆ

<sup>a</sup> Jure auctoritatis, jure municipi, jure  
nexi] His verbis Cicero ‘ auctorita-  
tem’ pro jure dominii quæsiti usu-  
capione; ‘mancipium’ pro emtionis  
et alienationis jure; ‘jus nexi’ pro  
obligatione aliqua, v. g. pro oppigne-  
ratione usurpavit.

<sup>b</sup> Publico] Jus publicum est, quod  
ad statum rei Romanæ spectat, quod  
in sacris, in sacerdotibus, in magis-  
tratibus consistit.

<sup>c</sup> Edificatur] Non dubi plane erat

Ciceronis donus ædificata, cum hanc  
habuit orationem, licet jam ab anno  
superiore 698. fuisse inchoata.

<sup>d</sup> Isdem magistratibus] P. Lentulo,  
et Q. Metello negotium ædificande  
domus Ciceronis datum est.

<sup>e</sup> Ille] Clodius vis illatæ rens fuit,  
quod contra senatus auctoritatem  
vix ædibus Ciceronis intulisset.

<sup>f</sup> Optimi consules] Lentulus scili-  
cket, et Philippus de domo Ciceronis  
ad senatum retulerunt.

lico, de monumento,<sup>g</sup> de templo, tot senatus<sup>7</sup> extare consulta, quot de mea domo, quam senatus unam, post hanc urbem constitutam,<sup>8</sup> ex ærario ædificandam, a pontificibus liberandam, a magistratibus defendendam, a judicibus puniendam<sup>9</sup> putaret. P. Valerio,<sup>b</sup> pro maximis in rem publicam beneficiis, data domus est in via publica:<sup>10</sup> at mihi in Palatio restituta. Illi locus; at mihi etiam<sup>11</sup> parietes atque tectum: illi, quam ipse privato jure tueretur; mihi,<sup>12</sup> quam publice magistratus omnes defenderent. Quæ quidem ego si aut per me, aut ab aliis haberem; non prædicarem apud vos, ne nimis gloriari viderer: sed, cum sint mihi data a vobis, cum ea attentetur<sup>13</sup> ejus lingua, cuius antea manu eversa vos mihi et liberis meis, manibus vestris redidistis; non ego de meis, sed de vestris factis<sup>14</sup> loquor: nec vereor, ne hæc mea vestrorum beneficiorum prædicatio, non grata potius, quam arrogans videatur. 17. Quanquam, si me, tantis laboribus pro communi salute<sup>15</sup> perfunctum, efferret aliquando ad gloriam, in refutandis<sup>16</sup> maledictis

<sup>k</sup> Oppugnentur.

opus.—7 C superiori linea *sententia*: et mox pro *consulta*, idem *consultum*.—8 Quot...constitutam in χ desunt. In marg. Lamb. ‘al. conditum.’—9 Ex P. Fabri conjectura Grævius probabat muniendum: et paulo post pro rem publicam χ habet rep.—10 Lall. Wolf. Beck. Schutz. et Orell., e conjectura Jani Palmerii, in *Velia publice*, probantibus Græv. et Garaton. MSS. plerique, Lamb. Grut. Græv. et Oliv. in *villa publica*. Vide Nott. Varr.—11 Etiam in χ ψ, Ms. Franc. deest: in ed. 1472. atque mihi par. Mox pro ipse C habet ipsi.—12 Garaton. volebat at mihi.—13 Ms. Franc. attentetur, et statim post eversam: at ed. 1472. habet ante a manu eversa, &c.—14 In MSS. et edd. vett. de *factis vestris*.—15 Verba pro com. sal. in C H S T U χ, et edd. vett. desunt: et statim post pro *perfunctum* χ habet *functum*: et pro *efferret*, Ms. Franc. *huc ferret*: Barb. *hoc ferret*: U χ *hec ferret*: T et ed. 1472. *hoc feret*: C *hæc afferret*: H *hæc efferret*: Venet. edit. 1480. *hoc referret*. Quam omnem varietatem ex antiqua scriptura *eferret* ortam esse concinit Garaton, favente lectione U χ.—16 Pro *refutandis* χ habet reputan-

#### NOTÆ

<sup>g</sup> *De monumento*] Monumentum generaliter res est memoriae causa in posterum prodita; in quod si corpus, vel reliquiae inferantur, fiat sepulcrum; si vero nihil contra deferatur eorum, erit monumentum memoriae causa factum.

<sup>b</sup> *P. Valerio*] Instituit comparationem se inter ac P. Valerium Publicolam, qui post expulsos Roma reges Brutii collega fuit, cui data domus est; ostenditque majus sibi datum esse beneficium, cum sua sibi restituta est.

improborum hominum, animi quidam dolor, quis non ignosceret? Vidi enim hesterno die quendam murmurantem; quem aiebant negare,<sup>17</sup> ferre me posse, quia, cum<sup>18</sup> ab hoc eodem impurissimo parricida<sup>i</sup> rogarer, cuius essem civitatis, respondi, me,<sup>19</sup> probantibus et vobis, et equitibus Romanis, ejus esse, quæ carere me non potuisset. Ille, ut opinor, ingemuit. Quid igitur responderem?<sup>20</sup> (quæro ex eo ipso, qui ferre me non potest) me civem esse Romanum? literate<sup>j</sup> respondissem. Tacuissem?<sup>i</sup> desertum negotium.<sup>k</sup> Potest quisquam vir,<sup>2</sup> in rebus magnis cum invidia versatus, satis graviter contra inimici contumeliam sine sua laude respondere? At ipse non modo<sup>3</sup> respondet, quicquid potest, cum est laccusitus; sed etiam gaudet, se ab amicis, quid respondeat, admoneri.

IX. 18. Sed, quoniam mea causa expedita est,<sup>1</sup> videamus nunc, quid haruspices dicant. Ego enim fateor, me, et magnitudine ostenti, et gravitate responsi, et una<sup>4</sup> atque constanti haruspicum voce vehementer esse commotum. Neque is sum, qui (si cui forte videor plus, quam ceteri, qui æque, atque ego, sunt<sup>5</sup> occupati, versari in studio literarum) his delecter, aut utar omnino literis, quæ nostros

<sup>i</sup> Eleganter.



dis.—17 Ernesti conjectit se ante ferre excidisse, probante Wolfio.—18 H tum: et statim post Lamb. edidit patricida.—19 In marg. Lambini con- ficitur transponendum esse hoc pronomen ante verba *ejus esse*.—20 C ergo responderam. Mox me post *ferre* in T et Ms. Franc. deest.—1 C H T U χ, Junt. et Lamb. *an tac.*—2 Verba *vir... sine in χ* desunt. Paulo post al. edd. *rebus in magnis*. Dein contra in H U deest: at Ms. Franc. habet in *inim. contum.* Ante verba *sine sua laude*, Ms. Franc. addit *satis*.—3 C H ψ, Ms. Franc. *non modo non*; et statim pro *respondet*, C *responderet*: *ψ respondere*: et pro *quicquid* C habet *quicquam*.

CAP. IX. 4 Pro *una* Ms. Franc. *eira*. Mox *vehementer* in C H T χ deest. Tum pro *commotum* C H S T U χ, Ms. Franc. et ed. 1472. *permotum*.—5 C

## NOTÆ

<sup>1</sup> *Impurissimo parricida*] Parricidam Clodium appellat, quia Ciceronem, qui patriæ parens a senatu et a Catone nominatus est, abire coegerit in exilium.

<sup>k</sup> *Desertum negotium*] Deserta fu-

isset a Cicerone sua causa, si tacnisset.

<sup>1</sup> *Sed quoniam mea causa expedita est*] Jam accedit ad haruspicum responsa, et a religionis reverentia sibi primum senatum conciliat.

animos deterrent atque avocant a religione. Ego vero primum habeo auctores ac magistros religionum calendarum majores nostros; quorum mihi tanta fuisse sapientia videatur, ut satis superque prudentes sint, qui illorum prudentialam, non dicam assequi, sed, quanta fuerit, perspicere possint; qui statas<sup>6</sup> solennesque cærimonias<sup>m</sup> pontificatu, rerum bene gerendarum auctoritates<sup>n</sup> augurio, fatorum veteres prædictiones<sup>o</sup> Apollinis vatuum<sup>p</sup> libris, [p. 248.] portentorum explanationes<sup>7 q</sup> Etruscorum<sup>r</sup> disciplina contineri putarunt: quæ quidem tanta est, ut nostra memoria primum Italici belli<sup>s</sup> funesta illa<sup>t</sup> principia, post Sullani Cinnanique<sup>u</sup> temporis extremum pæne discriminem, tum hanc recentem urbis inflammandæ, delendique imperii conjurati-

\*\*\*\*\*

*sum.* Paulus post pro his, Lamb. dedit *iis*: et pro delecter C delector.—6 MSS. nonnulli ap. Lamb. Ms. Car. Steph. et Barb. *statutas: x statuas.* Mox x habet *solempnisque*; ed. Rom. et Ven. 1483. *sollennisque*: dein pro *pontificatu*, C habet *pontificatus*; et pro *prædictiones*, H S T U x *prædicationes*.—7 Sigonius et Piglius legi jubent *expiationes*: Lamb. conjungi *explanationes et expiationes* vult. Statim post Lamb. dedit *putaverunt*.—8 *Illa* in H S T U x, Ms. Franc. deest. Mox verba *post Sull.* in U desunt. In C T legitur *post*

## NOTÆ

<sup>m</sup> *Statas solennesque cærimonias*] Majores crediderunt stabilitas religione cærimonias in pontificum scientia contineri.

<sup>n</sup> *Rerum gerendarum auctoritates*] Credebat illi superstitioni veteres nihil feliciter geri posse, nisi prius ab angribus probatum esset.

<sup>o</sup> *Fatorum veteres prædictiones*] Per prædictiones fata intelligit, quæ ab aliquo Apollinis oraculo, vel sacerdote prædicta fuerunt, quæque evenitura necessario putaverunt.

<sup>p</sup> *Vatum*] Intelligit libros Sibyllarum, quos dñbiis in rebus, periculisque reip. temporibus consulere soliti erant.

<sup>q</sup> *Portentorum explanationes*] De his vocibus sic loquitur Valerius Max. lib. 1. cap. 1. <sup>t</sup> Majores statas solen-

nesque cærimonias pontificum scientia, bene gerendarum rerum auctoritates augurum observatione, Apollinis prædictiones vatuum libris, portentorum depulsiones Etrusca disciplina explicari voluerunt.'

<sup>r</sup> *Etruscorum*] Apud Etruscos hæc primum disciplina florere cœpit, unde hic Etruscorum et haruspicum eadem est significatio.

<sup>s</sup> *Italici belli*] Bellum illud Italicum, Marsicum dictum est, quia primum a Marsis incepit. Exortum est L. Julio Cæsare, et P. Rutilio Coss. anno urbis 663.

<sup>u</sup> *Post Sullani Cinnanique*] Per Sullanum ut Cinnanum tempus designat bellum quod a Sulla et Cinna commotum est in repub. et crudelitate plenum fuit.

onem<sup>u</sup> non obscure nobis<sup>9</sup> paulo ante prædixerint.<sup>v</sup> 19. Deinde etiam cognovi,<sup>10</sup> multa homines doctissimos sapientissimosque et dixisse, et scripta de Deorum immortalium numine reliquise: quæ quanquam divinitus perscripta video, tamen ejusmodi sunt, ut ea majores nostri docuisse illos, non ab illis didicisse videantur. Etenim quis est tam vecors,<sup>x</sup> qui aut, cum suspexerit in cœlum, Deos esse non sentiat, et ea, quæ tanta mente fiunt, ut vix quisquam arte ulla ordinem<sup>11</sup> rerum ac necessitudinem persequi possit, casu fieri putet; aut, cum Deos esse intellexerit, non intelligat, eorum numine hoc tantum<sup>12</sup> imperium esse natum,<sup>13</sup> et auctum, et retentum? Quam volumus, licet, patres conscripti, ipsi nos amemus; tamen nec numero<sup>y</sup> Hispanos, nec robore Gallos, nec calliditate Pœnos, nec artibus Graecos, nec denique hoc ipso hujus gentis ac terræ domestico nativoque sensu, Italos ipsos ac Latinos; sed pietate ac religione, atque hac una sapientia, quod Deorum immortalium<sup>14</sup> numine omnia regi gubernarique perspeximus, omnes gentes nationesque superavimus.

x. 20. Quare, ne plura de re<sup>z</sup> minime loquar dubia,<sup>15</sup>

Sillani. Tum pro Cinnunique, C Cillanique: U Cunnanique.—9 Græv. Lall. et Oliv. habent *vobis*: et mox Grævius, e Ms. Franc. et ed. Wald. edidit *prædixerit*.—10 Pal. 9. et Erf. interjiciunt *Deinde si quid habuit tolli*, quod etiam in Ms. Vict. nisi quod is *habui*. Paulo post in Ms. Franc. *sapientesque*. Dein et ante *dixisse* deest in T.—11 U *ordine*. Mox H, et nounullæ edd. vett. *vi-eissitudinem*.—12 In Lamb. legitur *tolum*.—13 Grævius conjectit *et natum*, probante Ern. Mox pro Quam, C H *Quantum*: x *Quanquam*: Ms. Barb. et edd. Ven. *Quam volumus*, P. C. licet *ipsi*, §c.—14 Voc. *immortalium* in Ms. Car. Steph. deest: et pro *superavimus* T *habet superamus*.

CAP. X. 15 Lamb. edidit *dubia loquar*. Grævio placet *loquar minime*

#### NOTÆ

<sup>u</sup> *Conjurationem*] Catilinariam conjurationem ab haruspiciis prædicatam fuisse ait Cicero.

<sup>v</sup> *Paulo ante prædixerint*] De prodigiis quæ bellum Italicum præcessere, vide Cic. lib. I. de Divinatione: quæ Sullanum, vide Plutarch. quæ Catilinarium, vide Orat. II. in Catil.

<sup>x</sup> *Quis est tam vecors*] ♫ pulchritu-

dine et ordine mundi Deus cognoscitur; quod fusius l. II. De Nat. Deorum disputat.

<sup>y</sup> *Tamen nec numero*] Assert primum inter nationes discrimen.

<sup>z</sup> *Quare ne plura de re, §c.*] Haecenus ostendit domum suam ab omni religione liberam esse; nunc docet haruspicium responsa ad Clodium

adhibete animos; et mentes vestras, non solum aures, ad haruspicum vocem admovete: ‘Quod in agro Latiniensi<sup>16a</sup> auditus est strepitus cum fremitu.’ Mitto haruspices, mitto illam veterem ab ipsis Diis immortalibus, ut hominum fama est, Etruriae datam<sup>17</sup> disciplinam: nos nonne haruspices esse possumus? ‘Exauditus in agro propinquo et suburbano est strepitus quidam reconditus, et horribilis fremitus armorum.’ Quis est ex gigantibus<sup>b</sup> illis, quos poëtæ ferunt bellum Diis immortalibus intulisse, tam impius, qui hoc<sup>18</sup> tam novo tantoque motu non magnum aliquid Deos populo Romano præmonstrare et præcincere fateatur? De ea re scriptum est,<sup>c</sup> ‘Postulationes<sup>m</sup><sup>19</sup> esse Jovi, Saturno, Neptuno, Telluri,<sup>d</sup> Diis cœlestibus.’ 21. Audio, quibus Diis violatis expiatio debeatur: sed, hominum quæ ob<sup>20</sup> delicta, quæro. ‘Ludos minus diligenter<sup>e</sup> factos, pollutosque?’ Quos ludos? te appello, Lentule, (tui sacerdotii

<sup>m</sup> *Expiationes.*



*dubia.* Mox pro *Quod H* habet *Quid*.—16 C H, Ms. Franc. et Barb. *Latiniensi*, quod præfert Grævins. S U χ, Pall. Ms. Vict. Erf. edd. Rom. et Ven. *Latiniensi*. T et ed. 1472. *Laterensi*: vet. Ms. Puecii *Laviniensi*, et cap. xxviii. *Lavinienses*.—17 χ, Barb. et Ven. 1480. *traditum*, uti Car. Steph. Junct. et Lamb. correxerant, probante Garaton. Statim *nos* in χ deest. Mox pro *quidam* C habet *quidem*; ante quod verbum Ms. Barb. et Ven. 1480. addunt *cum fremitu*.—18 χ *hac*.—19 Verbum *decretas* ante esse legebatur in edd. ante Grut. qui ex auctoritate MSS. plororumque id delevit cum edd. seqq.—20 H S T U *ob quæ*. Pro *delicta* U habet *delecta*: et pro *quæro* ψ *quem*. Mox *ob* ante *ludos* Grævins excidisse putabat. Statim post pro *minus*, ψ habet *invitis*: pro *sacerdotii*, C *sacerdoti*: pro *tense*, in nonnullis edd.

## NOTÆ

pertinere, in quem rejicit quicquid ab eo contra se dictum fuerat, singula pereurrendo capita.

<sup>a</sup> *In agro Latiniensi*] Agrum illum, ubi quondam populus Latiniensis fenerat, inter Latinos Plin. lib. iii. cap. 5. numeravit.

<sup>b</sup> *Ex gigantibus*] Gigantes excelsissimæ statuaræ fuerunt homines, quos Titanis et Terræ filios fuisse fabulati sunt, atque in superos bellum movisse: verum præcipites ab illis in Tar-

tara dejectos fuisse alios, alios vero sub Aetna aliisque montibus inclusos fuisse, ubi suæ temeritatis pœnas lunnt.

<sup>c</sup> *Scriptum est*] Scriptum est nempe in haruspicum responso, quod in sua oratione Clodius citaverat.

<sup>d</sup> *Telluri*] Tellus terræ Dea est, rerum omnium mater, et alumna.

<sup>e</sup> *Ludos minus diligenter*] Alind haruspicum responsum.

sunt tensæ,<sup>f</sup> curricula, præcentio, ludi, libationes,<sup>g</sup> epulæque ludorum publicorum<sup>h</sup>) vosque, pontifices, ad quos epulones<sup>i</sup> Jovis Optimi Maximi, si quid est prætermissum, aut commissum, afferunt; quorum de sententia illa eadem renovata atque instaurata celebrantur; qui sunt ludi minus diligenter facti? quanto,<sup>j</sup> aut quo scelere polluti? respondebis<sup>k</sup> et pro te, et pro collegis tuis, et<sup>l</sup> pro pontificum collegio, nihil eujusquam aut negligentia contemtum, aut scelere esse pollutum: omnia solennia ac justa ludorum,<sup>k</sup> omnibus rebus observatis,<sup>m</sup> summa cum cærimonia esse servata. XI. 22. Quos igitur<sup>n</sup> haruspices ludos minus diligenter factos pollutosque esse dicunt? eos, quorum ipsi

scribitur thensæ: et pro præcentio, C H χ ψ prætensio.—1 Lamb. abesse verbum publicorum a Ms. nonnullis observat: deest etiam in Erf. probante Grævio. Barb. ed. Rom. et utraque Ven. ludorum, P. C. vosque, pont. Nang. et Camer. ludorum publicorum P. C. vosque, &c. Panlo post verba aut commissum in Ms. Franc. desunt: et mox pro afferunt Ern. conjectit deferunt.—2 Quando Schntz. ex Ern. conjectura, probantibus Garaton. et Wolf.—3 Ms. Car. Steph. etiam.—4 Observatis in ed. Rom. deest, non improbante Garaton.

CAP. XI. 5 Pro igitur C H ergo. Mox Mater Dea habent nonnulli Ms.

#### NOTÆ

<sup>f</sup> Tensæ, &c.] ‘Tensæ’ vehicula fuerunt ex argento, quibus Deorum effigies vehebantur. ‘Curricula’ vero alia fuerunt minora velicienla, quibus in pompa sacrorum utebantur. ‘Præcentio’ siebat a tibicinibus, qui et ipsi sacræ adhibebantur. ‘Ludi’ erant ipsa spectacula quæ siebant in honorem Deorum.

<sup>g</sup> Libationes] Libationes, degustationes sunt, quæ in sacrificiis fieri solita erant. Ritus hic fuit sacrificiorum, ut sacerdos vinum e vaseulo degustaret, daretque deinde degustandum ceteris: tum illud vel in victimæ cornua; vel si sacra solo thure absque victimâ fierent, in ignem aræ impositum: vel si absque igne, ut in conviviis, in mensam invergetent. Denique generatim libatio sumitur pro sacrificio, quia nullum erat sa-

crificium absque libatione.

<sup>b</sup> Epulones] Epulones sacris epulis præerant, et cenarum pontificum curam agebant, quæ adjiciales dicebantur, id est, quæ fiebant inaugrandi alicuius, aut publicæ lœtitiae causa. Ad eosdem pertinuit epulas Jovi, Diisque ceteris indicere, et si qua justa et solennia sacris deessent, ad pontifices referre; deque illorum consilio et sententia, sacra, et omissoe cærimonias decernere. Vid. Max. lib. III. cap. 16.

<sup>i</sup> Respondebis] Convertit se ad Lentulum, cuius fuit his rebus omnibus prospicere.

<sup>k</sup> Justa ludorum] Quanquam ‘justa’ sumantur vulgo pro cærimonias, quæ placandis Manibus siebant; tamen etiam usurpabantur pro operis quibuslibet debitibus.

Dii immortales, atque illa Mater Idæa,<sup>1</sup> te, te, Cn. Lentule, cuius abavi<sup>6<sup>m</sup></sup> manibus esset accepta, spectatorem esse voluit. Quod ni tu Megalesia<sup>7<sup>n</sup></sup> illo die spectare voluisses, haud scio an vivere nobis, atque his de rebus jam queri liceret. Vis enim innumerabilis<sup>o</sup> incitata,<sup>8</sup> ex omnibus vicis collecta, servorum ab hoc ædili religioso,<sup>p</sup> repente fornicibus ostiisque omnibus, in scenam, signo dato, immissa irrupit. Tua tum, tua, Cn.<sup>9</sup> Lentule, eadem virtus fuit, quæ in privato quondam tuo proavo:<sup>10<sup>q</sup></sup> [p. 249.] te,

---

edd. vett. Junt. Lamb. Grut. et Oliv. Vide Nott. Varr.—6 In *T* est ab *aria vel avo*. Cujus ab *aria* habent omnes alii MSS. et edd. (præter P. Manutii, qui *abari* a. 1540. edidit, cum mallet *atari*) ante Ern. qui ex emendatione Fr. Fabricii dedit *abari* cum edd. seqq.—7 C *Megabesia*. Mox pro *queri* Ms. Car. Steph. habet *querere*.—8 *Incitata suspectum* Ern. Mox Wolf. ex Charis. i. p. 96. ostendit *ædile*, non *ædili*, sribendum esse. Dein *immissa* in *x* deest.—9 Ms. Franc. prænomen omisit. Statim post *fuit* in C deest.—10 Ms. vet. Ursini, *quæ p̄irati quondam tui proari*. Pro *quondam* *x* habet

## NOTÆ

<sup>1</sup> *Illa Mater Idæa [Dea] Sempronio Tuditano, et M. Cornelio Cethego Coss. A. U. C. 549. legatis Romanis Mater Idæa tradita est per Attalum regem Asiæ, ac Romam deportata. Lapis erat, quem Matrem Deum incolæ vocabant. Excepit eam P. Scipio Nasica, vir optimus a senatu iudicatus, adolescentis nondum quæstoriū; quoniam ita responsum fuerat, ut numen id ab optimo viro recipere tur, consecrareturque. Iuli Megalenses ei Deæ primum instituti sunt, et pridie Idus Apriles habebantur.*

<sup>m</sup> *Cujus abavi [ab aria] Avia Lentuli Cos. Claudio fuit: at cum illa Vestalis fnerit, non videtur probabile liberos gennisse; quare videtur legendum ab *avo*, eo nempe Scipione, de quo nota superiori. Hunc porro patrem fuisse P. Scipionis Nasicæ, qui est Corenum appellatus, Cicero ait in Bruto. Eundem fasti Capitolini in consulatu, quem cum Acilio Glabriōne anno urbis 562. gessit, ita nominant; ‘P. Cornelius Cn. F. L.*

N. Scipio Nasica.’ Sed si P. Scipio Nasica, cuius privati egregia virtus in perditis conatibus T. Gracchi vindicandis fuit, Marcellini proavus recte dicitur; Nasica, qui sacra accepit, ejusdem Marcellini atavus, non abavus fuit; siquidem Paterculus Nasicam, qui Graecum interfecit, ejus, qui optimus vir iudicatus erat, nepotem vocat.

<sup>n</sup> *Megalesia]* Megalesia Iudi sunt in honorem Magnæ Matris instituti, quos C. Attilius Serranus, L. Scribonius Libo, ædiles curules, primi omnium fecerunt.

<sup>o</sup> *Vis enim innumerabilis]* Clodins concitat populum; a quo, eo die, quo exhiberi Iudi debabant, scena perturbata est.

<sup>p</sup> *Religioso]* Ironice sacerdotem religiosum Clodinium vocat, propter violata Bonæ Deæ ab eo sacra.

<sup>q</sup> *Tuo proavo]* Proavus Lentuli fuit Scipio ille Nasica, qui Tiberium Graecum, remp. perturbantem, privatus interfecit.

nomen,<sup>r</sup> imperium, vocem, aspectum, impetum tuum, stans senatus, equitesque Romani, et omnes boni sequebantur, cum ille servorum et ludiorum<sup>11</sup> multitudini senatum populumque Romanum vinetum ipso concessu, et constrictum spectaculis, atque impeditum turba et angustiis, tradidisset. 23. An,<sup>12</sup> si ludius<sup>s</sup> constituit, aut tibicen repente conticuit, aut puer ille patrimus et matrimus<sup>t</sup> si terram non tenuit,<sup>u</sup> aut tensam, aut lorum omisit,<sup>13</sup> aut, si ædilis verbo, aut simpulo<sup>14</sup> aberravit,<sup>v</sup> ludi sunt non rite facti,

<sup>w</sup> Saltator.

quodam. Mox pro imperium C H habent imperii.—11 C H S T U X, Ms. Franc. et ed. 1472. ludentium. Mox H senati populoque R. et pro consessu X habet consensu.—12 C H X, et ed. Med. aut. In Ms. Franc. deest. Statim post pro ludius T X, et ed. Med. ludus. In marg. Lamb. notatur ‘al. Lydius.’—13 Pro aut ante lorum, in U, Pall. 9. Ms. Vict. Erf. Franc. et Barb. est si. (unde exxit in T sillonum pro aut lor.) Pro omisit Garaton. præfert amisit, quod habent ψ, Pall. 9. Erf. MSS. Memm. et ed. Lamb. C amisit: H amisit: S et utraque Ven. emisit. Ant. Augustinus ap. Ursin. corrigit si thensam non tenuit aut lorum remisit. Prius etiam in mentem venerat Heraldo ad Arnob. qui præterea amisit scribi maluit. Lips. in antt. lectt. si sisseram (aut sisarram) non ten. aut lor. amisit. Fabrettus de Col. Traj. p. 163. et Salmasius, Exere. Plin. p. 1073. si accerram non ten. aut lor. amisit. Ern. conjectit tensa lorum, probante Wolf. Garatonus tamen mavelt aut si tensæ lorum amisit; vel si terram non tenuit aut tensam, si lorum, &c.—14 Pro aut simpulo, C H S X, et edd. ante Lamb. aut si mutu, quod tueri conatur Gtherins de Jure Pont. III. 2. Lambinus, quia in MSS. invenit aut symbolo, (ut est in Ms. Car. Steph. et Ms. Vict.) reposit aut symculo; maluit tamen sympinio (ex perperam scripto Arnobii loco) legi; sed veram scripturam esse sympu-

## NOTÆ

<sup>r</sup> Nomen] Lentulus erat e Cornelia gente, nobilissima apud Rom. ad cuius nutrum, et imperium consolare, parati senatores fuerunt, ut olim Scipionem Nasicam secenti sint.

<sup>s</sup> Puer patrimus et matrimus] ‘Matrimus ac patrimus dicnatur,’ ait Festus, ‘quibus patres et matres adhuc vivunt.’

<sup>t</sup> Terram non tenuit] Haud dubie cærimonias in Megalensis sacrificiis seu ludis observati solitas notat; seu terram aliquam præ reverentia Bonæ Deæ, seu ipsum Deæ simulacrum manibus tangerent, quæ Terra, Tellus, Bona Dea, Magna Mater,

Ops, Cybele dicta est; seu ipsum lapidem, delatum Romam, sub quo Megalenses illam coluere.

<sup>u</sup> Aut tensam, aut lorum omisit] Id est si omisit tensam tangere, aut lorum quo simulacrum alligabatur in tensa. ‘Tensæ autem,’ ut docet Asconius, ‘sunt vehicula cum pompa ordinum et officiorum; sic dictæ quod ante eas linteæ tenduntur, quæ gaudent manu tenere et tangere qui eas deducunt.’

<sup>v</sup> Simpulo aberravit] Simpulum calix es: fictilis, quo vinum in sacrificiis libabatur, a ‘sumendo’ dictum, quod eo vinum minutatim sumebant.

eaque<sup>15</sup> errata expiantur, et mentes Deorum immortalium ludorum instaurazione placantur; si ludi ab lætitia ad metum traducti sunt; si non intermissi, sed perempti atque sublati sunt; si civitati universæ scelere ejus, qui ludos ad luctum conferre voluit, extiterunt dies illi festi<sup>16</sup> pæne funesti; dubitabimus, quos ille fremitus nuntiet ludos esse pollutos?<sup>17</sup> 24. Ac, si volumus ea, quæ de quoque Deo nobis tradita sunt, recordari; hanc Matrem Magnam, cuius ludi violati, polluti, pæne ad cædem et ad funus civitatis conversi sunt, hanc, inquam,<sup>18</sup> accepimus, agros et nemora cum quodam strepitu fremituque peragrare. xii. Hæc igitur<sup>19</sup> vobis, hæc populo Romano, et scelerum indicia ostendit, et periculorum signa patefecit. Nam quid ego<sup>x</sup> de illis ludis loquar, quos in Palatio nostri majores ante templum,<sup>y</sup> in ipso Matris Magnæ conspectu, Megalensibus<sup>20</sup> fieri celebrarique voluerunt? qui sunt more institutisque maxime casti, solennes, religiosi; quibus ludis



*rium post alios docuit Garaton. b. l. unde etiam Herald. reponi maluit simpvio aut sympuio. Ms. Franc. aut si vultu: T U aut si muto: et fortassis ita etiam Barb. unde ap. Garaton. affertur simuto. Ceterum simpulo legendum etiam conjecterat Lips. Antt. Lectt. iv. 3. Et Garaton. suspicatur in vett. MSS. scriptum fuisse sympuo.* Beck. Mox pro aberravit, T habet *oberravit: Arnobius deerravit.*—15 *x eque.* Paulo post sunt post traduci omittitur ab Herv. Nang. Car. Steph. et Lamb.—16 Wolf. Beck. Schutz. et Orell. e MSS. Car. Steph. Vict. et Lambini, dederunt dies illi pro festis: in C festis: H profestis: S U χ, Pall. plerique, Franc. Barb. ed. Rom. utraque Ven. profestis: Pal. 9. professi: T perfecti et pro festis.—17 Ed. 1483. Manut. Gryph. Steph. et Lamb. quos ludos ille fremitus nunciet esse poll. Pro nuntiet Barb. vincet: Ven. 1480. injiciet: (‘fort. indicet,’ ait Garaton.) ludos in ed. Rom. deest.—18 Pro inquam, C nunquam. Mox pro peragrare, Garaton. conjectit peragrasse legendum.

CAP. XII. 19 Pro igitur C ergo. Statim post pro populo Romano  $\psi$  hahet populi R. Mox C patefacit pro patefecit.—20 Ms. Barb. *Megalesibus:* Lamb.

## NOTÆ

\* *Nam quid ego?* Loquitur jam de aliis ludis, qui eodem quo Megalenses tempore in Palatio celerabantur; in quibus non minus quam in superioribus, Clodius servos habuit. Hos Indos Junius Brutus dicitur instituisse anno 431.

<sup>y</sup> *Ante templum]* Cum Romam si-

mularum Magnæ Matris advectum est, in æde Victoriae repositum fuit, donec ei templum erigeretur. Vide Liv. lib. xxix.

<sup>z</sup> *Megalensibus [Megalesiis]* Megalesiis, id est diebus, quibus hi ludi celerabantur.

primum, ante populi concessum, senatui locum P. Africanus<sup>a</sup> iterum consul ille major dedit; ut eos ludos hæc lues impura polluerit: <sup>1</sup> quo <sup>o</sup> si qui <sup>2</sup> liber, aut spectandi, aut etiam religionis causa, accesserat, manus <sup>p</sup> afferebantur: <sup>3</sup> quo matrona nulla adiit, propter vim concessumque servorum. Ita ludos eos, quorum religio tanta est, ut ex ultimis terris<sup>b</sup> arcessita<sup>c</sup> in hac urbe concenterit; qui uni ludi ne verbo quidem appellantur<sup>d</sup> Latino, ut vocabulo ipso et appetita<sup>e</sup> religio externa, et Matris Magnæ nomine suscepta declaretur; hos ludos servi fecerunt, servi spectaverunt: tota denique, hoc aëdile,<sup>f</sup> servorum Megalesia fuerunt.<sup>g</sup> 25. Pro Dii immortales!<sup>h</sup> qui magis<sup>i</sup> nobiscum loqui possetis, si essetis versareminique<sup>j</sup> nobis-

<sup>o</sup> Ad quos.<sup>p</sup> Vis.<sup>q</sup> Toti hi ludi Megalenses fuerunt pro servis.<sup>r</sup> An melius.

e conjectura Megalesiis. Postea Lambino ipsi, et ante eum Mureto, alii<sup>que</sup>, etiam Ern. suspectum erat hoc voc. Ceterum Asconius ad Orat. i. pro Cornelio hunc locum ita laudat: *Nam quid... ante templum Matris Magnæ fieri celebrarique voluerunt; quibus primum ludis ante pop. cons. sen. loc. P. Afr. it. consul et collega ejus Sempronius Longus.* Mox pro concessum C habet consensum.—1 Pollueret MSS. plerique, Lamb. Græv. Lall. et Oliv. Statim post, pro quo, H T U χ, Ms. Barb. edd. Rom. Venn. quod.—2 Si qui χ, Barb. (in quo superser. litera s) ed. Rom. Ven. 1480. Grut. Græv. Wolf. Beck. Schntz. et Orell. Ceteri si quis. Mox pro spectandi, C aspectandi: T conspectandi.—3 H superiori linea efferebantur. Statim post C habet illa pro nulla: et χ consensusque pro concessumque. Dein Ita ante ludos in C deest.—4 In nonnullis edd. fuit accersita: et in C concenteret pro concenterit.—5 In C H S T U χ, Ms. Franc. Barb. edd. Rom. Venn. aliasque ante Naug. uni deest; in quibus omnibus (exceptis S T U) legitur ne una quidem verbo. Unns Ms. Erf. habet qui unius ludi. In Naug. Man. et Gryph. legitur appellabantur.—6 Pro appetitu χ habet appetitu: et paulo post pro declaretur, C H declararetur. Dein pro hoc H χ habent hæc: et pro aëdile, C H χ aëdiles.—7 Cod. Erf. Per Deos immortales.—8 Copula deest in C. Paulo post ludos publicos esse poll. Grævius edidit, e Ms. Franc. ed. 1472. et Ven. 1480. Ms. Barb. et ed. Herv. ludos esse publicos poll. Statim post χ ψ habent significatis pro significatis —

## NOTÆ

- <sup>a</sup> *P. Africanus]* De Africano sic loquitur Asconius: <sup>c</sup> *P. Africanus ille superior, ut dicitur, non solum a sapientissimis hominibus, qui tum erant, verum etiam a se ipso sœpe accusatus est, quod cum consul esset cum T. Lougo, passus esset tum primum a populari concessu senatoria subsellia separari.*
- <sup>b</sup> *Ex ultimis terris]* Ex Pessinunte, urbe in Phrygia, adiecta fuit Romanam Magna Mater.
- <sup>c</sup> *Hoc aëdile]* A Clodio totus ille concessus in ludis perturbatus est vi, quæ a servis fiebat, qui iis uniri affuerant.

cum? Ludos esse pollutos<sup>d</sup> significatis ac plane dicitis. Quid magis deformatum, inquinatum, perversum, conturbatum dici potest, quam, omne servitium, permissu<sup>9</sup> magistratus, liberatum, in alteram scenam immissum, alteri præpositum,<sup>2</sup> ut alter consessus<sup>10</sup> potestati servorum objiceretur, alter servorum totus esset? Si examen apum ludis<sup>e</sup> in scenam venisset, haruspices acciendos<sup>11</sup> ex Etruria putaremus: videmus universi repente examinata tanta servorum immissa in populum Romanum septum atque inclusum, et non commovemur?<sup>12</sup> Atque in apum fortasse examine, nos ex Etruscorum scriptis haruspices, ut a servitio caveremus, monerent. 26. Quod<sup>13</sup> igitur ex aliquo disjuncto diversoque monstro significatum caveremus, id cum ipsum sibi<sup>14</sup> monstrum est, et cum in eo ipso periculum est, ex quo periculum portenditur, non pertimescemos? Istiusmodi Megalesia fecit pater tuus?<sup>f</sup> istiusmodi patruus? Is mihi etiam generis sui mentionem facit, cum Athenionis,<sup>15</sup> aut Spartaci<sup>g</sup> exemplo ludos facere

<sup>s</sup> *Positum post scenam et ante scenam.*



<sup>9</sup> Pro *permisso* ψ habet *permitti*: et mox pro *liberatum* Pncc. et Junt. *liberum*, probante Garaton.—<sup>10</sup> C *confessus*. Mox pro *apum* χ dedit *apium*, et ita etiam paulo post. Ita et Ms. Barb. et ed. Rom. utroque loco; altero etiam Ven. 1480. C H, Ms. Franc. ante voc. *ludis* addunt *repente*, probante Grævio. Tum edd. vett. habent in *scenam*, quod præfert Garaton.—<sup>11</sup> In marg. Lamb. ‘fort. *acciendos*.’ Ante ex *Etrusc.* in C additnr et.—<sup>12</sup> Al. (ut in marg. Lamb. notatur) *communemur*. Statim pro *Atque* in C H legitnr *At.* —<sup>13</sup> Pro *Quod* C H T habent *quid*: pro *igitur*, C *ergo*: et pro *disjuncto* C ψ *dijuncto*. Tum in T *monstroque*.—<sup>14</sup> Ed. 1584. et Grut. *sibi ipsum*. *Ipsum* in C deest. Ordinem verborum nonnullæ edd. mutant, (ut Lamb.) habentque *id cum sibi ipsum monstrum est*. Mox pro *pertimescemos*, C H T *pertimescimus*.—<sup>15</sup> C *Athenonis*. Mox pro *cavea* ψ *caula*. Lambin. edidit *servos exire de*

#### NOTÆ

<sup>d</sup> *Ludos pollutos*] His tot prodigiis sunt.  
pollutos fuisse ludos illos contendit.

<sup>e</sup> *Ludis*] Amplificat a minori per fictionem; aitque si propter examen apum consulendi essent haruspices, quod æquiori ratione consulendi sunt, propter servorum multitudinem immissam in ludos, a quibus perturbati

<sup>f</sup> *Pater tuus*] Appins Claudius, cum erat ædilis, alia ratione et sanctiore ludos illos, alia P. Claudius, Appii frater major, celebravit; estque exemplum a dissimili.

<sup>g</sup> *Athenionis aut Spartaci*] Athenio et Spartacus gladiatores fuerunt, qui,

maluerit, quam Caii aut Appii Claudiorum? Illi cum ludos facerent, servos de cavea<sup>c</sup> exire jubebant: tu<sup>16</sup> in alteram servos immisisti, ex altera liberos ejecisti. Itaque qui antea voce præconis a liberis semovebantur,<sup>17</sup> tuis ludis non voce, sed manu liberos a se segregabant. xiii. [p. 250.] Ne<sup>18</sup> hoc quidem tibi in mentem veniebat, Sibyllino sacerdoti,<sup>b</sup> hæc sacra majores nostros ex vestris libris expetisse? si illi sunt vestri, quos tu impia mente conqueriris, violatis oculis legis, contaminatis manibus attractas. 27. Hac igitur<sup>19</sup> vate<sup>i</sup> suadente quondam, defessa Italia Punico bello,<sup>k</sup> atque ab Hannibale<sup>20</sup> vexata, sacra ista majores nostri ascita ex Phrygia Romæ collocaverunt; quæ vir is accepit, qui est optimus populi Romani<sup>2</sup> judicatus, P. Scipio;<sup>1</sup> foemina autem, quæ matronarum castissima putabatur, Q. Claudia; cuius priscam illam severitatem [sacrificii<sup>3</sup>] mirifice tua soror<sup>m</sup> existimatur imitata.<sup>4</sup> Nihil te igitur neque majores tui, conjuncti<sup>n</sup> cum his religi-

<sup>c</sup> *Theatro.*

\*\*\*\*\*

*cavca jub.*—16 ψ *tum.* Statim post, idem Ms. pro *alteram* habet *altera*.—  
 17 In marg. Lamb. conjectur *summorebantur*.

CAP. XIII. 18 x *Nec.*—19 C *ergo.*—20 *Prapositio in C H T U x* omittitur. Al. edd. *Annibale.* Mox, verbis transpositis, *nostrī maj.* edidit Lamb. —1 *Collocarunt* Lamb. quem secutus est Orellius. Panlo post pro *lis* ante accepit, H habet *ipse.*—2 *A populo Romano* MSS. plerique, Junt. et Lamb. probante Ern.—3 *Hoc verbum spurium esse censem* Ern. Garaton. Wolf. et Beck. Delevit Schutz. Mox MSS. quidam et edd. *mirifica* habent. In Erf. Ven. 1480. Man. Junt. et Lamb. legitur *tua soror mirifice;* et Lamb. notat alios habere *tua mirifice soror.* Ms. Barb. ed. Rom. et Ven. 1483. *tua soror*

#### NOTÆ

effracto lndo, bellum servile concitaverunt.

<sup>b</sup> *Sibyllino sacerdoti]* Clodins in quindecimviris Sibyllinis fuit, qui libros Sibyllarum custodiebant.

<sup>i</sup> *Hac igitur rule]* Sibylla Claudia suis versibus snasit, ut Romæ hæc sacra celebrarentur.

<sup>k</sup> *Punico bello]* Loquitur de bello Punico secundo, quod A. U. C. 535. cœpsisse Solinus scribit, P. Cornelio, et T. Sempronio coss. duce Cartha-

giensimum Hannibale, qui multis clibanis Romanos affectit; sed tandem a Scipione Africano fractus ac victus est.

<sup>l</sup> *P. Scipio]* Scipio Nasica, ut superius dictum est, recepit Romæ Magnæ Mattis simulacrum.

<sup>m</sup> *Tua soror]* Hujus impudentiam egregie exagitat in oratione pro Cœlio: hic autem de ea ironice loquitur.

<sup>n</sup> *Majores tui, conjuncti]* Claudia

onibus, neque sacerdotium<sup>o</sup> ipsum, quo est hæc tota religio constituta, neque curulis ædilitas, quæ maxime hanc tueri religionem solet, permovit,<sup>s</sup> quo minus castissimos ludos omni flagitio pollueres, dedecore maculares, scelere obligares? 28. Sed quid ego id admiror?<sup>t</sup> qui, accepta pecunia, Pessinuntem<sup>p</sup> ipsum, sedem domiciliumque Matris Deorum, vastaris, et Brogitaro<sup>q</sup> Gallogræco, impuro homini ac nefario, (cujus legati, te tribuno, dividere in æde Castoris tuis operis<sup>r</sup> nummos solebant<sup>7</sup>) totum illum locum fanumque vendideris? sacerdotem ab ipsis aris, pulvinariibusque detraxeris? omnia illa,<sup>8</sup> quæ vetustas, quæ Persæ,<sup>r</sup> quæ Syri,<sup>s</sup> quæ reges omnes, qui Europam Asiamque tenuerunt, semper summa religione coluerunt, perverteris? quæ denique nostri majores tam sancta duxerunt,<sup>9</sup> ut, cum refertam urbem atque Italiam fanorum haberemus, tamen nostri imperatores maximis et periculosissimis bellis huic Deæ vota facerent, eaque in ipso Pessinunte, ad illam ipsam principem aram, et in illo loco fanoque, persolverent. 29. Quod cum Deiotarus religione sua castissime tueretur, quem unum habemus in orbe terrarum fidelissimum huic

<sup>t</sup> Clodianis.

\*\*\*\*\*

mirifica.—4 C mutuata: U mutata. Mox pro igitur, C ergo.—5 Ms. Car. Steph. arocarit.—6 X Amiror. Paulo post pro Pessinunte, C Pessimuntem: et idem Ms. mox Pessimunte.—7 Haec verba, cuius leg... solebant, primus inseruit Victorinus: omittunt pæne MSS. omnes. Corrupte leguntur in Erf. ita: cuius legati tribuno dividere in æde Castoris tui operis nummos solebant. Paulo post pro locum, ex Gulielmii conjectura, Grnt. censet legendum esse lucum.—8 Ms. Erf. Barb. Grnt. Grav. Wolf. Beck. Schutz. et Orell. habent omnia. Mox in C H U X ψ legitur securi pro Syri.—9 C dixerunt: H dilexe-

#### NOTÆ

Magnam Matrem snis manibns accepit, et ei sacra fecit.

<sup>o</sup> Neque sacerdotium] Clodius unus erat ex quindecimviris qui præerant huic religioni, et qui libros Sibyllinos custodiebant.

<sup>p</sup> Pessinuntem] Urbs fuit in Phrygia, ubi mater illa Deorum nobilissimum templum habuit.

<sup>q</sup> Brogitaro] Brogitans gener fuit Deiotari, Gallogræciæ regis, cui lege

sua Clodius fanum Maguæ Matris attribuit, rejecto proprio illius fani sacerdote.

<sup>r</sup> Quæ Persæ] Persæ populi sunt in Asia notissimi.

<sup>s</sup> Quæ Syri] Syri populi Asiae: amplificat hic religionem fani Pessinuntini a multitudine cultorum, ab imperatorum Rom. auctoritate et iudicio.

imperio atque amantissimum nostri nominis; <sup>10</sup> Brogitaro, ut ante dixi, addictum pecunia tradidisti. Atque hunc tamen <sup>11</sup> Deiotarum, saepe a senatu regali nomine dignum existimatum, clarissimorum imperatorum testimonis ornatum, tu etiam regem appellari cum Brogitaro jubes. Sed <sup>12</sup> alter est rex judicio senatus per nos; pecunia Brogitarus per te, appellatus: alterum putabo regem, <sup>13</sup> si habuerit, unde tibi solvat, quod ei per syngrapham <sup>14</sup> credidisti: nam cum multa regia sunt in Deiotaro, tum illa maxime, quod tibi nummum <sup>15</sup> nullum dedit; quod eam partem legis tuæ, quæ congruebat cum judicio senatus, ut ipse rex esset, non <sup>16</sup> repudiavit; quod Pessinuntem, per scelus a te violatum, et sacerdote sacrisque spoliatum, recuperavit, ut in pristina religione servaret; <sup>17</sup> quod cærimonias, ab omni vetustate acceptas, a Brogitaro pollui non sinit, <sup>18</sup> mavultque generum suum munere tuo, quam illud fanum antiquitate religionis carere. Sed, ut ad hæc haruspicum <sup>t</sup> responsa redeam, ex quibus est primum de ludis; <sup>u</sup> quis est, qui id non totum <sup>v</sup> in istius ludos prædictum et responsum esse fateatur?

\* Primum quorum spectat ad ludos.



runt. Dein pro persolverent, T persolverunt: x persolveret.—10 Post nostri nominis Lamb. addidit regem.—11 Verbum tamen in x omittitur. Mox in C deest clarissimorum.—12 x si. Postea in H legitur per jus pro per nos. Dein statim pecunia in x deest.—13 Ursinus ita conjectit hunc locum legendum: alterum semper, alterum tunc putabo regem. Garaton, duplarem conjecturam proponit: aut sed alter est rex, judicio senatus per nos, non pecunia per te appellatus: aut, pecunia per te alter appellatus; quem (vel hunc) putabo regem. Ita Schntz. conjectit: sed alter est rex judicio senatus per nos appellatus; alterum putabo regem.—14 H S x syngraphum, sed in H hoc superiori linea legitur. Statim post idem Ms. in marg. scribit tradidisti pro credidisti.—15 Hoc verbum in x deest. In Ms. Bath. edd. Rom. et vett. quod tibi nullum munus: ed. Ven. 1-180. quod nullum tibi munus.—16 Non dcleri censebat J. F. Gronov. probante Ern. improbantibus tamen Garaton. et Wolf.—17 Nonnulli ap. Lamb. legi jubent ut pristinam religionem serv. Ms. Erf. ut in pristinas religiones servares, unde Græv. legendum conjectit ut pristinas religiones servares.—18 C H U sicut. Mox pro redeam, C H ψ redeamus.

#### NOTÆ

<sup>1</sup> Sed ut ad hæc haruspicum] Jam tabulis et testibus se probaturum aggreditur ostendere nou suam, sed dicit.  
Clodii dominum esse religiosam, quod <sup>v</sup> Qui id non totum, &c.] Id est,

XIV. 30. Sequitur de locis sacrīs, religiosis. O impudentiam miram! de mea domo dicere audes? Committe vel consulibus, vel senatui, vel collegio pontificum tuam. Ac<sup>19</sup> mea quidem his tribus omnibus judiciis, ut dixi antea, liberata est.<sup>20</sup> At in iis aedibus, quas tu, Q. Seio,<sup>v</sup> equite Romano, viro optimo, per te apertissime interfecto, tenes, sacellum<sup>x</sup> dico fuisse et aras: tabulis hoc censorum, memoria multorum firmabo ac docebo. 31. Agatur modo haec res, (quod<sup>y</sup> ex eo senatusconsulto, quod nuper est factum, referri ad vos necesse est) habeo, quae de locis religiosis velim dicere. Cum de domo tua dixerō, (in qua tamen ita est inaedificatum<sup>z</sup> sacellum, ut alius fecerit, tibi tantummodo sit demoliendum) tum videbo, num mihi necesse sit de aliis etiam aliquid dicere. [p. 251.] Putant enim nonnulli ad me<sup>2</sup> pertinere, armamentarium<sup>y</sup> Telluris aperire. Nuper id patuisse dicunt,<sup>3</sup> et ego recordor: nunc sanctissimam partem ac sedem maximae religionis privato dicunt vestibulo contineri.<sup>z</sup> Multa me movent: quod aedes

<sup>x</sup> Aedificatum.



CAP. XIV. 19 Pro Ac C At.—20 χ et Ms. Barb. libera. In edd. Rom. et Ven. 1483. ita legitur: *At mea quidem his tribus omnibus periculis liberata est.* Vocabula *his tribus* suspecta sunt Garatona; et in ed. Ven. 1480. et Junct. *tribus post omnibus* collocatur. Mox, pro *Seio C H χ Syro*. In ed. 1472. *M. Quinto Syro*. Dein copula *et* ante *aras* deest in *C H T χ*, Ms. Franc. ed. 1472. Med. et al. Statim post, pro *tabulis*, *C T χ*, Ms. Franc. et nonnullæ edd. vett. *tabulas*: ita ut hoc cum *aras* jungatur et post *tabulas* colon ponatur: et mox *C H χ*, Ms. Franc. ed. 1472. Med. et al. *censores*. In al. legitur *aras tabulas*: *haec censores*; al. *aras tabulas*: *hic censores*.—1 Ern. conjectit *quam Postea pro vos*, *C H U ψ* habent *nos*.—2 Verba *ad me* in *C* desunt. Mox, pro *armam*. MSS. Lamb. *agmentarium vel magmentarium*, in marg.—3 Ver-

#### NOTÆ

quis non confiteatur responsum illud  
esse omnino contrarium illis Indis,  
quos Clodius celebrari curavit?

<sup>v</sup> Q. Seio] Q. Seium Postumum  
veneno sustulit Clodius: de eo egit  
in Orat. pro Domo Sua.

<sup>x</sup> *Sacellum*] Festus Pomp. lib. xvii.  
de vet. verb. signif. ‘Sacella,’ in-  
quit, ‘dicuntur loca Diis sacrata sine

tecto.’

<sup>y</sup> *Armamentarium*] Armamentarium  
locus est in quo arma asservabantur;  
tamen hic videtur sumi pro loco obi-  
tota templi supplex asservabatur.

<sup>z</sup> *Privato dicunt vestibulo contineri*]  
Pars hujus templi sanctissima in ves-  
tibulo ædificando privatae domus in-  
sumitur.

Telluris est curationis meæ :<sup>a</sup> quod is, qui illud armamentariuni sustulit,<sup>b</sup> meam domum pontificum judicio liberatam, secundum fratrem suum judicatam<sup>c</sup> esse dicebat: movet me etiam, in hac caritate annonæ, sterilitate<sup>d</sup> agrorum, inopia frugum, religio Telluris, et eo magis, quod eodem ostento Telluri postulatio<sup>e</sup> deberi dicitur. 32. Vetera fortasse loquimur: quanquam hoc si minus civili jure perscriptum est, lege tamen naturæ, communi jure gentium sancitum<sup>f</sup> est, ut nihil mortales a Diis immortalibus usu capere<sup>g</sup> possint. xv. Verumtamen<sup>h</sup> antiqua negligimus: etiamne ea negligemus, quæ fiunt cum maxime?<sup>i</sup> quæ videmus? L. Pisonem, quis nescit, his ipsis temporibus, maximum et sanctissimum Dianæ sacellum in Cœliculo<sup>j</sup> sustulisse? adsunt vicini ejus loci: multi sunt etiam in hoc ordine, qui sacrificia gentilitia,<sup>k</sup> illo ipso in sacello, statuto loco,<sup>l</sup> anniversarii factitarint.<sup>m</sup> Et conquerimus, Dii

<sup>y</sup> *Expiatio.*



bum dicunt deest in Erf. probante Grævio. Postea pro privato C private.—4 H T U χ ψ judicatum: MSS. multi et Junt. indicatum.—5 χ sterilitatem: ψ sterilitates.—6 MSS. nonnulli ap. Lamb. postulo: Pal. 9. et Ms. Vict. postillo. Wolfio placuit postilio.—7 Alii, ut est in marg. Lamb. sanctum.

CAP. XV. 8 In marg. Lamb. post verumtamen additur si. Paulo post verba etiamne ea negligemus in C desunt.—9 In C H S T U χ, plerisque MSS. Pall. Barb. et edd. vett. cum omittitur: nunc maxime Car. Steph. et Lamb. —10 C H incondiculo. Schutz. habet Cælio, ex Græv. Garaton. et Wolf. sententia. Puec. e conjectura, in Cælio. Mox, etiam in C deest.—11 Ms. Barb. et Ven. 1480. habent gentilica: ed. 1584. Grut. Græv. et Gronov. gentilia.—12 Stato loco Junt. et Schutz. probantibus Eru. Garaton. et Wolf. statuto anni tempore ed. Mediol. In T loco deest. Statim post S χ ψ, Ms. Barb. anniversari: T animadversari. Lamb. Garaton. Wolf. et Schutz. anniversaria.—13 C T, Ms. Barb. et ed. Ven. 1480. factitarunt, quod Grut. in nota habet.

## NOTÆ

<sup>a</sup> *Curationis meæ*] Curatio erat, qua quis adem sacram, vel alium locum tuendum habebat; hoc est sartum teatum præstandum.

<sup>b</sup> *Armamentarium sustulit*] Appius Claudius Pulcher, Pub. Clodii frater. Ex Epist. ad Att. iv. 2.

<sup>c</sup> *Usu capere*] Usu capere est utendo re aliqua, ejus acquirere dominium; quod sit per continuationem posses-

sionis legitimo tempore constitutæ.

<sup>d</sup> *In Cœliculo*] Cœliculum mons urbis Romanie fuit.

<sup>e</sup> *Sacrificia gentilitia*] Quæ gentilitia sacrificia hic a Cicerone vocantur, dicta sunt etiam privata, quæ singularum familiarum, vel gentium propria fuerunt. Hæc autem sacra patresfamilias pro arbitratu suo privata sibi religione constituebant.

immortales quæ loca desiderent, quid significant, de quo loquantur? A Sex. Serrano<sup>14</sup> f sanctissima sacella suffossa, inaedificata, oppressa, summa denique turpitudine esse foedata nescimus? 33. Tu meam domum religiosam facere potuisti? ecqua<sup>15</sup> mente? quam amiseras: qua manu? qua disturbaras: qua voce? qua incendi jusseras: qua lege? quam<sup>16</sup> ne in illa quidem impunitate tua scriperas: g quo pulvinari?<sup>h</sup> quod<sup>17</sup> stupraras: quo simulacro? quod creptum ex meretricis<sup>i</sup> sepulcro in imperatoris<sup>18</sup> monumento<sup>k</sup> collocaras. Quid habet mea domus religiosi, nisi quod impuri et sacrilegi parietem tangit?<sup>l</sup> Itaque, ne quis meorum imprudens introspicere possit tuam domum, ac te sacra illa tua<sup>19</sup> facientem videre, tollam altius tectum; non ut ego te despiciam, sed ne tu aspicias urbem eam, quam delere voluisti.

xvi. 34. Sed jam haruspicum<sup>m</sup> reliqua responsa videa-



Mox pro conquerimus, C H T U χ habent quid primum. Aliqui MSS. querimus. Dein pro desiderent, C si desiderent: H si desiderant: T U χ ψ desiderant. Seq. verb. quid in C deest.—14 Ed. 1472. Sirano, et paulo post suffusa. Verbum incensu post suffossa additur in nonnullis MSS. quod Lall. Oliv. et Wolf. retinunt. Orellius unicus inclusit.—15 C H S T U Et qua. Lamb. At qua. Mox pro quam amiseras, Ms. Viet. Naug. Junt. Manut. Lamb. Car. Steph. aliquique notum nulli qua invaseras.—16 χ quam. Mox pro illa, C illam. Verba qua lege? . . . scripseras in H omittuntur.—17 Quo in H S T U χ. Pro stupratis χ stupratis: et idem Ms. paulo post habet ceptum pro creptum.—18 Praepositio deest in S U. Pro imperatoris in C T est patris. Statim post χ collocatas.—19 Verbum tua in χ omittitur.

#### NOTÆ

<sup>f</sup> A Sexto Serrano] Serranus ille fuit ex Attilia gente nobilissima, et tunc tribunus, cum de Ciceronis redditum promulgata lex est; eni, cum collega suo Quintio, adversatus est.

<sup>g</sup> Scripseras] Latam a P. Clodio legem de sacra Ciceronis domo, scripsit Sextus Clodius.

<sup>h</sup> Quo pulvinuri] Pulvinar lectulus fuit, in quo collocabantur Deorum imagines.

<sup>i</sup> Meretricis] De meretrice Tanagraea loquitur, de qua dictum est in

Orat. pro Domo Sua.

<sup>k</sup> In imperatoris monumento] Per imperatorem illum intelligit Q. Catulum, qui porticum vicinam habebat domo Ciceronis, quam, cum domo ejusdem Ciceronis eversam, Libertati consecravit.

<sup>l</sup> Sacrilegi parietem tangit] Clodium intelligit, enjus cum domo sua erat conjuncta.

<sup>m</sup> Sed jam haruspicum] Jam ad tertium responsum de legatis violatis venit.

mus. ‘Oratores contra jus fasque interfectos.’<sup>20</sup> Quid est hoc? de Alexandrinis<sup>n</sup> esse video<sup>1</sup> sermonem: quem ego non refuto. Sic enim sentio, jus legatorum,<sup>o</sup> cum hominum præsidio munitum sit, tum etiam divino jure esse vallatum.<sup>2</sup> Sed quæro ab illo,<sup>z</sup> qui omnes indices<sup>3 p</sup> tribunus e carcere in forum effludit, cuius arbitrio sicæ<sup>q</sup> omnes nunc atque omnia venena tractantur, qui cum Hermacho Chio<sup>4 r</sup> syngraphas fecit; ecquid sciat, unum acerimum adversarium Hermachi, Theodosium, legatum ad senatum a civitate libera<sup>s</sup> missum, sica percussum? quod non minus, quam de Alexandrinis, indignum Diis immortalibus esse visum, certo<sup>t</sup> scio. 35. Nec consero nunc in te unum omnia. Spes major esset salutis, si, præter te, nemo esset impurus: plures sunt:<sup>u</sup> hoc et tu tibi<sup>v</sup> confidis magis, et nos prope jure dissidimus. Quis Platorem,<sup>7</sup> ex Orestide,<sup>w</sup> (quæ pars Macedoniae libera est) hominem in

<sup>z</sup> Clodio.

\*\*\*\*\*

CAP. XVI. 20 Verba *Oratores . . . interfectos* desunt in S. *Fas sine que habet χ.*—1 *Video esse* in Junt. et Lamb.—2 S U, Ms. Franc. et ed. 1472. *relatum: T bellatum.* Mox pro *omnes*, H *omnibus*: χ *omnis*: Lamb, *omneis*.—3 *Judices* MSS. *nonnulli*, et ed. Junt. Lambinus rescripsit *audaces*; maxvlt tamen cum quibusdam legi *omnes judicatos*. Pro *tribunus*, C H S T U χ *tribunos*. Paulo post *nunc* in C H deest.—4 C *Hermachoro: χ Hermachoichio*. Schutz. cum Gærenzio, de Fin. II. 30. dedit *Hermacho*, quem sequitur Orellius. Dein pro *ecquid*, in C H legitur et *qui: in χ et quis*.—5 C H S T U χ *certe*. Mox voc. *nunc* in C deest.—6 χ *mihi*. Post verbum *dissidiens*, Wolf. supplet *saluti nostræ*, probante Beck.—7 C T χ, Ms. Erf. Barb. ed. Rom. Brut. utraque Ven. Herv. Gryph. et Car. Steph. *Platonem*. Pro *Orestide*, C

#### NOTÆ

<sup>n</sup> *De Alexandrinis*] Ex legatis missis Romanum Alexandria Ptolemaeus rex ex insidiis plurimos interfici justis.

<sup>o</sup> *Jus legatorum*] Tam sanctum jus illud legatorum habebatur, ut si quis legatum hostium pulsasset, is eorum potestati permitteretur. Vide Livium, lib. XL.

<sup>p</sup> *Qui omnes indices [judices]* Clodius, factus tribunus plebis, omnes qui erant carceribus inclusi, liberavit, eosque judices constituit.

<sup>q</sup> *Sicæ*] Sica genus est gladii, quo sicarii utebantur.

<sup>r</sup> *Chio*] Id est, ex insula Chio.

<sup>s</sup> *A civitate libera*] Libera civitas dicta est, quæ nihil vectigalis causa populo Rom. pendit.

<sup>t</sup> *Plures sunt*] Designat Pisonem proconsulem in Macedonia, quem tam infamem quam Clodium fuisse ait.

<sup>u</sup> *Orestide*] Orestis, seu Orestes, regio est Macedoniae, in qua oppidum Orestias.

illis locis clarum ac nobilem, legatum Thessalonicam<sup>v</sup> ad nostrum (ut se<sup>8</sup> ipse appellavit) imperatorem<sup>x</sup> venisse nescit? quem ille, propter pecuniam, quam ab eo extorquere non poterat, in vincula conjecit, et medicum intromisit suum, qui legato, socio, amico, libero, fœdissime et crudelissime venas incideret.<sup>9</sup> Secures suas cruentari scelere noluit: nomen quidem populi Romani tanto scelere contaminavit, ut id nulla re possit, nisi ipsius supplicio, expiari. Quales hunc carnifexes putamus habere, qui etiam medicis suis non ad salutem, sed ad necem utatur?

XVII. 36. [p. 252.] Sed recitemus,<sup>y</sup> quid sequatur:<sup>10</sup> ‘Fidem et jusjurandum neglectum.’ Hoc quid sit, per se ipsum non facile interpretor: sed ex eo, quod sequitur, suspicor de tuorum judicum manifesto perjurio<sup>z</sup> dici; quibus olim erepti essent nummi,<sup>a</sup> nisi a senatu præsidium postulassent. Quare autem de his dici<sup>11</sup> suspicer, hæc causa est, quod sic statuo,<sup>12</sup> et illud in hac civitate esse maxime illustre atque insigne perjurium, et te ipsum ta-

---

*Horesteide: T Oristite.* Porro est post libera in Lall. et Oliv. omittitur: quod verbum in uno Ms. χ additur.—8 χ ψ saep. —9 S T U χ inciderit. Mox pro ipsius, Ms. Car. Steph. illius. Denique pro necem C habet perniciem.

CAP. XVII. 10 Sequitur est in C, et superiori linea in H. Lamb. edidit quod sequitur. Mox copula et ante jusjurandum in χ omittitur. Ms. Franc. habet jusjurandumque: C jusquejurandum: T nostis jusque jurandum.—11 In Ms. Franc. desunt verba de his: in ed. 1472. verbum dici omittitur.—12 C H si statuto tuo: χ sic statuto. Paulo post pro in perjurii pænam, C et ed. 1472. in perjurium impune: χ in perjurium inprime. Pro ab iis, Ms. Franc. et ed. 1472.

#### NOTÆ

<sup>v</sup> *Thessalonicam*] Thessalonica urbs est Macedonia.

<sup>x</sup> *Imperatorem*] Pisonem ridet, quem imperatorem ironice appellat.

<sup>y</sup> *Sed recitemus*] De fide et jure-jurando neglecto agit, illudque in Clodium retorquet.

<sup>z</sup> *De tuorum judicum manifesto perjurio*] Patefacto Clodii scelere a virginibus et pontificibus, tres Lentulii eum incesti crimine accusarunt, ut a

Valerio Maximo, lib. iv. cap. 2. dicitur. Sed iudices a M. Crasso pecunia ita corrupti sunt, ut viginti quinque tantum condemnariunt, et triginta absolverint.

<sup>a</sup> *Erepti essent nummi, &c.*] Cum Catulus quendam ex judicibus corruptis vidisset, ‘Quid vos,’ inquit, ‘præsidium a nobis postulabis? an ne nummi eriperentur vobis, timebatis?’

men in perjurii poenam ab iis, quibuscum conjurasti,<sup>b</sup> non vocari.

37. Et video, in haruspicum<sup>c</sup> responsis,<sup>13</sup> hæc esse sub-juncta, ‘Sacrificia vetusta occultaque minus diligenter facta, pollutaque.’ Haruspices hæc loquuntur, an patrii penatesque Dii? multi enim sunt, credo, in quos hujus maleficii suspicio cadat. Quis præter hunc unum? Obscure dicitur,<sup>14</sup> quæ sacra polluta sint? quid planius, quid gravius, quid religiosius dici potest? ‘vetusta occultaque.’ Nego ulla verba Lentulum, gravem oratorem ac disertum, sæpius, cum te accusaret, usurpasse, quam hæc, quæ nunc ex Etruscis libris in te conversa atque interpretata dicuntur. Etenim quod sacrificium tam vetustum<sup>15</sup> est, quam hoc,<sup>d</sup> quod a regibus æquale huic urbi<sup>16</sup> accepimus? quod autem tam occultum, quam id, quod non solum curiosos oculos excludit, sed etiam errantes?<sup>e</sup> quo<sup>17</sup> non modo improbitas, sed ne imprudentia quidem possit intrare? Quod quidem sacrificium nemo ante P. Clodium,<sup>18</sup> omni memoria, violavit, nemo unquam adiit, nemo neglexit, nemo vir aspicere non horruit:<sup>19</sup> quod fit per virgines Vestales;<sup>f</sup> fit

---

*ab his.—13 Ms. Franc. et ed. 1472. responsum. Statim post, C et Ms. Erf. pro subjuncta habent subjecta, probantibus Græv. et Garat. Mox pro *vetusta* Ms. Franc. vetera: ed. 1472. tecta.—14 C dicit. C S T χ habent sunt pro sint.—15 Edd. vett. *vetus*. Ms. Barb. et Jnnt. tam *verua* est.—16 C H S T χ et Jnnt. *hujus urbis*: Ms. Barb. ed. Rom. et utraque Ven. *hujus juris*—17 χ quæ. Mox pro *intrare* C *jurare*.—18 Nemo nisi P. Clodius Ms. Barb. Erf. Franc. etd. Rom. utraque Ven. Wolf. Beck. et Orell. In H S χ pro *ante* est nisi, in T *mili vel nisi*. Pro P. T habet *quod*. In *ante* omni additur in Lamb. et Grut. C habet *omnium*.—19 C *abhorruit*. Mox in marg. edd. Lamb. notatur al. habere,*

#### NOTÆ

<sup>b</sup> *Ab iis quibuscum conjurasti*] Lo-quitur de iis judicibus, quos olim Clodius pecunia corripuit,

<sup>c</sup> *Et video in haruspicum*] De sexto capite respondet de sacrificiis minus diligenter factis.

<sup>d</sup> *Tam vetustum est, quam hoc*] Vetusissimum hoc sacrificium elate dicit: nam ejus cultus Bonæ Dæcæ majori pompa celebrari Romæ tantum cœptus est A. U. C. 549. quo Roman

delata est.

<sup>e</sup> *Curiosos oculos excludit, sed etiam errantes*] Ex sacrificio non modo excluduntur curiosorum hominum intuitus, sed et eorum etiam qui ne quidem de malo cogitant.

<sup>f</sup> *Vestales*] Vestales in Italiam a Trojanis adductæ sunt; deinde a Numa, ut refert Dionysius, creatæ sunt quatuor: minus carum erat ignem sacrum conservare; qui si fuisset ex-

pro populo Romano; sit in ea domo quæ est in imperio;<sup>g</sup> fit incredibili cærimonia; fit ei Deæ, cujus ne nomen quidem virōs scire fas est; quam iste idcirco Bonam dicit, quod in tanto sibi scelere ignoverit.<sup>20</sup> XVIII. Non ignoravit, mihi crede, non: nisi forte tibi<sup>1</sup> ignotum<sup>a</sup> putas, quod te judices emiserunt<sup>2</sup> excussum et exhaustum;<sup>b</sup> suo judicio, absolutum; omnium, condemnatum; aut quod oculos, ut opinio illius religionis est,<sup>b</sup> non perdidisti. 38. Quis enim ante te<sup>3</sup> sacra illa vir sciens viderat, ut quisquam pœnam, quæ sequeretur illud scelus, scire posset? An tibi luminis obeset cæcitas plus, quam<sup>4</sup> libidinis? ne id quidem sentis, conniventes<sup>5</sup> illos oculos abavi tui,<sup>i</sup> magis optandos fuisse, quam hos flagrantes<sup>c</sup> sororis?<sup>6</sup> Tibi vero, si diligenter attenderis, intelliges hominum pœnas deesse adhuc, non De-

<sup>a</sup> Ignosci.<sup>b</sup> Vulgo dicitur de illo sacrificio.<sup>c</sup> Impudicos.

*quæ est cum imperio; al. in qua est imperium.—20 C ignoraverit.*

CAP. XVII. I Verbum tibi in  $\chi$  et ed. Rom. deest, probante Garaton. Ven. 1480. habet *ibi*. Ante *ignotum*, C H, Ms. Car. Steph. edd. Herv. et Naug. addunt *esse*. Pro *putas* T et Ms. Barb. *putes*.—2 Car. Steph. Junt. Græv. et Wolf. habent *dimiserunt*. In H S U  $\chi$ , Ms. Barb. ed. Rom. et Ven. 1483. *omiserunt*: C *omiserint*: T *obmiserunt*. Mox *suo* in  $\chi$  deest. Dein verba *ut opinio illius religionis est in  $\chi$*  omittuntur. Marelandus censem scribi debuisse *ut falsa opinio*, &c. at Wolf. totam sententiam putidam esse monet.—3 Te in C H T  $\chi$   $\psi$  deest. Paulo post pro *quisquam* C habet *quis*. In H omittitur. Deinde pro *illud*, C H T U  $\chi$  *id*.—4 Verba *scire ... plus, quam in T* exciderunt. Pro *posset* C habet *posse*.—5  $\chi$  et Ms. Franc. *connivensis*, quod habent omnes edd. vett. ante P. Manut. Ms. Barb. *contuentis*.—6 Pro *hos* H  $\psi$ , Ms. Franc. Barb. Pncc. et edd. vett. *os*. Statim post, C H  $\chi$ , et Ms. Franc. habent *flagrantis*. In marg. Lamb. notatur *alios fragranteis* (*s. fragrantes*) habere. *Quam os fragrantis sororis* Junt. et al. Mox pro *attenderis*,

## NOTÆ

stinctus, aut violatus earum pudor, vivæ defodiebantur. De earum supplicio dictum est in hac orat. cap. VII. § 13. not.

<sup>g</sup> *Qua est in imperio*] Domus Cæsarialis auctoritatem et dignitatem quisque revereri debebat: erat enim summi pontificis, ubi hæc sacra in honorem Bonæ Deæ peragebantur.

<sup>b</sup> *Emiserunt excussum et exhaustum*] Inanem et exhaustum nummis Clo-

dium reddiderunt, quia eos pecunia corrupit.

<sup>i</sup> *Conniventes* [Continentes] *illos oculos abavi tui*] Avus Clodii, C. Claudius, consul cum M. Perpenna fuit A. U. C. 623. proavus C. Claudius, qui cum T. Graccho consul fuit anno 586. In fastis Capitonis sic nominatur: ‘C. Claudius App. F. P. N. Pulcher.’ Hujus C. Claudii pater, P. Clodii abavus, fuit Ap. Claudius Cæcus.

orum. Homines te in re<sup>7</sup> foedissima defenderunt: homines turpissimum nocentissimumque laudarunt: homines prope confidentem propter pecuniam judicio liberaverunt:<sup>8</sup> hominibus injuria tui stupri, illata in ipsos, dolori<sup>9</sup> non fuit: homines tibi arma, alii in me, alii post in illum invictum civem<sup>k</sup> dederunt: hominum beneficia prorsus concedo<sup>d</sup> tibi; ac majora<sup>10</sup> non esse quærenda. 39. A Diis quidem immortalibus quæ potest homini major esse poena, furore<sup>11</sup> atque dementia? nisi forte in tragœdiis, quos vulnere ac dolore corporis cruciari vides et consumi, graviores Deorum immortalium iras subire, quam illos, qui furentes<sup>12</sup> inducuntur, putas. Non sunt illi ejulatus et gemitus Philoctetæ<sup>l</sup> tam miseri (quanquam sunt acerbi) quam illa exultatio Athamantis,<sup>m</sup> et quam somnium matricidarum.<sup>13</sup>

<sup>d</sup> Relinquo.

\*\*\*\*\*

C H U χ, Ms. Franc. Barb. attendes: T attendis.—7 Verbum re in C deest.—8 Verba prope confidentem desunt in Junt. Herv. Man. et Car. Steph. relictis voce, propter pecuniam, quæ pluribus libris absunt. Grnt. auctoritate Pal. 9. edidit homines confidentem judicio liberaverunt. Sed Naug. Gryph. Græv. Oliv. Lall. et Wolf. dederunt homines prope confidentem judicio liberaverunt; quæ scriptura confirmatur MSS. Vict. et Car. Steph. Verba propter pecuniam, cum deest in multis MSS. unicus incluserunt Beck. et Orellius. Lamb. dedit liberarunt. In C H χ et nonnullis Pall. pro prope est quippe. S T U, quidam Pall. MSS. Franc. Barb. et ed. 1472. hom. prope jud. lib. omisso part. confidentem. Edd. Rom. et utraque Ven. hom. prope pecunia jud. lib. Gruterus judicabat verbum prope ortum esse e glossemate pro pe. i. e. ‘pro pecunia,’ aut ‘propter pecuniam.’—9 C deteri. Mox verba alii in me desunt in Lamb. operarum negligentia, ut ait Beck.—10 Hunc locum ita Lambinus edidit: hominem in te beneficia concedo tibi prorsus esse maxima, et majora, &c. Pro ac, in U χ ψ legitur at.—11 C fuore. Mox cruciari et consumi vides Junt. et Orell. cruciari ac cons. vides Lamb. Græv. et Wolf. cruc. vides ac cons. Beck.—12 χ furentis: et statim post pro sunt in χ legitur sint.—13 Senium est in omnibus Pall. Ms. Vict. Erf. duobus MSS. Lall. edd. Rom. et utraque Ven. In C χ legitur sensium: in H senun. Garaton. magis placeret quam insaniam matric.

#### NOTÆ

<sup>k</sup> Illum invictum civem] Designat Pompeium, qui domi remanere coactus est a tribuno plebis Clodio, propter insidias quas ei parabat: jam superiori oratione de eo dictum est.

<sup>l</sup> Philocteta] Philocteta socius Herculis fuit, cui ille sagittas suas tradiderat; e quibus una cùm illapsa fu-

isset in pedem, Philoctetam vehementer cruciavit.

<sup>m</sup> Athamantis] Athamas, Inus maritus, Learchum filium per insaniam occidit; quam ob causam se Ino cum Melicerta filio in mare projectit.

<sup>n</sup> Matricidarum] Orestes et Alcmaeon matricidæ notissimi sunt.

Tu, cum furiales in concionibus<sup>14</sup> voces mittis, cum domos civium evertis, cum lapidibus optimos viros foro pellis, cum ardentes faces in vicinorum tecta jactas, cum ædes sacras inflammas, cum servos concitas, cum sacra ludosque conturbas, cum uxorem sororemque non discernis; cum, quod ineas cubile,<sup>o</sup> non sentis, cum baccharis, cum furis; tum das eas poenas, quæ solæ<sup>15</sup> sunt hominum sceleri a Diis immortalibus constitutæ. Nam corporis quidem nostri infirmitas multos subit casus per se: denique ipsum corpus tenuissima sæpe de causa conficitur:<sup>16</sup> [p. 253.] Deorum tela in impiorum mentibus figuntur. Quare miserior es, cum in omnem fraudem raperis oculis, quam si omnino oculos non haberes.

XIX. 40. Sed, quoniam<sup>p</sup> de iis omnibus, quæ haruspices<sup>17</sup> commissa esse dicunt, satis est dictum, videamus, quid iidem haruspices a Diis jam immortalibus<sup>18</sup> dicant moneri: ‘Ne<sup>19</sup> per optimatium discordiam dissensionemque, patribus principibusque cædes, periculaque creentur, auxilioque diminuti<sup>20</sup> deficiantur; qua re ad unum imperium provinciæ redeant, exercitusque pulsus, diminutioque



defendit tamen scripturam senium. Græv. susp. et quam somnia matricidæ, Lamb. omisit copulam et, ediditque locum sic: quam somnum et matricidarum.—14 χψ concionis: et mox pro ardentes, χ, Ms. Barb. edd. Rom. et Ven. 1483. habent ardentiſ.—15 Verbum solæ in χ omittitur. In Lamb. legitnr quæ sunt solæ.—16 De causa sæpe conf. Lamb.—17 MSS. Eif. et Car. Steph. labueris.

CAP. XIX. 17 Aruspices semper in Ms. Franc. scribitur. Paulo post pro commissa, H U χψ, Ms. Franc. et Barb. omissa, quod edd. Rom. et utraque Ven. habent. Ed. 1472. omisssa. Hinc extitit omnia in C, ominosa in Erf. Dein ante iidem Lamb. addidit nos. Verba haruspices ..... iidem in T desunt.—18 Verba a Diis jam immort. in χ omittuntur. In T U, Ms. Barb. et Ven. 1480. jam haud inventur, atque deleri jubet Garaton.—19 Moneri. Monent, Ne habent omnes MSS. et edd. prater Lamb. Grut. et Ern. qui dederunt moneri, Ne, &c.—20 Quidam MSS. et edd. diminuti. In C S, ed. Ven. 1483. divinitus. Mox pecunia legitur pro prorincipiæ in C H U χ, edd. Rom. et utraque Ven. ‘Auxilioque dem.] Vide ne locus corruptus emendandus sit e § 54. ubi idem sic assertur: ‘ne in unius imperium res recidat.’ Orell. Ita Lamb. edidit: auxilioque diminutis efficiatur, qua re ad unius im-

## NOTÆ

<sup>o</sup> Ineas cubile] Clodius uxorem Julii  
Cæsaris, pontificis maximi, violavit.

<sup>p</sup> Sed quoniam] Transit jam ad monita haruspicum, de quibus agit.

accedat.' Haruspicum verba sunt hæc omnia: nihil addo de meo. Quis igitur' hanc optimatum discordiam molitur? idem iste; nec ulla vi ingenii aut consilii sui, sed quodam errore nostro: quem quidem ille, quod obscurus non erat, facile perspexit. Hoc enim etiam turpius afflittatur respublica, quod ne ab eo quidem vexatur, ut, tanquam fortis in pugna vir, acceptis a forti adversario vulneribus adversis,<sup>2</sup> cadere videatur. 41. Ti. Gracchus<sup>r</sup> convellit<sup>3</sup> statum civitatis: qua gravitate vir! qua eloquentia! qua dignitate! nihil ut patris avique Africani<sup>s</sup> præstabilis insignique virtute, præterquam quod a senatu desciverat, deflexisset. Secutus est C. Gracchus: quo ingenio! quanta vi! quanta gravitate dicendi! ut dolerent boni omnes, non illa tanta ornamenta ad meliorem mentem voluntatemque esse conversa. Ipse L. Saturninus<sup>t</sup> ita fuit effrænatus et pæne demens, ut auctor esset egregius, et ad animos imperitorum excitandos inflammandosque perfectus. Nam quid ego de P. Sulpicio<sup>u</sup> loquar? cuius tanta in di-



*perium res redeat, exercitusque pulsus ad diminutionem accedat.*—1 Pro igitur in C S legitur ergo. Seq. verb. hanc in Ms. Car. Steph. deest.—2 Ante adversis C addit et. Beckius, ex Ursini Ms. ed. Gryph. Græv. et Wolf. ante cadere verbum honeste addidit; quem Schntz. sequitur. Pal. 9. Ms. Erf. edd. Nang. Vict. Manut. Car. Steph. Lamb. et Orelli. *adversis et honestis ead. vid.* Pro honeste in plerisque Pall. Ms. Franc. omnibus Ox. Ms. Barb. et edd. pr. legitur homines. Pro cadere in C H S T U X, Ms. Barb. et edd. pr. cedere: in ψ eadere. Mox S et Junt. videantur.—3 Convertit Lamb. Mox præpositio a ante patris in x omittitur.—4 Prænomen L. in C deest. *Saturnius* le-

## NOTÆ

<sup>q</sup> *Vulneribus adversis*] Adversa dincuntur vñlera, quæ adverso pectore recipiebantur, et honesta erant.

<sup>r</sup> *Tiberius Gracchus*] Tiberius Gracchus filius fuit Sempronii Gracchi, mirabilis eloquentiæ juvenis, qui se ad partes populi, relictis optimatisbus, contulit cum fratre Caio. Tiberius occisus est prior in concione a Scipione Nasica; Cains vero, jussu Optimii, biennio post, cum Capitolium occupasset.

<sup>s</sup> *Patris avique Africani*] Mater Gracchorum Cornelia fuit, filia Africani Majoris; quare avum maternum habuit Africannum.

<sup>t</sup> *Saturninus*] Saturninus tribunus, cum legem agrariam ferret invito senatu, nec in eam jurare vellet Q. Metellus, illum in exilium egit. Ipse postea, cum Glancia prætore, a C. Mario consule est occisus.

<sup>u</sup> *De Publio Sulpicio*] P. Sulpicius cum perniciose leges ferret, ex ca-

cendo gravitas, tanta jucunditas, tanta brevitas fuit, ut posset, vel ut prudentes errarent, vel ut boni minus bene sentirent, perficere dicendo. Cum his conflictari, et pro salute patriæ quotidie dimicare, erat omnino illis, qui tum rempublicam gubernabant, molestum; sed habebat ea<sup>s</sup> molestia quandam tamen dignitatem. xx. 42. Hic vero, de quo<sup>v</sup> ego<sup>6</sup> ipse tam multa nunc dico, pro Dii immortales! quid est? quid valet? quid affert, ut tanta civitas, si cadet,<sup>7</sup> (quod Dii omen obruant!) a viro tamen confecta videatur? qui post patris mortem, primam illam ætatulam suam ad scurrarum locupletium<sup>8</sup> libidines detulit: quorum intemperantia expleta, in domesticis est germanitatis stupris<sup>9</sup> volutatus: deinde, jam robustus, provinciæ se ac rei militari dedit; atque ibi piratarum<sup>y</sup> contumelias perpessus,<sup>10</sup> etiam Cilicum libidines barbarorumque satiavit:<sup>11</sup> post, exercitu L. Luculli<sup>z</sup> solicitato, per nefandum scelus,

\*\*\*\*\*

gitur in S. Paulo post et ante pæne hand appetet in χ.—5 Ea in C deest. Deinde pro tamen C H S tum.

CAP. XX. 6 Ego abest χ ψ. Paulo post Ms. Erf. habet per Deos immortales! in quo Ms. desunt verba quid affert.—7 Si cadat conjecit Ern. Mox pro obruant C avertant. In Ms. Erf. est quod Dii omnes obruant. Præpositio a ante viro abest U χ ψ. Ante confecta C H S T U χ, Ms. Barb. edd. Rom. utraque Ven. addunt tali.—8 In Lamb. locupletum. Pro quorum χ ψ horum: et pro est C et in.—9 Offenderunt haec Lambinum, qui reponi voluit, aut cum germanis sororibus stupris, aut in domesticis germanisque stupris.—10 Post perpessus, C H, edd. Rom. utraque Ven. habent est. Statim post etiam in C omittitur. Naug. ita interpusxit: perpessus etiam: Cilicum, &c.—11 C satia-

#### NOTÆ

rum una C. Mario bellum Mithridaticum deerevit; at ei L. Sulla cum ceteris optimatibus adversatus, cum exerceitu in urbem venit, et pulsis Marianis, Sulpicium, enm ceteris adversariis, in fuga occidit. Vide Plutar. in Mar. et Sull.

<sup>v</sup> *Hic vero, de quo*] Clodius tam contemptus est, ut nulla ratione enm his viris, de quibus supra, conferendum sit: imo vero si eaderet per eum res pub. eadere ab abjectissimo viro diceretur.

<sup>x</sup> *In domesticis est germanitatis stu-*

pris] Sororem stupravit Clodius.

<sup>y</sup> *Atque ibi piratarum*] Sunt qui hoc ad bellum piraticum a P. Servilio gestum referunt: atqui Servilius, ex consulatu, quo anno 674. functus est, in Ciliciam profectus, bellum piraticum gessit. P. vero Clodium anno 686. relicto Luenello, ad Marcium in Ciliciam venisse, ibique classi præfectum a piratis captum fuisse, Dio scribit.

<sup>z</sup> *Luculli*] Luenellus contra Mithridatem missus est A. U. C. 679. Clodius autem solicitavit Luenelli exer-

fugit illinc,<sup>12</sup> Romæque, recenti adventu suo, cum propinquis suis decidit,<sup>a</sup> ne<sup>13</sup> reos faceret: a Catilina pecuniam accepit, ut turpissime prævaricaretur:<sup>b</sup> inde cum Murena se in Galliam contulit; in qua provincia mortuorum testamenta conscripsit, pupillos necavit, nefarias cum multis scelerum pactiones societasque conflavit: unde ut rediit, quæstum illum<sup>14</sup> maxime foecundum uberemque, campes-trem,<sup>15</sup> totum ad se ita redegit,<sup>c</sup> ut homo popularis fraudaret improbissime populum,<sup>16</sup> idemque vir clemens<sup>d</sup> divisores<sup>e</sup> omnium tribuum domi ipse suæ crudelissima morte mactaret. 43. Exorta est illa, reipublicæ,<sup>17</sup> sacris, religi-onibus, auctoritati vestræ, judiciis publicis funesta quæ-stura;<sup>f</sup> in qua idem iste Deos hominesque, pudorem, pudi-citiam, senatus auctoritatem, jus, fas, leges, judicia, violavit. Atque hic ei gradus,<sup>g</sup> (o misera tempora, stultasque nostras discordias!) P. Cludio gradus ad rempublicam, hic primus

<sup>e</sup> Ita attribuit sibi.



runt. L. ante Luculli abest C T U.—12 Ms. Erf. illum: unde Grævius su-spicatur lectum olim finisse illum, probante Garaton. Ms. Barb. illuc.—13 Ma-nut. ait omnes libros veteres habere ut, quod etiam est in C et ed. 1483. Ed. 1172. post decidi plene interpnxit: in Naug. dicitur colon ponit, et deinde legi, ne res faceret a Cat.—14 C H T U x, Ms. Franc. Barb. edd. Rom. 1472. atque utraque Ven. quæsturam illum. Mox Ms. Franc. et edd. dictæ fæcu-dan, quod ex C H etiam notatur, non ex alis Oxx.—15 C H x ea tempestate in. Edd. Rom. et Ven. ea tempestate legunt; unde Garaton. coniecit uberemque ea tempestate campestrem.—16 Ms. Barb. fraudaret in promissione populum: sed margini ascribitur ‘al. improbissime.’ Dein pro clemens in C H legitur de-mens. In iisdem MSS. paulo post scribitur mactavit.—17 C resp. Mox C H

#### NOTÆ

citum in Nisibis urbis obsidione, ut  
Dio narrat, lib. xxxv.

<sup>a</sup> Decidit] Romæ cum propinquis suis pactus est, ut non eos vocaret in judicium.

<sup>b</sup> Prævaricaretur] Prævaricari est, partem in judicio, quam tuendam quis suscepit, prodere, atque adeo colludere cum adversario.

<sup>c</sup> Quæstum illum] Loquitur de quæstu, quem facere populus solebat divisoribus in Campo Martio, cum pecu-niam distribuebant.

<sup>d</sup> Vir clemens] Ironia.

<sup>e</sup> Divisores] Dicebantur divisores, qui singulis nummos distribuebant, eorum nomine, qui ad magistratus aspirabant, ut ad eos a populo pro-moverentur.

<sup>f</sup> Funesta quæstura] De Clodii quæstura jam agit.

<sup>g</sup> Hic ei gradus] Quæstura primus fuit gradus ad reliquos honores; nam postea tribunus plebis, et a diliis fac-tus est.

est aditus<sup>18</sup> ad popularem jactationem atque ascensus. [p. 254.] Nam Ti. Graccho invidia Numantini foederis, (cui feriendo, quæstor C. Mancini consulis<sup>h</sup> cum esset, interfuerat) et in eo foedere improbando senatus severitas, dolori et timori fuit: istaque<sup>19</sup> res illum, fortem et clarum virum, a gravitate patrum desciscere<sup>20</sup> coëgit. C. autem Gracchum mors fraterna, pietas, dolor, magnitudo animi, ad expetendas domestici sanguinis poenas excitavit. Saturninum,<sup>i</sup> quod<sup>1</sup> in annonæ caritate quæstorem a sua frumentaria<sup>2</sup> procreatione senatus amovit, eique rei M. Scaurum præfecit, scimus, dolore factum esse popularem. Sulpicium<sup>3</sup> ab optima causa profectum, Caioque Julio,<sup>4k</sup> consulatum contra leges petenti, resistantem, longius, quam voluit, popularis aura provexit. **xxi. 44.** Fuit in his omnibus<sup>5</sup> causa, etsi non justa, (nulla enim potest cuiquam



habent pudicitiamque.—18 Lamb. (quem Schutz. sequitur) ita edidit: *gradus ad rem publicam hic primus (primum Schutz.) fuit; hic primus aditus.* Ceteri gradus ad rem, hic primus et aditus.—19 T et Ms. Vict. itaque. In Pal. 9. et Erf. ita legitur: *itaque illum fortem, &c.* probante Garaton.—20 Ms. Franc. et ed. 1472. desistere. Mox pro magnitudo, χ magnitudine.—1 Pro quod χ habet que. Manutius monet alios legere *Saturn.* quidem in, &c. Ipse mallet *Saturn.* quod eum, &c.—2 Viri quidam docti apud Lamb. sua delendum putaverunt. Etiam verbum *frumentaria* suspectum fuit Ern. utramque conjecturam repudiante Wolf.—3 C Sulpicius. Dein verbum *profectum* in H deest.—4 In MSS. Pall. scribitur *Tuccio*, seu *Tutio*, seu *Thuscio*. (quod ultimum olim editum.) In C est *T. Tuccio*: H *Caioque Tuscio*: S C. que *Tuscio*: T *Gayoque Lucio*: U *Gaioque tucio*: χ C. q. *tutio*. *Tutio* est in MSS. Car. Steph. Franc. et Barb. In ed. 1472. *Caioque Ticio*. Mox pro *petenti* in H legitur *potenti*.

**CAP. XXI.** 5 Pro his omnibus in χ legitur hominibus. Mox pro cuiquam C S unquam: et paulo post pro merendi, C H T U, Ms. Franc. et edd. vett.

#### NOTÆ

<sup>h</sup> *C. Mancini consulis]* A. U. C. 616. Popillio consuli C. Mancinus consul ad Numantium successit, ubi victus est a Numantinis, et castris exutus: cum spes nulla servandi exercitus esset, pacem cum eis fecit ignominiosam; quam ratam esse senatus vetuit.

<sup>1</sup> *Saturninum]* Saturninus quæstor Ostiensis fuit, et rei frumentariæ præfector.

<sup>k</sup> *Caioque Julio]* De hoc sic Asco-

nus loquitur: ‘C. Cæsar ædilicis quidem mortuus est: sed tantum in civitate potuit, ut causa belli civilis contentio ejus cum Sulpicio trib. fuerit: nam et sperabat, et id agebat Cæsar, ut, omissa prætura, consul fieret; cui cum primis temporibus jure Sulpicius resisteret, postea omni contentione, ad ferrum et ad arma processit.’

male de republica merendi justa esse causa) gravis<sup>6</sup> tamen, et cum aliquo animi, et virili dolore conjuncta. P. Clodius a crocota,<sup>1</sup> a mitra,<sup>7 m</sup> a muliebribus soleis, purpureisque fasciolis,<sup>n</sup> strophio,<sup>o</sup> a psalterio,<sup>p</sup> a flagitio, a stupro, est factus repente popularis. Nisi eum mulieres exornatum ita<sup>q</sup> deprehendissent; nisi ex eo loco, quo eum adire fas non erat,<sup>r</sup> ancillarum beneficio emissus<sup>s</sup> esset; populari homine populus Romanus, respublica cive tali careret.<sup>t</sup> Hanc ob amentiam, in discordiis nostris, de quibus ipsis, his prodigiis recentibus, a Diis immortalibus admonemur, arreptus est<sup>r</sup> unus ex patriciis, cui tribuno<sup>s</sup> plebis fieri [non]<sup>u</sup> liceret. 45. Quod anno<sup>t</sup> ante frater Metellus, et concors etiam tum senatus, principes Cn. Pompeio sententiam dicente,<sup>v</sup> excluserat, acerrimeque una voce ac mente

*f Primo loco.*

-----

nonnullæ merenti.—6 C H S grarius. Pro virili C H U χ, edd. Rom. et Ven. 1483. *viri.* Ms. Barb. Ven. 1480. Naug. et Junt. legunt et *juris.* Copulam et deleri censebat Camerarius.—7 C S a cicronia amicia: H a croma, a mitra: T ancronia amithra: χ a chroma, a mitria: ψ a croma a Cicronia a Micia a mitra. Pro muliebribus C T χ mulieribus: et pro solcis Lamb. maluit legi stolis.—8 Edd. Wald. et Ald. Nep. habent a psaltria: Junt. Lamb. Grut. et Græv. a psaltrio. Mox C H S omittunt voces a flagitio.—9 Lamb. edidit ita exornatum.—10 χ ψ, MSS. Car. Steph. Barb. edd. 1480. Herv. et Nang. fuerat, probante Garaton.—11 Lamb. sic legit: *cire tali respublica carevet.* Post, pro admonemur, H commonemur: χ amoneremur. Mox præpositio ex in C deest, relieto spatio. Idem Ms. habet tribunis.—12 Verbum non unciis inclusit Ern. probante Garaton. Porro pro Quod U Quid.—13 Principi ... dicenti MSS. nonnulli, Junt. Lamb. Grut. et Græv. Statim post, pro excluserat, T et ed.

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Crocota]* Crocota crocei coloris muliebris vestis fuit.

<sup>m</sup> *Mitra]* Mitra muliebre fuit tegumentum capitii.

<sup>n</sup> *Fascioliſ]* Fasciæ pectoris mulieris ornatum erant.

<sup>o</sup> *Strophio]* Strophium fascia pectoralis fuit, qua papillas mulieres exhibebant.

<sup>p</sup> *Psalterio]* Psalterium instrumentum est musicum, quo in sacrificiis Bonæ Deæ utebantur.

<sup>q</sup> *Emissus]* Beneficio non matronarum, sed ancillarum, emissus est Clo-

dins e domo Cæsaris, pontificis maximi.

<sup>r</sup> *Arreptus est]* Clodius e patriciis, beneficio Cæsaris, ad plebeios transivit. Vide Suet. in Julio.

<sup>s</sup> *Cui tribuno]* Clodius tribunus plebis esse non poterat, cum esset patricius: assumebantur enim tribuni de plebe, non e patricio genere.

<sup>t</sup> *Quod anno]* Metellus consul fuit ante Cæarem, a quo Clodius ad plebem traductus est. Metellus autem ille, qui Celer dictus est, Pub. Clodii non germanus, sed consobrinus fuit.

restiterat; id, post dissidium<sup>14</sup> optimatum, de quo ipso nunc monemur, ita perturbatum, itaque permutatum est, ut, quod frater consul, ne fieret, obstiterat, quod affinis<sup>15</sup> et sodalis, vir clarissimus,<sup>16</sup> qui illum reum non laudarat,<sup>17</sup> excluserat; id is consul<sup>x</sup> efficeret<sup>18</sup> in discordiis principum, qui illi unus inimicissimus esse debuerat; et eo fecisse auctore se diceret, cuius auctoritatis neminem posset pœnitere. Injecta est fax foeda ac luctuosa reipublicæ. Petita<sup>g</sup> est auctoritas vestra, gravitas amplissimorum ordinum,<sup>19</sup> consensio bonorum omnium, totus denique civitatis status. Hæc enim certe petebantur, cum in me, cognitorum<sup>z</sup> harum omnium rerum, illa flamma illorum temporum conjiciebatur.<sup>18</sup> Excepi, et pro patria solus exarsi; sic tamen, ut vos, iisdem ignibus circumsepti, me primum ictum pro vobis et fumantem videretis.<sup>19</sup> XXII. 46. Non sedabantur<sup>20</sup> discordiae: sed etiam crescebat in eos odium, a quibus nos<sup>y</sup> defendi putabamur. Ecce, iisdem auctoribus, Pompeio principe, qui cupientem Italianam, populum

<sup>g</sup> Oppugnata.

<sup>k</sup> Defensorem.



1472. *concluserat*: Lambinus olim legendum censuerat *excusserat*.—14 C H S *discidium*. Mox verbum est post perm. deest in χ.—15 *Clariss. vir* Junt. et Lamb. Statim pro qui, in χ legitur quin: et pro laudarat C T habent laudaret. Seq. verb. in *excusserat* mutavit iterum Lamb.—16 Ante in C S addunt et: sed copulam ante eo in χ ψ deest. Dein pro pœnitere, C pœnitaret. Lamb. edidit nem. pœn. posset.—17 Ms. Erf. *hominum*. Mox pro petebantur, Grut. Græv. et Gronov. habent *petebatur*, errore typographico, ut diennt Ern. et Orelli.—18 Vet. Ms. Lamb. *conciebatur*. Pro et, post *excepi*, χ habet etiam. Postea pro *exarsi*, Ern. conjectat ursi.—19 C *videret*.

CAP. XXII. 20 Non modo non sed. edidit Lamb. Pro crescebat in C legitur crescebant.—1 Verbum nos in H T U χ ψ, Ms. Franc. Naug. et edd. vett. deest. In Ms. Barb. legitur ita: sed etiam crescebat in nos odium, a quibus defendi putabamus. Ms. Erf. legit crescebat in consules odium. Sequens verbum legitur in C defensi, quod habent P. Victorius, Naug. et Grut. In edd. vett. nonnullis, ut in Rom. Wald. ntraque Ven. Med. Asc. Crat. est a quibus defendi putabamur; uti in Ms. Erf. et aliis quibusdam. In Ms. Franc. legitur

#### NOTÆ

<sup>u</sup> *Affinis*] Pompeius Clodii affinis fuit, quia ejus filius Appii filiam, fratris Pub. Clodii, uxorem duxerat.

<sup>v</sup> *Non laudarat*] Mos fuit ut rei a claris viris laudarentur.

<sup>x</sup> *Is consul*] Cæsar, qui inimicus Clodio esse debebat propter incestum cum illius conjugé, eum ad plebeios traduxit.

Romanum desiderantem, flagitantes<sup>2</sup> vos, non auctoritate sua solum, sed etiam precibus ad meam salutem excitavit, restituti sumus. Sit discordiarum finis aliquando: a diuturnis dissensionibus conquiescamus. Non sinit eadem ista labes: eas habet conciones,<sup>3</sup> ea miscet ac turbat, ut se modo vendat his, modo illis;<sup>4</sup> nec tamen ita, ut se quisquam, si ab isto laudatus sit, laudationem<sup>5</sup> putet; sed ut eos, quos non amant, ab eodem gaudeant vituperari. Atque ego hunc non miror; quid<sup>6</sup> enim faciat aliud? illos homines sapientissimos gravissimosque miror: primum, quod quenquam<sup>7</sup> clarum hominem, atque optime de republica meritum, impurissimi voce hominis violari<sup>8</sup> facile patiuntur: deinde quod existimant,<sup>9</sup> perdit hominis profligatique maledictis posse (id quod minime conductit ipsis) cuiusquam gloriam dignitatemque violari: postremo, non sentiunt id, quod tamen mihi jam suspicari videntur, illius furentis ac volatici<sup>10</sup> impetus in se ipsos posse converti. 47. [p. 255.]

---

*a quibus defendi putabam.—2 χ, Ms. Barb. et ed. Ven. 1483. flagitantis. In al. edd. ut in marg. Lamb. verba flagitantes vos ante Pop. Rom. desid. ponuntur.—3 MSS. aliqui, Man. Steph. et Beck. ea habet conc. probante Garaton. non probante Orellio. In C H χ, Ms. Franc. et edd. vett. plerisque ea facit conc.: ed. 1472. ea fecit contentiones: Ms. Barb. ea facit contentiones. In Ms. Erf. verba eas (aut ea) hab. conciones desunt. In Ms. Car. Steph. legitur suas habet conciones. Statim post, idem Ms. habet eas miscet ac turbat: ea misc. ea turb. habent χ, Ms. Franc. Barb. edd. 1472. 1480. Junt. Wald. et Græv. improbante Garaton.—4 Lamb. ita edidit, ex uno Ms. ut se modo his, modo vendat illis. Eum sequuntur Oliv. et Orellius. Manutius conjectit ut modo se venditet his, modo illis, quod probat Grævius; ut modo vendat illis Græt. ut sese vendat illis Junt. Pantagathus conjectit ut modo se vendat his, modo illis. Ursinus in MSS. esse ait ut modo venditet illis, quod Græv. recepit. Lallemand. dedit ut modo his, modo se venditet illis. Ms. Puce. ut sese vendat illis. Ed. Gryph. 1550. ut modo his sese vendat, modo illis. C H S U χ ut modo vendat illis: T non modo vendat illis. Mox ita post tamen deest in T U χ.—5 Ms. Franc. edd. 1472. 1480. et Aseens. laudatum: Ms. Erf. et Barb. laudatorem: (in Barb. marg. adscriptum laudatum) C χ ψ, ed. Rom. Ven. 1483. et Med. laudationem.—6 In C legitur quod. Mox pro aliud? illos, in C H, et Ms. Franc. legitur at illos: et pro homines, Schutz. ex auctoritate unius Ms. Franc. dedit viros. Verba quid enim ... miror in T U χ, et ed. 1472. desunt. —7 Verbum quenquam omittitur in T, Ms. Franc. edd. 1472. et 1480. Delebit Græv. improbante Garaton. Mox saepe, quod olim ante meritum legebatur, delebit Græv. cum edd. seqq. deest etiam in C H T U χ, Ms. Franc. et Barb. et edd. ante Nangerium.—8 Ern. susp. tam ante facile excidisse. Post pro deinde, ed. 1472. dein.—9 C H U χ ψ, Ms. Car. Steph. Barb. et edd. ante Nang. si exist. Ms. Franc. si sic exist. Mox in ψ legitur tam pro tamen. —10 Illius furentes ac volaticos Ms. Car. Steph. aliquot Pall. Erf. Barb. ed. 1472. Herv. Græv. Wolf. Beck. Schutz. et Orellius: illius furentes ac violentos*

Atque ex hac nimia nonnullorum alienatione, et quibusdam harentia tela in republica,<sup>11</sup> quæ quamdiu hærebant in uno me, graviter equidem, sed aliquanto levius ferebam. An iste,<sup>y</sup> nisi primo se dedisset<sup>12</sup> iis,<sup>z</sup> quorum animos a vestra auctoritate sejunctos esse arbitrabatur;<sup>13</sup> nisi eos in cœlum<sup>a</sup> suis laudibus præclarus auctor extolleret; nisi exercitum<sup>14</sup> C. Cæsar, (in quo fallebat,<sup>15</sup> sed eum nemo redarguebat) nisi eum, inquam, exercitum signis infestis<sup>b</sup> in curiam se immissurum minitaretur; nisi Cn. Pompeio adjutore, M. Crasso auctore, quæ faciebat, facere clamaret; nisi consules<sup>c</sup> causam conjunxisse secum, in quo uno non mentiebatur, confirmaret; tam crudelis mei, tam seelatus reipublicæ vexator esse potuisset? xxiii. 48. Idem, posteaquam respirare vos a metu cædis, emergere auctori-

habent Lamb. Oliv. et Lall. In Pall. quibusdam est *illius furentis ac violenti cos. impetus.* In C H, Ms. Franc. edd. Rom. et Venet. 1483. scribitur *ill. fur. ac viol. consulis imp.* In Pal. 9. fuit *furentis ac violari quos imp.* Ed. Ven. 1480. *ac violentis imp.* In C H S U χ *furentis:* (ergo T ψ *furentes* confirmant, et tres habere *violentos* videntur) C S *violentis:* χ *violati eos.*—11 Lall. Beck. Schutz. et Orell. ex Manut. conjectura, scribunt *ex hac nimia nounull. alien. a quibusdam harent ea tela in rep.* probante Garaton. Lambinus ita edidit: *atque ex hac a me nonnull. alien. et quibusdam occulis odiis harent etiam tela in rep.* Wolf. dedit *a quibusdam: sed harentia tela reliquit.* Legebatur antea, *atque ex hac nonnull. alien. et quibusdam harentia tela in rep.* Ern. vult deleri *et,* (quod et a Junt. abest) et deinde scribi *quibusdam harent jam tela in rep.* In MSS. Franc. et Pucc. est *a quibusdam.* Vide Nott. Varr. *Pro republica in H legitur rempublicam.*—12 *Dedidisset* legitur in edd. P. Manut. Car. Steph. Lamb. et Wolf. Probat Lambinus conjecturam *se vendidisset.*—13 In C H S T U χ, MSS. Franc. Erf. edd. vett. et Græv. *arbitrabamur, quod verbum defendit Ferratius.* MSS. Barb. edd. Rom. et Brix. *arbitramur.*—14 χ *exercitu. Mox prænomen C. in χ deest.*—15 Post *fallebat in Naug.* Lamb. et nonnullis edd. vett. addebat *multos.* Ms. Franc. *in quo fallebatur.* Statim post, *eum ante inquam in χ deest.*

## NOTÆ

<sup>y</sup> *An iste]* Tempus indicat a quo ipse pulsus est.

<sup>z</sup> *Nisi se dedisset iis]* Intelligit Pompeium, Cæsarem, et Crassum; cum enim essent inter se conjunctissimi, ab auctoritate senatus et repub. recesserant: eos autem hic oblique carpit.

<sup>a</sup> *Nisi eos in cœlum, &c.]* Clodius Pompeium, cum reliquis, laudabat

tum, cum tribunus plebis erat.

<sup>b</sup> *Signis infestis]* Minitabatur Clodius se immissurum exercitum ad perdendam senatus auctoritatem si non abiret Cicero.

<sup>c</sup> *Consules]* Pisonem et Gabinum intellige, quorum auctoritate et anxiolio se facere omnia Clodius jactitabat; in quo solum vernm dicebat, et in aliis omnibus mentiebatur.

tatem vestram e fluctibus<sup>16</sup> illius servitutis, reviviscere<sup>17</sup> memoriam ac desiderium mei vidit, vobis se cœpit subito fallacissime venditare. Tum leges Julias<sup>d</sup> contra auspicia latae, et hic, et in concessionibus dicere: in quibus legibus inerat curiata illa [lex],<sup>e</sup> quæ totum ejus tribunatum continebat; quam cæcus amentia non videbat. Producebat fortissimum virum, M. Bibulum: quærebat ex eo, C. Cæsare<sup>18</sup> leges ferente,<sup>f</sup> de cœlo semperne servasset?<sup>g</sup> semper se ille servasse dicebat. Augures<sup>h</sup> interrogabat, quæ ita lata essent, rectene lata essent? illi vitio<sup>19</sup><sup>i</sup> lata esse dicebant. Ferebant in oculis<sup>k</sup> hominem quidam boni viri,<sup>i</sup> et de me optime meriti; sed illius, ut ego arbitror, furoris ignari.

<sup>i</sup> Cum defectu.<sup>k</sup> Probabant aperte.

CAP. XXIII. 16 χψ et Lamb. habent *a fluct.* Mox pro *illius*, MSS. OXX. Erf. edd. Lamb. Grat. Lall. et Oliv. habent *illis*.—17 Lamb. conjectit *reviviscere*. Paulus post, *fallacissime abest CS*: et *pro venditare* C habet *rendicare*. Dein in ante quibus omittit ψ.—18 Pro *Cæsare* H *cæsa*.—19 C H *jure*: Ms. Franc. *nullo vitio*. Mox pro *quidam* C habet *quidem*: et paulo post C H

## NOTÆ

<sup>d</sup> *Leges Julias*] Leges, quæ a Julio Cæsare latae fuerant, in quibus ejus adoptio continebatur, nullas esse dicebat, quia contra auspicia factæ sunt.

<sup>e</sup> *Curiata illa lex*] Si hæc lex, quæ de ejus adoptione lata fuerat, non valueret, corruebat totus Clodii tribunatus; quia enim e patriciis esset, non poterat ad tribunatum, qui plebeis tantum dabatur, aspirare. Porro lex enriata dicebatur, quæ in comitiis enriatis a toto populo ferebatur. Postea vero non a toto populo, sed a triginta lictoribus, ad speciem atque usurpationem vetustatis; hoc est, ad triginta veteres curias representandas constitutis, jubebatur. Vide *Livium*, lib. ix.

<sup>f</sup> *Cæsare leges ferente*] Cum Cæsar ferret leges illas de Clodii adoptione, collega ejus Bibulus obnuntiavit; at

armis a Cæsare e foro pulsus fuit, Plutarch. in vita Cæs.

<sup>g</sup> *Semperne servasset*] Petebat Claudius a Bibulo, an, dum Cæsar leges proponeret, auspicia semper observasset. Servare autem de cœlo est, nuntiare aut pluisse, aut intomuisse, atque adeo diruptum esse auspicium: qua obnuntiatione facta, si quis tam in re cœpta persisteret, id contra auspicia fieri dicebatur.

<sup>h</sup> *Augures*] Ad augures pertinuit, ex cantu, volatu avium, aut ex pulorum tripudiis, futura præsagire; de prodigiis, somniis, portentis, oraculis, responsa dare; quidque per ea rei publicae portenderetur.

<sup>i</sup> *Quidam boni viri*] Cato, Favonius, Marcellus, Hortensius, et Domitius, quibus Pompeii et Cæsaris potentia non placebat, favere Clodio videbantur.

Longius processit: in ipsum Cn. Pompeium, auctorem (ut prædicare est<sup>20</sup> solitus) consiliorum suorum, invehī cœpit: inibat gratiam a nonnullis. 49. Tum vero est ratus, se posse, quoniam<sup>1</sup> togatum<sup>k</sup> domestici belli extinctorem nefario scelere fœdasset, illum etiam, illum externalorum bellorum, hostiumque victorem, affligere:<sup>1</sup> tum est illa in templo Castoris scelerata et pæne deletrix hujus imperii sica deprehensa: tum ille, cui nulla hostium diutius urbs unquam fuit clausa,<sup>2</sup> qui omnes angustias, omnes altitudines, omnium objecta tela, semper<sup>3</sup> vi et virtute perfregit, obscessus est ipse domi;<sup>m</sup> meque nonnulla imperitorum vituperatione timiditatis mæ, consilio et facto suo, liberavit. Nam, si Cn. Pompeio, viro uni omnium fortissimo, quicunque nati sunt, miserum<sup>4</sup> magis fuit, quam turpe, quamdiu ille tribunus plebis fuit, lucem non aspicere, carere publico, minas ejus perferre; cum in concionibus diceret, velle se in Carinis<sup>n</sup> aedificare alteram porticum, quæ Palatio responderet; certe mihi exire domo mea, ad privatum dolorem fuit luctuosum, ad rationem reipublicæ glriosum.

XXIV. 50. Videtis igitur,<sup>s</sup> hominem per seipsum jam prius afflictum ac jacentem, perniciosis optimatum discor-

---

U x habent illi pro illius.—20 Erat conjecit Ern. Dein pro Tum x ψ Tunc.—  
 1 Ms. Erf. edd. Græv. Beck. Schutz. et Orell. (nisi quod Schutz. retinuit quoniam) hunc locum ita habent: *Tum vero elatus spe, posse se, quo modo tog. probantibus Garaton. et Wolf.* Ms. Car. Steph. habet *Tum vero elatus esse, posse se, quomodo tog. &c.*—2 x causa fuit. Lamb. ita edidit: *cui nulla urbs hostium diutius unquam clausa fuit.*—3 Lamb. hunc locum sic dedit: *omnes altitudines montium objectas, semper.* Mox pro est ipse Lamb. dedit ipse est.—  
 4 C H S T U x, Ms. Barb. et edd. vett. miserrimum. Paulo post x habet duceret pro diceret. Deinde mihi et mox mea x absunt.

## NOTÆ

<sup>k</sup> *Togatum*] De se Cicero loquitur, qui bellum Catilinarium extinxit.

<sup>l</sup> *Victorem affligere*] De Pompeio dicit, cum in templo Castoris hominem armatum sica collocavit ad eum interficiendum.

<sup>m</sup> *Obscessus est domi*] Pompeius, ab eo tempore quo voluit ex insidiis cum occidere vir ille deprehensus eum sicea, caruit publico, seque domi con-

tinuit, ut dicitur in Orat. pro Milone.

<sup>n</sup> *In Carinis*] Carinæ vicus fuit Romæ, ubi Pompeii domus fuit. Varro Carinas dici ait, quod hinc oriretur caput Sacrae Viæ; caput epim Græce Κάρα dicitur. Minatus autem fuerat Pompeio Clodins, idem in dominum ejus facturum, quod in Ciceronis fecisset.

diis excitari: cuius initia furoris, dissensionibus<sup>o</sup> corum, qui tum a vobis sejuncti videbantur, sustentata sunt. Reliqua jam præcipitantis tribunatus,<sup>l</sup> etiam<sup>6</sup> post tribunatum, obtrectatores eorum<sup>p</sup> atque adversarii defenderunt: ne a republica reipublicæ pestis removeretur, restiterunt: etiam, ne causam diceret:<sup>q</sup> etiam, ne privatus<sup>r</sup> esset. Etiamne in sinu<sup>s</sup> atque in deliciis quidam optimi viri viperam illam venenatam ac pestiferam<sup>s</sup> habere potuerunt? quo tandem decepti munere? Volo, inquiunt;<sup>t</sup> esse, qui in concione detrahat de Pompeio. Detrahat ille vituperando? Velim sic hoc vir summus<sup>t</sup> atque optime de mea salute meritus<sup>u</sup> accipiat, ut a me dicitur: dicam quidem certe, quod sentio.<sup>v</sup> [p. 256.] Mihi (medius fidius) tum de illius amplissima dignitate detrahere, cum maximis laudibus efferebat, videbatur. 51. Utrum tandem<sup>w</sup> C. Marius splendidior, cum eum C. Glaucia<sup>x</sup> laudabat, an cum eundem iratus

<sup>z</sup> Finem ejus tribunatus.

---

CAP. XXIV. 5 In C S ergo.—6 In C χψ et. Mox pro reipublicæ C H S T χ habent a. <sup>o</sup> Num fortasse in iis fuit peste? Beck. Statim post, in C legitur restituerunt pro restiterunt. H U χ, Ms. Franc. et ed. 1472. ante causam addunt mean.—7 C H T U χψ senatu. Dein pro quidam, C quidem. In edd. nonnullis optimi quidam viri. Postea decepti Wolfio, et munere Ern. suspecta sunt.—8 Inquit edidit Lamb. Dein pro Velim sic C χ habent Velim si: et pro hoc, χψ hæc.—9 Ms. Franc. et ed. 1472. ante meritus addiderunt optime: et quidem, paulo infra, C H T U χψ abest.—10 U quid sencio. Mox, ante maximis voc. illum addiderunt Wolf. Beck. Schmitz. et Orellius. Porro Grævins, e χψ, Ms. Erf. Barb. et duabus edd. legit efferri videbatur. Junt. loenni sic edidit: detraheret, quam quum illum maximis laudibus efferret videbatur.—11 Iu χ tum. Paulo infra in χ legitur Gaius Glaucia, in ψ Gratus Glaucia.

#### NOTÆ

<sup>o</sup> Dissensionibus] Dissidebant inter se Pompeius, Crassus, et Cæsar; et eorum dissensiombus ntebatur Clodius ad omnia in republ. permiscenda.

<sup>p</sup> Obtrectatores eorum] Scilicet Bibulus, Cato, Domitius.

<sup>q</sup> Ne causam diceret] Prohibnerunt ne judicium fieret de eo, cum a Milone de vi apud Lentulum accusaretur.

<sup>r</sup> Ne privatus] Hoc ad ædilitatem refertur, quam statim post tribuna-

tum suum obtinuit. Nam qui erant in dignitate accusari non poterant.

<sup>s</sup> Ac pestiferam] Miratur repertos esse, qui Clodio faverent, quem pestiferam viperam vocat, quia vim omnibus inferebat; qua de causa a Milone de vi accusatus est.

<sup>t</sup> Vir summus] Papirium indicat, qui adversari Pompeo videbatur.

<sup>u</sup> C. Glaucia] Prætor Glancia amicitiam habuit cum consule Mario prium; deinde inimicus ejus fuit et

postea vituperabat? an ille demens, et jampridem ad pœnam exitiumque præceps,<sup>m</sup> foedior atque inquinatior in Cn. Pompeio accusando, quam in universo<sup>12</sup> senatu vituperando fuit? quod quidem miror, cum alterum gratum sit iratis,<sup>v</sup> alterum esse<sup>13</sup> tam bonis civibus non acerbum. Sed, ne id viros optimos diutius delectet, legant hanc ejus concessionem, de qua loquor: in qua Pompeium ornat, an potius deformat? Certe laudat, et unum<sup>14</sup> esse in hac civitate dignum hujus imperii gloria dicit: et significat, se illi amicissimum esse, et reconciliationem esse gratiæ factam. 52. Quod ego quanquam, quid<sup>15</sup> sit, nescio; tamen hoc statuo, hunc, si amicus esset Pompeio, laudaturum illum non fuisse. Quid enim, si illi<sup>16</sup> inimicissimus esset, amplius ad ejus laudem minuendam<sup>x</sup> facere potuisset? Videant ii,<sup>y</sup> qui illum Cn. Pompeio inimicum<sup>17</sup> esse gaudebant, ob eamque causam in tot tantisque sceleribus connivebant,<sup>18</sup> et nonnunquam ejus indomitos atque effrænatos furores plausu etiam suo prosequabantur, quam se cito inverterit: nunc enim jam laudat illum; in eos invehitur,

<sup>m</sup> Ruen.

—12 Verba *quam in univ. in C x ψ omittuntur*.—13 In C legitur *esset*. Statim post, pro *civibus ψ omnibus*.—14 In *x virum*. Verbum *dignum* paulo infra deest in Ms. Erf. et *gloria* omittitur in C H S T U x, Ms. Franc. Barb. et edd. *omnibus* ante Junt. Hoc verbum delendum pntavit Ern. Mox Lamb. edidit *esse amicissimum*.—15 In H U x legitur *quis*: et pro *hoc statuo x* habet *haec statuo*. Verbum *sic*, ante *si amicus*, excidisse putat Grav. probante Ern. Pro Pompeio H Pompeius.—16 Post *illi* voc. certe addiderunt C H. Paulo post, pro *ejus x cam*.—17 Ms. Franc. et ed. 1472. illum Pompeium *inimicum*. Prænomen Cn. in C T U x deest.—18 x, Ms. Car. Steph. Erf. Franc. Barb. et ed. 1472. *contuebantur*: H, edd. Rom. Venet. 1480. et Mediol. *continebantur*: C et ed. Venet. 1483. *continebant*. Paulo infra pro

#### NOTÆ

reip. et interfictus cum Saturnino. Probat autem exemplis improbi laudem in vituperatione esse.

<sup>v</sup> *Gratum sit iratus*] Ait se mirari Cicero, quod hominibus iracundis gratum fuerit Pompeium a Clodio vituperari; et senatum vituperari, bonis civibus acerbum non fuerit.

<sup>x</sup> *Ad ejus laudem minuendum*] Non

poterat melius imminuere Pompeii laudes, quam illas celebrare; quia gloriosum non est laudari ab improbo homine.

<sup>y</sup> *Videant ii*] Illos alloquitur Cicero, quibus facta Clodii prohantur, ut videant, ne, si Clodius reconciliet se cum Pompeio, fretus ejus auctoritate iterum in senatum insurgat.

quibus se antea venditabat. Quid existimatis, eum, si reditus ei gratiæ<sup>19</sup> patuerit, esse facturum, qui tam libenter in opinionem gratiæ irrepatur? xxv. 53. Quas ego alias<sup>20</sup> optimatum discordias a Diis immortalibus definiri putem? nam hoc quidem verbo neque P. Clodius, neque quisquam de gregalibus<sup>a</sup> ejus, aut de consiliariis designatur. Habent Etrusci libri certa nomina, quæ in id genus civium cadere possunt.<sup>1</sup> ‘Deteriores, repulsos,’ [quod jam audietis] hos appellant, quorum et mentes et res sunt perditæ, longeque a communi salute disjunctæ. Quare, cum Dii immortales monent de optimatum discordiis,<sup>2</sup> de clarissimorum et optime meritorum civium dissensione prædicunt: cum principibus periculum cædemque portendunt, in tuto collocant Clodium,<sup>b</sup> qui tantum abest a principibus, quantum a puris, quantum a religiosis. 54. Vobis, o clarissimi<sup>c</sup> atque optimi cives! et vestræ saluti, consulendum et prospiciendum vident. Cædes principum ostenditur:<sup>b</sup> id, quod interitum optimatum sequi necesse est, adjungitur: ne<sup>d</sup> in unius imperium res recidat, admonemur. Ad quem me-

<sup>a</sup> Nihil portendunt ei mali.



*effrænatos in C legitur renatos.*—19 Lambinus, e conjectura, edidit *in gratiam.* Mox pro *irrepat*, C H T U χ ψ *increpat*.

CAP. XXV. 20 Alias in T deest.—1 Ms. Franc. possint. Paulus infra pro *quod jam audietis*, in Car. Steph. Lamb. et Grut. legitur *quos jam aud.* Haec tria verba Ern. spuria videntur. Pro *audictis* in Ms. Franc. *audistis*.—2 C H S χ, Ms. Car. Steph. et ed. Nang. *discordia*. Verba et optime meritorum desunt in Ms. Car. Steph. unde Garaton. conjicit olim lectum esse et meritorum. Mox pro *paris* in Ms. Car. Steph. *pueris*.—3 O in T omittitur: pro verbo seq. χ habet *carissimi*: et mox in C legitur *perspicendum*.—4 Verba *id quod ... necesse est* in χ, Ms. Franc. et ed. 1472. desunt. *Adjungitur; etiam ne Junct.* Lamb. et Grut. *Adjungitur etiam; ne Graev.* In Ms. Car. Steph. voc. *ne* omittitur. Mox pro *unius* T habet *hujus*. Dein in H S χ, et Junct. *decidat*:

#### NOTÆ

<sup>z</sup> *Quas ego alias*] Quærerit de quibus aliis discordiis optimatum loqui Deos potest per tot prodigia quæ facta sunt: non sane de Clodii; quia optimates viri boni sunt. At Clodius sceleratus est; et qui eum sequuntur, improbi.

<sup>a</sup> *De gregalibus*] Gregales de iis Delph. et Var. Clas.

dicuntur, qui ex eodem grege sunt. Tales vocat Clodianos ad contumum.

<sup>b</sup> *Cædes principum ostenditur*] Ait Cicero per hæc prodigia indicari cædes principum reipub. et periculum ne in unius potestate tota recidat.

tum si Deorum monitis non duceremur,<sup>5</sup> tamen ipsi nostro sensu conjecturaque raperemur. Neque enim ullus alius<sup>c</sup> discordiarum solet esse exitus inter claros et potentes viros, nisi aut universus interitus, aut victoris dominatus, aut regnum. Dissensit cum Mario, clarissimo cive, consul nobilissimus et fortissimus, L. Sulla.<sup>d</sup> Horum uteque ita cecidit victus, ut victor idem regnaverit.<sup>6</sup> Cum Octavio collega Cinna<sup>e</sup> dissedit: utriusque<sup>f</sup> horum secunda fortuna regnum est largita, adversa mortem. Idem iterum Sulla superavit: tum<sup>g</sup> sine dubio habuit regalem potestatem, quanquam rempublicam recuperavit. 55. Inest hoc tempore haud obscurum odium,<sup>9</sup> atque id insitum penitus, et inustum animis hominum amplissimorum: dissident principes: captatur occasio.<sup>f</sup> Qui non tantum opibus valent, nescio quam fortunam tamen ac tempus expectant. Qui sine controversia plus possunt, hi fortasse<sup>10</sup> nonnun-

*T recidat.* Sequens verbum Lamb. edidit *monemur*.—5 Verba ad quem ... *duceremur* C absunt. Dein pro *ullus* in χ legitur *ullius*: porro idem Ms. habet *potentis* pro *et potentes*.—6 Ern. susp. *reguaret*.—7 *Dissensit: utrisque* Junct. Grut. Verb. Lall. et Oliv. *dissensit*: *utriusque* MSS. aliqui et Græv. In Ms. Franc. est *discedit*: in eodem Ms. et ed. 1472. *utrisque eorum*.—8 In χ et Ms. Franc. *tamen*. Statim post *recuperarit* edidit Lambinus.—9 *Odium χ abest*, ut mox τὸ id. *Pro dissident χ assident*.—10 Ms. Franc. *ii fort.* Lambi-

## NOTÆ

<sup>c</sup> *Neque enim ullus alius]* Dissensiones quæ inter principes oriuntur hunc habere solent exitum, nempe aut ut tota respub. pereat; aut ut, qui victor est, dominetur, aut ut regni imperium sibi assumat; quod maxime Romanis invisum erat.

<sup>d</sup> *Dissensit cum Mario Sulla]* Marins plebis partes, Sulla nobilitatis secutus est. Sulla rerum potitus est.

<sup>e</sup> *Cum Octavio collega Cinna]* Octavius et Cinna collegæ in consulatu fuerunt. Cinna de partibus Marianis fuit: hic legem tulit ut novi cives cum veteribus ferrent suffragium; quod in eorum gratiam faciebat, qui Marium suis suffragiis extin-

lerant. Ob hoc Octavins collega comotus, Cinnam, annitentibus veteribus civibus, in exilium compulit. Pulsus igitur Cinna cum vagaretur, venit in Africam, ubi Marins inops erat: confecto exercitu, ambo ad urbem rediere, ubi Octavius, Sullæ satelles, et Cinna, propter crudelitatem, a suis occisus est. Marius Carbonem sibi adjunxit, contra quos Sulla exercitum duxit, a quo ille superatns est. Sulla victor crudeliter sæviit in cives, ac possedit ipse rempub. ac se talem præbuit, ut Cinnana et Mariana (quod ultimum erat) dominatio quæreretur.

<sup>f</sup> *Captatur occasio]* Quæritur occasio aliquid in repub. moliendi.

quam consilia ac sententias inimicorum suorum extimescunt. Tollatur haec<sup>11</sup> e civitate discordia: jam omnes isti, qui portenduntur metus, exstinguentur: jam ista serpens,<sup>g</sup> quæ tum hic delitescit, tum se emergit et fertur illuc,<sup>12</sup> compressa atque elisa morietur. XXVI. [p. 257.] Monent enim<sup>13</sup> iidem,<sup>b</sup> ne occultis consiliis respublica lœdatur. Quæ sunt occultiora,<sup>14</sup> quam ejus, qui in concione ausus est dicere, justitium<sup>i</sup> edici oportere, jurisdictionem intermitti, claudi ærarium, judicia tolli? nisi forte existimatis, hanc tantam colluvionem illi,<sup>15</sup> tantamque eversionem civitatis, in mentem subito in Rostris<sup>k</sup> nec cogitanti venire potuisse. Est quidem ille<sup>16</sup> plenus vini, stupri, somni, plenusque inconsideratissimæ ac dementissimæ temeritatis: verumtamen nocturnis vigiliis, etiam<sup>17</sup> coitione hominum, justitium illud concoctum ac meditatum est. Mementote, patres con-

\*\*\*\*\*

nus e MSS. edidit *ei fort.* quod etiam in Ms. Barb. fuit a prima manu, atque inde factum est *et fort.* ut etiam in vett. edd. legitur.—11 Verbum *haec* H S T U χ, Ms. Barb. ed. Rom. et utraque Ven. abest. Ms. Franc. habet *hic*.—12 Lambinus corredit ita: *fertur huc et illuc.* Grævius ita conjectit: *et effert illico.* Mox omnes edd. habent *illisa* præter Ern. qui e Grævii conjectura dedidit *elisa*. Westerhovius ad Ter. Andr. III. 3. 30. ita corredit: *jam ista serpens, quæ nunc hic delitescit, dum se emergit et effert, illico compressa atque elisa morietur.*

CAP. XXVI. 13 Garaton. conjectit *etiam*. Porro T U χ eidem. In edd. Venet. 1480. et Barb. est *eadem*. Mox in H χ legitur *populus lœdatur*.—14 H *excuptiora*. Paulo infra Lambinus edidit, ex edd. nonnullis, qui ausus in *contione* est dicere. C jurisdictionis int.—15 Collusionem illi Lamb. Nec ante *cogitanti* in lib. vett. deesse monet Lambinus, unde ipse conjectit legendum in *Rostris concionandi*. Pro *venire*, χ, Ms. Franc. et ed. 1472. habent *evenire*.—16 Ille quidem Lamb. Pro *temeritatis* in C legitur *civitatis*.—17 C H, et edd. vett. nonnullæ et. Fr. Fabricius observat in nonnullis edd. esse *coactione*. Ms. Barb. *coctione*: Ms. Car. Steph. *concione*: H χ, edd. Rom. et utraque Ven. *contione*. Dein pro *concoctum*, in MSS. quibusdam, Junt. Lamb. et Grut. *lege*.

#### NOTÆ

<sup>g</sup> *Ista serpens*] Clodius designatur per allegoriam: vult autem ostendere, quod in senatu delitescat ille, et mentem occultet suam, et eam palam aperiat in foro.

<sup>b</sup> *Monent iidem*] Haruspices monent ut prospiciatur ne quis remptectis et occultis consiliis lœdat. Hoc monitum interpretatur Cicero

de Clodio, qui ausus est dicere, &c.


<sup>i</sup> *Justitium*] Justitium est juris dicens intermissio, quæ in publico luctu, et insigni aliqua reipub. calamitate fieri solet.

<sup>k</sup> *In Rostris*] De his dictum est Orat. pro Lege Manil. § 1. not. Ibi aedilis concionari ad populum poterat.

scripti, verbo illo nefario tentatas aures vestras,<sup>18</sup> et perniciosa viam, audiendi consuetudine, esse munitam.

56. Sequitur illud, ‘Ne deterioribus repulsisque honos ageatur.’ Repulsi videamus: nam deteriores qui sint, post docebo. Sed tamen in eum<sup>19</sup> cadere hoc verbum maxime, qui sit unus omnium mortalium, sine ulla dubitatione, deterrimus, concedendum est. Qui sunt igitur repulsi? non, ut opinor, ii, qui aliquando honorem, vitio civitatis, non suo, non sunt<sup>20</sup> assecuti; nam id quidem multis saepe optimis civibus<sup>1</sup> atque honestissimis viris accidit. Repulsi sunt ii, quos ad omnia progredientes, quos munera contra leges gladiatoria parantes,<sup>1</sup> quos apertissime largientes, non solum alieni, sed etiam sui, vicini, tribules,<sup>m</sup> urbani, rustici repulerunt. Hi ne honore ageantur, monemur. Debet esse gratum, quod prædicunt:<sup>n</sup> sed tamen huic malo populus Romanus ipse, nullo haruspicum admonitu,<sup>2</sup> sua sponte prospexit. 57. Deteriores cavete;<sup>o</sup> quorum quidem magna est natio: sed tamen<sup>3</sup> eorum omnium hic dux est atque princeps. Etenim, si unum hominem<sup>4</sup> deterrium poëta præstanti aliquis ingenio fictis conquisitisque vitiis deformatum<sup>o</sup> vellet inducere; nullum profecto dedecus reperire posset, quod in hoc non

<sup>o</sup> *Depictum.*



batur *conceptum*. Vide Nott. Varr.—18 Lamb. edidit *vestras aures* (*s. aureis*) *tentatas*. Pro *vestras*, C χ *ψ nostras*.—19 In C *meum*. Verbum *unus* paulo post in χ deest.—20 In C *sint*. Verba *non ut . . . Repulsi* χ absunt.—1 In *gladiatorialis parentes*. Mox pro *Hi* in C legitur *Ii*: et pro *prædicunt*, in H U *prædicant*.—2 *Monitu* Lamb. Statim post, C S χ *perspexit*.—3 Voc. *tamen* C abest.—4 In *ψ legitur hominum*.

## NOTÆ

<sup>1</sup> *Optimis civibus*] Non repulsi haberi debent, qui cum digni sint magistratibus, vitio civitatis repelluntur: non Cato repulsam passus est cum præturam petebat cum Gabinio: sed qui ludos gladiatoriis contra leges exhibent, qui largitiones faciunt ut promoteantur ad magistratus.

<sup>m</sup> *Tribules*] Qui ex eadem tribu sunt, tribales dicuntur.

<sup>n</sup> *Prædicunt*] Quod haruspices prædicunt pluris debet aestimari.

<sup>o</sup> *Deteriores carete*] Aliud haruspicum monitum, quod ad Clodium transfert, qui Deos, patriam, et parentes perdidit.

inesset; multaque in eo penitus desixa atque hærentia prætererit. XXVII. Parentibus, et Diis immortalibus, et patriæ nos primum natura conciliat: eodem enim tempore et<sup>5</sup> suscipimus in lucem, et hoc cœlesti spiritu augemur, et certam in sedem civitatis ac libertatis adscribimur. Iste parentum nomen, sacra, memoriam, gentem, Fonteiano nomine<sup>p</sup> obruit: Deorum ignes,<sup>6q</sup> solia, mensas, abditos ac penetrales focos, occulta, et maribus non invisa<sup>r</sup> solum, sed etiam inaudita<sup>s</sup> sacra, inexpiabili scelere pervertit: idemque earum templum<sup>t</sup> inflammavit Dearum, quarum ope etiam aliis incendiis subvenitur. 58. Quid de patria loquar? qui primum eum civem vi, ferro,<sup>7</sup> periculis, urbe, omnibus patriæ præsidiis<sup>8</sup> depulit, quem vos patriæ conservatorem esse sæpiissime judicaveratis:<sup>9</sup> deinde everso senatus, ut ego semper dixi, comite, duce, ut ille dicebat,<sup>10</sup> senatum ipsum, principem salutis mentisque publicæ, vi, cæde, incendiisque pervertit: sustulit duas leges, Æliam<sup>s</sup> et Fusiam,<sup>11t</sup> maxime reipublicæ salutares: censuram ex-

<sup>p</sup> Non visa.

<sup>q</sup> Non audit.

-----

CAP. XXVII. 5 Copula ante suscipimus in C H S deest. Lamb. edidit et in lucem suscipimus.—6 In C H ignis. In MSS. quibusdam, Junt. Lamb. et Grut. solemnes mensas legitur. Vide Nott. Varr. In ed. 1472. Grævius esse dicit solia, mensas abditas. Ita etiam T U; sed in U, sup. lin. abditos: et idem Ms. paulo post penetrabiles.—7 T U habent in ferro. Pro periculis Guil. conjet terriculis.—8 In x periculis.—9 In C est judicantis: H judicasti: x ψ judicaretis. In MSS. Car. Steph. et Barb. edd. Rom. utraque Ven. Herv. Junt. Naug. et Gryph. legitur judicaveritis, non improbante Garaton. Mox pro everso, C habet eversos. Statim post C H U x, et vett. edd. senatu.—10 Ut ille dicebat, duce Lamb.—11 In edd. nonnullis Fusium. Dein Lamb. edidit

## NOTÆ

<sup>v</sup> *Fonteiano nomine*] Clodius, assumendo nomen Fonteii, a quo adoptatus est, perdidit sacra domestica suæ gentis Clodianæ.

<sup>q</sup> *Deorum ignes*] Ignes significat, qui accendebantur in saeris Bonæ Deæ, quæ polluta sunt a Clodio.

<sup>r</sup> *Earum templum*] Nymphaeum templum intelligit. Unde ipse Cicero Paradoxo 4. in Clodio, ‘Ædes Nymphaeum tua manu deflagravit.’

<sup>s</sup> *Æliam*] Legem tulit de comitiis Q. Ælius consul cum M. Junio an. 586. ut quoties cum populo ageretur, augures de celo servarent; magistratus et obonitiandi, id est, denuntianti, agi per Jovem non licere, et legislationi intercedendi potestatem haberent. Nam cum lex ferretur, augures de celo servabant; magistratus, si quid observatum erat, quo impediri comitia possent, nuntiabant.

stinxit: <sup>u</sup> intercessionem removit: <sup>v</sup> auspicia delevit: <sup>x</sup> consules, sceleris sui socios, ærario, provinciis, exercitu armavit: reges, qui erant, vendidit; qui non erant, appellavit: <sup>y</sup> Cn. Pompeium vi,<sup>z</sup> ferro, domum compulit: imperatorum monumenta<sup>z</sup> evertit: inimicorum domos<sup>a</sup> disturbavit: vestris monumentis<sup>b</sup> nomen suum inscripsit. Infinita sunt scelera, quæ ab illo in patriam sunt edita. Quid, quæ<sup>13</sup> in singulos cives, quos necavit? socios, quos diripuit? imperatores,<sup>c</sup> quos prodidit? exercitus, quos tentavit? 59. Quid vero? ea,<sup>14</sup> quanta sunt, quæ in ipsum se scelera, quæ in suos edidit! quis minus unquam pepercit hostium castris, quam ille<sup>15</sup> omnibus corporis sui partibus? quæ navis unquam in flumine publico tam vulgata omnibus, quam istius ætas fuit? quis unquam nepos<sup>d</sup> tam libere est cum scortis, quam hic cum sororibus volutatus?<sup>16</sup>



*emovit pro removit.*—12 *Voc. vi deest in C T U x.* Paulo infra, *domum H omittit.*—13 *C H S U x ψ quæque:* Ms. Franc. *quid quæque.*—14 In *H* legitur et. Mox in *ψ* se deest. *Quæ scelera in ipsum* in Ms. Franc. legitur. *In se ipsum* Junt. Lamb. Wolf. Beck. et Orell.—15 *Iste Lamb.* probante Garaton.—

#### NOTÆ

<sup>t</sup> *Fufiam]* Tulit P. Furius, sive Fufius consul cum Sexto Attilio, anno urbis 616. ut certis diebus, qui tamen fasti essent, agi cum populo non licet.

<sup>u</sup> *Censuram extinxit]* Tulerat ne quem censores in legendo senatu præterirent, neve qua ignominia afficerent, nisi accensatum apud eos, et ntriusque sententia condemnatum.

<sup>v</sup> *Intercessionem removit]* Licebat collegæ contra seditiones cives intercedere, cum quid ab alio in illorum gratiam factum fuerat; quod lege Aelia, et Fufia confirmabatur.

<sup>x</sup> *Auspicia delevit]* Tulit Clodius, ne quis per eos dies quibus cum populo agi liceret, de cœlo servaret.

<sup>y</sup> *Appellavit]* Brogitarum Gallo-græcum regem appellavit, et Ptolemaeum, regem Cypri, præconi subjec-

tit. Vide *Orat. pro Dom.* § 52. not.

<sup>z</sup> *Imperatorum monumenta]* Q. Ca-tuli porticum, Ciceronis domo vici-nam, evertit. Vide supra.

<sup>a</sup> *Inimicorum domos]* Ciceronis domum evertit, de qua fusius in orat. superiori.

<sup>b</sup> *Vestrīs monumentis]* Significat domum suam, quæ diruta est a Clodio, et quæ publicis sumtibus restaurata fuit.

<sup>c</sup> *Imperatores]* Cum Lucullus facile posset Mithridatem opprimere, ab exercitu suo derelictus, nihil profecit: fuere autem legiones, quæ pri-mum sub Valerio Flacco, postea sub Flavio Fimbria meruerunt, quæ, a Clodio solicitatae, imperatorem sequi noluerunt.

<sup>d</sup> *Nepos]* Nepos profligatus ganeo est, et decoctor.

[p. 258.] quam denique tam immanem Charybdim<sup>e</sup> poëtæ singendo exprimere potuerunt, quæ tantos exhaustire gurgites posset,<sup>f</sup> quantas iste Byzantiorum<sup>f</sup> Brogitarorumque<sup>g</sup> prædas exsorbuit? aut tam eminentibus canibus<sup>h</sup> Scyllam, tamque jejunis, quam, quibus istum videtis, Geliliis,<sup>i</sup> Clodiis, Titiis, Rostra ipsa mandentem?

60. Quare (id quod<sup>j</sup> extreum est in haruspicum responsis) ‘Providete, ne reipublicæ status commutetur.’ Etenim vix hæc, si undique fulciamus, jam labefacta,<sup>k</sup> vix, inquam, innixa in omnium nostrum humeris cohærebunt. **XXVIII.** Fuit quondam ita firma hæc civitas, et<sup>l</sup> valens, ut negligentiam senatus, vel etiam injurias civium ferre posset. Jam non potest. *Ærarium nullum*<sup>m</sup> est: vectigalibus non fruuntur,<sup>i</sup> qui redemerunt: auctoritas principum cecidit: consensus ordinum est divulsus: judicia perierunt: suffragia descripta<sup>n</sup> tenentur<sup>k</sup> a paucis: bonorum

\* *Vacuum.*

---

16 Ante volutatus H S χ addunt est.—17 In C H χ ψ est possit: et in χ quantus.—18 T Bizanticorum Hermachochiorumque: U bitanicorum brogitarorumque: ed. 1472. Biranticorum hermachochiorumque. Pal. 9. Gemb. et Erf. pro postremo vocabulo Largitanorumque: Ms. Barb. Borgitatorumque. Pro exsorbuit in Ms. Franc. fuit exorbiuit. Mox, Imminentibus Marcellandi suspicio.—19 Pro Geliliis C S χ ψ habent Gellis. Mox C U Clæliis Titiis: T coelisticis: Ms. Viet. Pal. 9. et Erf. Clæliis Titiis. Dein pro mandentem H habet madentem: T χ ψ, ed. Wald. et 1480. mandantem. Gravina conjectat legendum lambentem.—20 In C quidem.—1 In ψ labefactata. Pro inquam, C H S ψ habent unquam: et pro innixa, omnes MSS. Oxon. nixa.

CAP. XXVIII. 2 In C ut. Dein χ habet negligentia.—3 *Districta* in

#### NOTÆ

<sup>e</sup> *Charybdim*] Charybdis locus est periculosus et scopulis plenus in freto Siculo.

<sup>f</sup> *Byzantiorum*] Exules fuerunt illi, quos lege sua Clodius restituit. Vide Orat. pro Domo Sua § 52. not.

<sup>g</sup> *Brogitarorumque*] Brogitars Gallograeci fuit, cui Clodius vendidit Pessinuntiem, ubi fanum Magnæ Matris erat.

<sup>h</sup> *Aut tam eminentibus canibus*] Assclas Clodii canes vocat fame rabi-dos, nempe Gellios, Clodios, et Titios, quibus vorat tribunatum et omnia ci-

vium bona.

<sup>i</sup> *Vectigalibus non fruuntur, &c.*] Licet jam nullum esset in repub. bellicum, tamen dicit publicanos vectigalibus non frui, propter avaritiam et rapinas eorum qui provinciis populi Romani præerant.

<sup>k</sup> *Suffragia descripta [districta] te-nentur*] Dicit suffragia teneri districta; quia tanta erat candidatorum cupiditas, ut pecunia populum corrumperent, ut magistratus assequerentur.

animus ad nutum nostri ordinis<sup>1</sup> expeditus<sup>2</sup> jam non erit: civem, qui se pro patriæ salute opponat invidiæ, frustra posthac requiretis. 61. Quare hunc statum, qui nunc est, qualiscumque est,<sup>3</sup> nulla alia re, nisi concordia, retinere possumus: nam, ut meliore simus<sup>4</sup> loco, ne optandum quidem est, illo impunito; deteriore autem statu ut simus, unus est inferior gradus, aut interitus, aut servitutis; quo ne trudamur,<sup>5</sup> Dii immortales nos admonent, quoniam jam pridem humana consilia ceciderunt. Atque ego hanc orationem,<sup>6</sup> patres conscripti, tam tristem, tam gravem, non suscepissem, non, inquam, nisi hanc personam,<sup>7</sup> et has partes,<sup>8</sup> honoribus populi Romani, vestris plurimis ornamentis mihi tributis deberem, et possem sustinere: sed tamen<sup>9</sup> facile, tacentibus ceteris, reticuisse; sed hæc oratio omnis fuit non auctoritatis meæ, sed publicæ religionis. Mea<sup>10</sup> fuerunt verba fortasse plura: sententiæ quidem omnes haruspicum: ad quos aut referri nuntiata ostenta non convenit, aut eorum responsis commoveri necesse est. 62. Quodsi cetera magis pervulgata nos sæpe et leviora moverunt; vox ipsa Deorum immortalium non mentes omnium permovebit? Nolite enim id putare accidere posse, quod in fabulis sæpe<sup>11</sup> videtis fieri, ut Deus aliquis, lapsus de cœlo,<sup>12</sup> coetus hominum adeat, versetur



C H S, ed. Rom. Ven. 1483. Junt. Lamb. et al. ante Grut. in H tamen marg. *descripta* legitur. In aliquot MSS. Lambinus invenit *descripta*, quod Garaton. præfert.—4 Hoc voc. *expeditus* in C S deest: et mox pro *requiretis*, H habet *requiritis*.—5 Verba *qualiscumque est* C absunt.—6 In χ sumus.—7 In C *detrudanur*.—8 Ursinus e Ms. auctoritate conjectit *actionem*, probante Ern.—9 Non, quin hanc personam legitur in Pal. 9. Ms. Vict. et Erf. Lamb. Beck. Schutz. et Orelli.—10 Pro *partes* χ habet *partis*. In Lamb. *parteis*. Verba *honoribus* populi Romani Grævio glossemata videbantur: et voc. *honoribus* in ψ, Ven. 1480. Rom. et Wald. deest, probante Ern. Garaton. monet, aut legendum *populo Rom. et restris*, &c. aut *restris* delendum esse.—11 Lamb. e conjectura edidit *sed quia*. Pro *sed* Ern. conjectat *tamen*.—12 Verbum *mea* omissit in ψ, Ms. Franc. Barb. et ed. Wald. probante Grævio. χ habet *meæ*. Mox pro *quidem*, in C legitur *idem*: et pro *omnes*, in χ *omnis*.—13 *Sæpe* in χ deest. In χ ψ legitur *videretis*.—14 Pro *aliquis*, MSS. nonnulli ap. Lamb. et Ms. Vict. habent *aliqui*. Statim post, *delapsus cælo* le-

## NOTE

<sup>1</sup> *Nostri ordinis] Senatorii.*

in terris, cum hominibus colloquatur. Cogitate genus sonitus ejus, quem<sup>15</sup> Latinenses nuntiarunt: recordamini illud etiam, quod nondum est relatum, quod eodem fere tempore factus<sup>16</sup> in agro Piceno Potentiae<sup>m</sup> nuntiatur terrae motus horribilis, cum quibusdam multis metuendisque rebus: haec eadem profecto, quae futura<sup>17</sup> prospicimus, impendentia pertimescetis. 63. Etenim haec Deorum immortalium vox, haec pene oratio judicanda est, cum ipse mundus, cum aër atque terrae,<sup>18</sup> motu quodam novo contremiscunt, et inusitato aliquid sono, incredibilique praedicunt. In quo constituenda nobis quidem sunt procurationes,<sup>19</sup> et obsecratio,<sup>20</sup> quemadmodum monemur. Sed faciles sunt preces apud eos, qui ulti nobis viam salutis ostendunt:<sup>n</sup> nostræ nobis<sup>1</sup> sunt inter nos iræ discordiæque placandæ.

*Expiationes.*

---

gitur in Ms. Erf. Beck. Schutz. et Orell. In T U χψ, Ms. Franc. Barb. edd. 1471. 1472. Venn. et Ald. fuit *lapsus e calo*: in C H S, et edd. plerisque ante Lamb. *elapsus e calo*. Lambinus e suis libris dedit *elapsus de calo*. Gruterus, e Pal. 9. et Ms. Vict. edidit *delapsus e calo*, eumque Græv. Oliv. Lall. et Wolf. scenti sunt.—15 In C que. Sequens verbum legitur *Lavinientes* in ed. Junct.—16 In H χψ legitur *factum*. Pro *Potentiae*, Ms. Franc. Pomptino.—17 Voc. *futura* deest in septem MSS. Oxon. Erf. Franc. Barb. et ed. Wald. 1480. Uncis inclusit Beck. Statim post, C H S habent *perspicimus*: T χ *prospicimus*: et in χψ legitur *impudentia* pro *impudentia*.—18 Aër atque terra de Garatoni conjectura habent Wolf. Beck. Schntz. et Orell. *Agri terræ motu* legitur in Jnnt. et Lamb. Ms. Franc. et Barb. atque ed. Ven. 1480. legunt *mundus atque agri cum terræ motu*, &c. Ms. Car. Steph. *mundus cum agri atque terræ motu*, &c. In C H S T U etiam *agri* est pro *aëris*: in χψ igitur *agri*. Mox C T habent *contremescunt*.—19 Lambino hoc verbum depravatum videbatur: itaque maluit *precationes* vel *postulationes* reponi.—20 In H ψ et ed. Lamb. legitur *obsecrationes*. Schottus, Nod. Cie. III. 17. malebat *observationes*. Mox pro *faciles* ψ habet *facile*.—1 In C H χψ *robis*. Panlo infra, pro *inter*, C ψ *intra*.

NOTÆ

<sup>m</sup> *Potentiae*] Potentia urbs Picenorum est, nunc ubi Loretana aedes; ostentis, et terræ motibus, quasi voce sua, pericula prædicere reputandum est.

<sup>n</sup> *Viam salutis ostendunt*] Deos his



M. TULLII CICERONIS  
PRO CN. PLANCIO  
ORATIO XXXI.

---

ARGUMENTUM.

Cum ædilitatem simul petissent Cn. Plancius et M. Junius Laterensis, creatus ædilis est Plancius, Laterensis præteritus. Qua ille ignominia commotus, Plancium ex lege Licinia de sodalitiis, h. e. coitionibus ad corrumpeenda populi suffragia factis, (nam quorum opera tribus corrumpebantur, sodales et sequestres dicebantur: vid. pro Cœlio c. 7.) accusavit, quod inter ambitus crima gravissimum est. In hoc periculo confugit Plancius ad Ciceronem, (quem olim exulem quæstor Macedoniæ complexus erat, omnibusque modis foverat) ut hoc tantum periculum a se depelleret. Itaque Cicero eum hac oratione accurate defendit ad quæsitorem C. Alflium, quem accusator, pro facultate quam lex Licinia dabat, ediderat una cum judicibus reliquis; qui inde judices editicii appellantur. Primis et ultimis quatuordecim capitibus dilinuntur ea, quæ cum in Ciceronem erant dicta, tum in genere totaque vita Plancii reprehensa ab accusatore erant. Reliqua autem oratio, c. 15—27. in ipso accusationis capite refutando versatur.

1. 1. [Ed. Ald. p. 259.] **C**UM propter egregiam<sup>1</sup> et singulariem Cn. Plancii, judices, in mea<sup>2</sup> salute custodienda fidem,<sup>a</sup> tam multos et bonos viros ejus honori<sup>b</sup> viderem

---

CAP. I. 1 Cum per egr. Dresd. Mox in ψ Cn. Pompeii Plancii.—2 In χ 3<sup>c</sup>

NOTÆ

<sup>a</sup> In mea salute custodienda fidem] exilium Cicero, in Macedoniam, ad Cum lego Clodia pulsus fuisse in Plancium perrexit, et cum eo Thes-

esse fautores;<sup>3</sup> capiebam animo non mediocrem voluptatem, quod, cuius officium mihi saluti fuisse, ei meorum temporum<sup>c</sup> memoriam suffragari<sup>d</sup> videbam.<sup>4</sup> Cum autem audirem, meos partini inimicos, partim invidos,<sup>e</sup> huic accusationi esse fautores,<sup>5</sup> eandemque rem adversariam esse in judicio Cn. Plancio, quæ<sup>6</sup> in petitione fuisse adjutrix; dolebam, judices, et acerbe ferebam, si hujus salus ob eam ipsam<sup>7</sup> causam esset infestior,<sup>a</sup> quod is meam salutem atque vitam sua benevolentia, præsidio, custodiaque texisset. 2. Nunc autem vester,<sup>8</sup><sup>f</sup> judices, conspectus et consensus iste reficit et recreat mentem meam, cum intueor et contemplor unumquemque vestrum. Video enim hoc in numero neminem, cui mea salus<sup>g</sup> cara non fuerit;<sup>9</sup> cuius non extet in me suum<sup>10</sup> meritum; cui non sim obstrictus memoria beneficii sempiterna. Itaque non extimesco, ne<sup>11</sup> Cn. Plancio custodia meæ salutis apud eos obsit, qui

<sup>a</sup> Oppugnaretur.

\*\*\*\*\*

*ea, et in χ 1. constituenda leguntur. Panlo post χ 3. habet honore.—3 Fautores* MSS. pauci, et edd. ante Grnt. *faritores* utrobius Teeg.—4 In σ ridebat. Infra, verbum *partim* ante *inimicos* in σ deest.—5 Alii fautores. Verba in *judicio* non agnoscunt H σ.—6 χ 3. habet quem. Mox pro dolebam in C scribitur *deebam*; et pro *si hujus*, in σ χ 3. *si hac*.—7 Ipsam in σ deest, et statim post pro *quod* χ 3. habet quam.—8 In σ videtur. Mox et recreat σ absent.—9 χ 3. habet non cura. Ed. Ven. Junt. et Steph. legunt *non cara fuerit*.—10 *Sunnun* in tribns Oxon. MSS. Erf. Teeg. Lamb. Græv. Weiske, et Orell. Manutio videtur aut abundare *summ*, aut *sumnum* esse reponendum. Mox

#### NOTÆ

salonicam x Kal. Junii venit, ubi enim omnibus humanitatis officiis prosecutus est. Vide epist. ad Att. III. 8. erat enim quæstor in ista provincia.

<sup>b</sup> *Ejus honori]* Ad ædilitatem aspirabat, qua communii omnium suffragio potitus est. Inter honores seu dignitates ædilitas habebatur.

<sup>c</sup> *Meorum temporum]* Tempora intelligit, quibus Clodianorum, et ipsius Clodii furoribus tantopere vexatus est.

<sup>d</sup> *Suffragavi]* Id est, auxilio esse, ad ædilitatem obtinendam.

<sup>e</sup> *Partim inimicos, partim invidos]* Inimici manifesti sunt, invidi obsceni: utrius autem hanc accusationem Plancii promoverent.

<sup>f</sup> *Nunc autem vester]* Locus ad benevolentiam: nam cum accensator iudices ediderit contra legis sententiam, quos infestos reo fore speraverat, eos sibi ita gratos esse ait, ut eos optasse etiam videatur.

<sup>g</sup> *Cui mea salus]* Loquitur de suo exilio, a quo communii omnium optimatum voce perhonorfice, renitentibus frustra Clodianis, Romam revocatus est.

me ipsum maxime salvum videre voluerunt: saepiusque, judices, mihi venit in mentem, admirandum esse, M. Laterensem, hominem studiosissimum et dignitatis et salutis meæ,<sup>12</sup> h<sup>o</sup> reum sibi hunc potissimum delegisse,<sup>i</sup> quam metuendum, ne vobis id ille magna ratione<sup>13</sup> fecisse videatur. 3. Quanquam mihi non sumo<sup>b</sup> tantum, judices, neque arrogo,<sup>14</sup> ut Cn. Plancium suis erga me meritis impunitatem<sup>c</sup> consecuturum<sup>15</sup> putem. Nisi ejus integerrimam vitam,<sup>k</sup> modestissimos mores, summam fidem, continentiam, pietatem, innocentiam ostendero; nihil de poena<sup>d</sup> recusabo: sin omnia præsttero, quæ sunt a bonis viris expectanda;<sup>16</sup> petam a vobis, judices, ut, eujus misericordia salus mea custodita<sup>17</sup> sit, ei vos vestram misericordiam, me deprecante, tribuatis. Evidem<sup>18</sup> ad reliquos labores,<sup>l</sup> quos in hac causa majores suscipio, quam in ceteris, etiam hanc molestiam assumo, quod mihi non solum pro Cn. Plancio dicendum est, eujus ego salutem non secus, ac meam, tueri debeo, sed etiam pro<sup>19</sup> me ipso, de quo accusatores

<sup>b</sup> Præsumo.<sup>c</sup> Absolutionem.<sup>d</sup> Damnatione.

*astrictus uero x 3. beneficiorum H.—11 Nec modo H.—12 Et studiosissimum et diligenterstudiosum salutis meæ C H S uero x 1. ψ, Frane. uterque, omnes eidd. ante Grut. atque Weisk. studiosiss. et dignissimum sal. meæ T x 3. Pall. aliquot et Dresd. Postea in x 3. legitur quen metuendum: et in uero ne nobis.—13 In C re legitur pro ratione: mox in x 1. summo tantum: in x 3. summo unde.—14 Neque arrogo, judices Lamb.—15 Consecutum Teeg. non improbande Garaton. Infra, post voc. fidem, x 1. addidit patientiam: et præpositio ante panu in uero deest.—16 Ab omnibus viris expect. C. expetenda scribitur in H S T uero x 1. ψ, et eidd. vett. spectanda Weiske. Mox judiccs, a vobis habent Franc. eidd. vett. ante Lambinum, et Weiske.—17 In H consecuta.—18 Et quidem H. Panlo infra, verbum hac x 3. abest: et pro suscipio idem Ms. habet suspicio. Dein sumo pro assumo legendum suscepit Ern.—19 Sed et pro habet C: sed*

## NOTÆ

<sup>b</sup> *Salutis meæ]* Laterensis ille, cum amicus Ciceronis es-est, nocere sane non debuit Plancio, qui Ciceronem amicem tam benigne exnleum receperat.

<sup>i</sup> *Reum hunc potissimum delegisse]* Adolescentes Romani, ut famam sibi

facerent, soliti erant aliquem ex nobilioribus accusare in judicio.

<sup>k</sup> *Integerrimam vitam]* Propositio est orationis.

<sup>l</sup> *Evidem ad reliquos labores]* Partitionio.

plura pæne quam de re<sup>20</sup> reoque dixerunt. II. 4. Quanquam, judices, si quid est in me ipso ita reprehensum, ut id<sup>1</sup> ab hoc sejunctum sit, non me id magnopere conturbat:<sup>2</sup> non enim timeo, ne, quia perraro grati homines reperiantur, idcirco, cum me nimium gratum illi esse dicant, id mibi criminosum esse possit: quæ vero ita sunt agitata ab illis, ut aut merita Cn. Plancii erga me minora esse dicecent,<sup>3</sup> quam a me ipso prædicarentur; aut, si essent summa, negarent ea tamen ita magni, ut ego putarem, ponderis apud vos esse debere; haec mihi sunt tractanda, judices, et modice, ne quid<sup>4</sup> ipse offendam;<sup>m</sup> et tum denique, cum respondero criminibus,<sup>5</sup> ne non tam innocentia reus sua, quam recordatione meorum temporum, defensus esse videatur.<sup>6</sup>

5. Sed mihi in causa facili atque explicata, perdifficilis, judices, et lubrica<sup>n</sup> defensionis ratio<sup>7</sup> proponitur: nam, si tantummodo mihi necesse esset contra Laterensem dicere, tamen id ipsum esset in tanto usu nostro<sup>e</sup><sup>8</sup> tantaque amicitia molestum: vetus enim est lex illa justæ veræque amicitiae, quæ mihi cum illo jam<sup>9</sup> diu est, ut idem amici

*e In tanta familiaritate.*

*pro χ 1. sed etiam de χ 3.—20 Re in ψ deest.*

CAP. II. 1 *Hic in C: et seq. verbum in σ scribitur ad. S, et edd. pleraque ante Grut. cum Weiske, ediderunt ab hoc alienum sit. C ψ, et Pall. aliquot ut id ab hoc dictum sit; aut ab hoc dictum: at plures tamen ab hoc sit, sine alia voce: Franc. 2. et ed. 1472. ut id ad hoc sit. Verbum alienum in T χ 1. deest. Statim post, ne me id T; non id ψ.—2 Conturbet H ψ, Ven. Junt. Lamb. Grut. et Schutz. Mox pro ne, quia in C χ 3. legitur neque; in σ quia. Verbum illi post gratum in ε omittitur.—3 In ψ legitur dicunt; et post a me, verbum ipso in χ 3. deest.—4 In C omititur quid. Dein pro et tum, C H σ χ 1. 3. ψ, Dresd. Pith. cetum: ε tecum.—5 In ε respondere: Ms. Erf. et Græv. respondero omnibus. Vide Nott. Varr. Sequens verbum in σ legitur me.—6 χ 1. habet videar.—7 Pro defensionis ratio σ habet defensio. Mox*

#### NOTÆ

<sup>m</sup> *Ne quid ipse offendam]* Pollicetur se modeste de Plancio dicturum, ne quid committat quod jure reprehendi possit, si Plancii beneficia, sibi collata, nimium extollat.

<sup>n</sup> *Lubrica]* Lubrica et incerta est

Plancii defensio, quippe quæ aut contra Plancium futura sit, si cedatur dignitati Laterensis; aut continuo meliosa in Laterensem, si illi Plancius æquetur.

semper velint: neque est ullum certius amicitiae vinculum, quam consensus et societas consiliorum et voluntatum. [p. 260.] Mihi autem non modo<sup>10</sup> est in hac re molestissimum contra illum dicere, sed multo illud magis, quod<sup>11</sup> in ea causa contra dicendum est, in qua quædam hominum ipsorum videtur facienda esse contentio.<sup>f</sup> 6. Quærerit<sup>12</sup> enim Laterensis, atque hoc uno maxime urget, qua se virtute, qua laude Plancius, qua dignitate superarit. Ita, si cedo illius ornamenti, quæ multa et magna sunt; non solum hujus<sup>13</sup> dignitatis jactura facienda est, sed etiam largitionis recipienda<sup>14</sup> suspicio<sup>o</sup> est: sin<sup>15</sup> hunc illi antepono, contumeliosa habenda est oratio,<sup>p</sup> et dicendum est id,<sup>16</sup> quod ille me flagitat, Laterensem a Plancio dignitate esse superatum. Ita<sup>g</sup> aut amicissimi hominis existimatio offendenda<sup>17</sup> est, si illam accusationis conditionem sequar; aut optime de me meriti salus deserenda est.<sup>18</sup> IIII. Sed ego, Laterensis, cæcum<sup>h</sup><sup>19</sup> me et præcipitem ferri confitear in causa, si te aut a Plancio, aut ab ullo,<sup>20</sup> dignitate po-

<sup>f</sup> Comparatio.<sup>g</sup> Itaque.<sup>h</sup> Nullius esse judicii.

\*\*\*\*\*

esset post id ipsum C abest.—8 In  $\varsigma$  vestro.—9 Jam in C deest.—10 Modo omittitur in C H S T  $\varsigma$   $\chi$  1. 3.  $\psi$ . Mihi autem non id est in hac re molestissimum Ms. Erf. Teeg. ed. Rom. Ven. Crat. Lamb. et Orell. non id est in hac re solum molestum Junii. Naug. non modo id est in hac re molestissimum Grnt. et Græv. non est in hac re molestissimum Steph. non modo id est in hac re molestissimum Pall. aliquot, Franc. 2. ed. 1472. et Oliv. non est solum in hac re molestum Franc. 1. cum mnlts edd. Mihi autem non est in hac re solum molestum Weiske. Pro molestissimum  $\psi$  habet modestissimum.—11 In  $\chi$  3. legitur quam.—12  $\chi$  3. Quæritur. Voc. enim in C omittitur: et T habet Lataranensis.—13 J. F. Gronovius conjectit huic, probante Ern.—14 In  $\psi$  respicienda. Verbum est, post suspicio, omittitur in Manut. Lamb. et Weiske.—15 In  $\psi$  si. Mox pro oratio  $\varsigma$  habet ratio.—16 Voc. id in H deest. Laturensem habet C paulo infra.—17 In  $\chi$  3. offerenda.—18 Desideranda  $\varsigma$   $\chi$  3. dicenda  $\varsigma$ : desiderando  $\psi$ . Verbum est omittit Lamb.

CAP. III. 19 H  $\varsigma$  tecum. Statim post, pro ferri,  $\chi$  3. fieri.—20  $\varsigma$  habet illo. In Ms. Teeg. hic locus ita legitur: si te a Plancio aut ab ullo dignitate

## NOTÆ

<sup>o</sup> Recipienda suspicio] Recipere suspicionem rei, est rem obscene fateri. Hinc tota causa pendet; an largitione ædilitatem sit consecutus.

<sup>p</sup> Contumeliosa habenda est oratio]

Contumeliosum est, agere contra leges amicitiae. Est autem hic argumentatio anceps utrumque constringens.

tuisse superari dixero. Itaque discedam<sup>1</sup> ab ea contentione, ad quam tu me vocas, et veniam ad illam, ad quam me causa ipsa deducit. 7. Quid? tu dignitatis judicem<sup>2</sup> putas esse populum? Fortasse nonnunquam est. Utinam vero<sup>3</sup> semper esset!<sup>4</sup> sed est perraro; et si quando est, in iis magistratibus est mandandis,<sup>5</sup> quibus salutem suam committi putat: his levioribus comitiis,<sup>6</sup> diligentia,<sup>7</sup> et gratia<sup>8</sup> petitorum honos paritur,<sup>9</sup> non iis ornamentiis,<sup>10</sup> quæ esse in te videmus. Nam, quod ad populum pertinet, semper dignitatis iniquus iudex<sup>5</sup> est, qui aut invidet, aut favet. Quanquam nihil potes<sup>6</sup> in te, Laterensis, consti-  
tuere,<sup>k</sup> quod sit proprium laudis tuæ, quin id tibi sit com-  
mune cum Plancio. 8. Sed hoc totum agetur alio loco:

<sup>i</sup> Magistratus obtinetur.

<sup>k</sup> Arrogare tibi.

.....

*superari dixero. In 5 illo.—1 Discendam in 5: discedam in ea condicione legitur in Franc. 1.—2 Quid tum? an dign. jud. Ms. Erf. Quid? tu magni dign. jud. Ms. Teeg. Quid? tu an dign. jud. Grav. et Weiske: Quid tu inanem dign. jud. s, Franc. uterqne, edd. 1472. 1480. Quid tune inanem dign. jud. x 1. Ven. et Junt. Quid tu non inanem dign. jud. Man. et Grut. Quid? tune æquum dign. jud. Lamb. Quid? tu idoneum dign. jud. Schutz. ex Ernesti conjectura. Quid? tu non dign. jud. Oliv. Pro tu, H S habent tune; s tu inanem; 5 tu inane; ψ tu me inanem. Post voc. populum, s addit Rom.—3 Pro vero, ψ legit non; aniens Ursini vero. Statim post, verbum est in C omittitur.—4 Partitur C: pa-  
titur s 5: paratur Ms. Erf. Mox re rid. legitur in C.—5 Dign. unicus iudex Ms. Pith. Paulo infra aut faciet habet x 3.—6 Potes in C omittitur: H S T s 5 ψ, et Ms. Pith. habent potest. Dein pro quod sit, s quid sit; x 3. quin sit.*

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Vero semper esset]* Non est dubium quin *verus* legendum sit: *verus* enim et *inanis* opponuntur: hic indicat, populum non verum, sed inanem dignitatis judicem esse.

<sup>2</sup> *Magistratibus mandandis]* Probat non verum semper judicem esse populum in magistratibus eligendis, quales sunt consularis, præfectura, et censura; idque probat, 1. a levitate populi; 2. a jure populi; 3. a more majorum.

<sup>3</sup> *His levioribus comitiis]* Inter maiores magistratus A. Gellius reponit consules, prætores, censores, quia

majoribus auspiciis, alii vero minores minoribus creabantur.

<sup>4</sup> *Diligentia]* Qui petebant aliquam dignitatem, soliti erant sibi populum demereris salutando diligenter omnes, rogando et supplicando.

<sup>5</sup> *Et gratia]* Qui gratia valebant apud populum, facilius obtimebant magistratus.

<sup>6</sup> *Iis ornamentis]* Ostendit Cicero ornamentiæ familiae Laterensis, utpote consularis, non tam al magistratus obtinendos, quam apud populum diligentiam et gratiam prodesse.

nunc tantum disputo de jure populi; qui et potest et solet<sup>y</sup> nonnunquam dignos<sup>7</sup> præterire: nec, si a populo præteritus est, quem non oportuit, a judicibus condemnandus est, qui præteritus non est. Nam si ita esset, quod patres apud majores nostros tenere<sup>1</sup> non potuerunt, ut reprehensores<sup>m</sup> essent comitiorum, id haberent judices;<sup>z</sup> vel,<sup>8</sup> quod multo etiam minus esset ferendum. Tum<sup>9</sup> enim magistratum non gerebat is, qui ceperat,<sup>a</sup> si patres auctores non erant facti: nunc postulatur a vobis, ut ejus exilio,<sup>10</sup> qui creatus sit, judicium populi Romani reprehendatis. Itaque quanquam, qua nolui, janua<sup>b</sup> sum ingressus in causam, sperare videor, tantum<sup>11</sup> absfuturam esse orationem meam a minima suspicione offensionis tuæ, te ut potius objurgem,<sup>12</sup> quod iniquum in discrimen adducas dignitatem tuam, quam ut ego eam ulla contumelia coner attingere.

iv. 9. Tu continentiam, tu industriam, tu animum in rempublicam, tu virtutem, tu innocentiam, tu fidem, tu labores

<sup>t</sup> Retinere.<sup>m</sup> Emendatores.

\*\*\*\*\*

Mox in  $\varphi$  nunc autem disp. Dein et, ante potest, in H T  $\chi$  3. deest.—7 Quam indignos H: nec, si appello  $\varphi$ .—8 Vel omisit ed. 1584. et Schutz. Etiam in  $\varphi$  deest. Chabet esset referendum: omnes alii MSS. et edd. præter Teeg. Junt. Ern. Schutz. et Orell. est referendum.—9 Tum in  $\varsigma$ . Mox ferebat agnoscit  $\chi$  3. et paulo post idem Ms. habet facili essent; enim postulatus.—10 Auxilia habent H S. Dein pro Itaque, in  $\varphi$  legitur Ita. Mox qua rotuli in C H  $\chi$ , Teeg. Junt. Verbum nolui omisit  $\varsigma$ . Sim ingr. eterque Franc. Ms. Lamb. ed. 1172. Ven. Grut. et Græv.—11 Tamen in  $\psi$ : affuturum in C  $\chi$ . Tum a nimia susp. in  $\varphi$  legitur. Ut ante potius omisit  $\chi$  3.—12 Ut te potius objurgem Junt. objurgare H  $\varphi$   $\psi$ , et alii MSS. objurgere C  $\chi$  1. In  $\chi$  3.  $\psi$ , quam iniquum, in  $\chi$  1. quam in inimicum legitur. Mox ut ego ulla habet  $\varphi$ , ut ego ea ulla  $\varsigma$ .

## NOTÆ

<sup>y</sup> Potest et solet] Populus jure suo potest, et solet, ad magistratus non assumere quos illis dignos putat.

<sup>z</sup> Haberent judices] Vult ostendere, si judices vellent prohibere a magistrato aliquo obtinendo, qui a populo selecti sunt, eos et populo et patribus majorem habituros esse auctoritatem; quod ferendum est minime. Per patres autem intelligit senatum.

<sup>a</sup> Qui ceperat] Id est, qui populi suffragiis magistratum fuerat assecutus, nisi electionem senatus comprobasset, magistratum non assuebat: at hoc jus majores retinere non potuerunt, ne judicium populi corrigi ab iis videretur. Idem postulat Larterensis a judicibus, uti corrigan electionem quam fecit populus.

<sup>b</sup> Qua janua] Metaphorice januam pro propositione dicit.

tuos, quod<sup>13</sup> ædilis non sis factus, fractos esse et abjectos et repudiatos putas? Vide tandem, Laterensis, quantum a te dissentiam. Si, medius fidius,<sup>c</sup> decem soli essent<sup>d</sup> in civitate viri boni, sapientes, justi, graves,<sup>14</sup> qui te indignum ædilitate judicavissent; gravius de te judicatum putarem, quam<sup>15</sup> est hoc, quod tu metuis, ne a populo judicatum esse videatur: non enim comitiis judicat semper populus, sed movetur plerumque gratia;<sup>e</sup> cedit precibus;<sup>16</sup> facit eos, a quibus est maxime ambitus:<sup>17</sup> denique, si judicat,<sup>17</sup> non delectu aliquo aut sapientia ducitur ad judicandum, sed impetu nonnunquam,<sup>18</sup> et quadam etiam temeritate. Non est enim consilium in vulgo, non ratio, non discrimen,<sup>f</sup> non diligentia:<sup>19</sup> semperque sapientes ea, quæ populus fecisset, ferenda, non semper laudanda duxerunt.<sup>20</sup> Quare cum te ædilem fieri oportuisse dicis, populi culpam, non competitoris, accusas.<sup>1</sup> 10. [p. 261.] At fueris dignior, quam Plancius: de quo ipso<sup>2</sup> ita tecum contendam paulo post, ut conservem dignitatem tuam: sed, ut fueris dignior; non competitor, a quo es<sup>3</sup> victus, sed populus, a

\* Rogatus.



CAP. IV. 13 Quum habet ψ: Vide tamen s. Paulo infra, post voc. quantum, inseritur ego in Erf. Teeg. Græv. Schutz. et Orell.—14 Graves in s deest. Dein judicarent C: judicassent Junt.—15 In s quanquam legitur: in ψ est quod te met. Præpositio a ante populo deest in C.—16 In ψ scribitur cedit populus: idem Ms. habet statim post faret pro facit.—17 Ms. Erf. etsi judicat: Ms. Teeg. etiamsi jud. omisso etiam ante v. temeritatis. Pro delectu al. dilectu.—18 In χ nonnunquam. Voc. etiam in T omittitur.—19 χ 3. habet diligenter: non opportunitas: et χ 1. semper.—20 In C H T s ς χ 1. χ 3. ψ, Teeg. Franc. utrisque, Dresd. et ed. 1472. legitur dixerunt.—1 In C accusa: ς causam accusas. Verba, Quare . . . accusas in s omittuntur. Ut fueris dign. legitur in Erf. Teeg. Lamb. Græv. Schutz. et Orell.—2 Ipso deest in C H S T s ς χ 1. 3. ψ, et edd. ante Græv. In Ms. Teeg. ipse scribitur.—3 In χ 3

#### NOTÆ

<sup>c</sup> Medius fidius] Id est, ita me Jovis filius, Hercules scilicet, amet.

<sup>d</sup> Decem soli essent] Paucorum sapientum judicium judicio totius imperitae multitudinis anteponendum est: quare gravius esse deberet Laterensi judicatum ab illis finisse indignum ædilitate, quam a toto po-

pulo.

<sup>e</sup> Movetur gratia] Gratia movetur erga eum quem promovet ad magistratum.

<sup>f</sup> Non discrimen] Nescit populus judicare de merito et dignitate eorum qui petunt magistratus.

quo es præteritus, in culpa est. In quo primum illud debes putare, comitiis,<sup>4</sup> præsertim aëdiliciis,<sup>5</sup> studium<sup>6</sup> esse populi, non judicium: e blandita<sup>h</sup> illa, non enucleata<sup>i</sup> esse<sup>j</sup> suffragia: eos, qui suffragium ferant, quid denique ipsi debeat,<sup>k</sup> considerare sæpius, quam, quid cuique a republica videatur deberi.<sup>l</sup> Sin autem mavis esse judicium; non tibi id rescindendum est, sed ferendum.<sup>m</sup> 11. Male judicavit populus: at judicavit. Non debuit: at potuit. Non fero: at multi clarissimi et sapientissimi cives<sup>n</sup> tulerunt: est enim hæc conditio liberorum populorum, præcipueque hujus principis populi, et omnium gentium domini ac<sup>o</sup> victoris, posse suffragiis vel dare, vel detrahere, quod velit, cuique: nostrum est autem,<sup>p</sup> qui in hac tempestate populi jactamur ac fluctibus, ferre modice<sup>k</sup> populi voluntates, allicere alienas,<sup>q</sup> retinere partas,<sup>r</sup> placare turbatas:<sup>m</sup> honores si magni non putemus, non ser-

<sup>o</sup> Favorem.

*est.—4 Præpositionem in ante comitiis addidit Lamb.* Mox est populi habet *s.*—5 Verbum esse in H deest: et statim post idem Ms. et ψ scribunt eosque: pro ferant χ ferunt.—6 Quid cuique ipsi debeat in Erf. Teeg. Lamb. Græv. Schütz. et Orellio: in σ debent, in χ 3. habeant legitur. Statim, deliberare sæp. in T χ 3. et Car. Steph.—7 Quid cuique a re publica debeatur Ms. Erf. et Teeg. quos sequitur Orellius. Pro cuique σ habet tibi: et verbum deberi idem Ms. delevit. Sed autem in C legitur. Pro mavis esse, C habet magis est: σ χ 3. majus est. Mox in C restinguendum: in χ 3. restituendum.—8 In ψ referendum.—9 Ante tulerunt σ addidit non. Particula hæc ante conditio, abest C H S T σ σ ψ, Ms. Erf. edd. vett. ante Grut. atque Weiske. Statim post σ habet præcipue.—10 Atque agnoscunt Ven. Junt. Crat. Lamb. Weiske et Orell. Pro domini in χ 1. legitur domi. Particulam vel, ante dare, in C deest. Idem Ms. paulo post habet quod velit, cujusque.—11 Nostrum autem est Ven. Lamb. et Weiske. nostrum est autem, nostrum Ms. Erf. Teeg. quos sequitur Orellius. Mox jactemur agnoscunt Erf. Teeg. MSS. plerique, Ven. Junt. et Orell.—12 In σ paratas. Particulam si post honores in

#### NOTÆ

<sup>g</sup> *Comitiis aëdiliciis]* In comitiis curiatis, sive tributis, minores magistratus creabantur. De comitiis fuse dictum est in Agr. II. § 27. not.

<sup>h</sup> *E blandita]* E blandita, id est blanditiis quæsita; qualia pleniora sunt curiata, ubi gratia et precibus sæpe magistratus obtinentur.

<sup>i</sup> *Enucleata]* Enucleata, id est diligenter examinata, qualia fuerunt

centuriata, ubi creabantur magistratus consilio et ratione.

<sup>k</sup> *Modice]* Modice, est aequo et moderato animo ferre.

<sup>l</sup> *Allicere alienas]* Qui magistratus quærit, debet sibi conciliare voluntates eorum qui ab eo alieni sunt, et competitoribus favent.

<sup>m</sup> *Turbatas]* Turbatas vocat quæ iracundæ sunt et infensæ.

vire populo; sin eos expetamus,<sup>13</sup> non defatigari suppli-  
cando.

v. 12. Venio nunc<sup>14</sup> ad ipsius populi partes, ut illius contra te oratione potius, quam mea, disputem: qui si tecum congregiatur, et si una voce<sup>15</sup> loqui possit, haec dicat: Ego tibi, Laterensis, Plancium non anteposui; sed, cum essetis æque boni viri, meum beneficium<sup>16</sup> potius ad eum detuli,<sup>17</sup> qui a me contenderat,<sup>18</sup> quam ad eum, qui mihi non nimis submisso supplicarat. Respondebis, credo, te splendore et vetustate familiæ fretum, non valde ambiendum putasse. At vero<sup>19</sup> te ille ad sua instituta, suorumque majorum exempla revocabit: semper se dicet rogari voluisse, semper sibi supplicari:<sup>20</sup> M. Seium,<sup>n</sup> qui ne equestrem quidem splendorem incolumem a calamitate judicii retinere potuisset, homini nobilissimo, innocentissimo, eloquentissimo, M. Pisoni, prætulisse:<sup>o</sup> præposuisse se Q. Catulo,<sup>p</sup> summa in<sup>19</sup> familia nato, sapientissimo et sanctissimo viro, non dico C. Seranum,<sup>20</sup> non stultissimum

<sup>r</sup> Suffragium.

<sup>q</sup> Postulaverat.

\*\*\*\*\*

eodem Ms. deest: pro magni<sup>s</sup> habet magnos.—13 Expectamus in CH<sup>t</sup> & <sup>s</sup> X 1. Franc. 1. et Dresd.: expetimus in Franc. 2. ed. 1472. et Junt. In Ms. Teeg. legitur defatigari.

CAP. V. 14 Jam agnoscunt CHST<sup>u</sup> X 1. 3. <sup>v</sup>, Teeg. alii MSS. edd. vett. Græv. Weiske, et Orellius. Verba Venio . . . disputem & absunt. Paulus infra congregiar habent CT.<sup>w</sup>—15 Vix voce in <sup>y</sup>, Franc. 2. Dresd. et ed. 1472. Mox Ms. Teeg. ac dicat: et X 3. Plancius. Paulus infra ceteris æque in <sup>x</sup> scribitur.—16 Ad eum potius detuli Ms. Teeg. et Junt. quos sequitur Orellius. Præpositio a ante me in <sup>x</sup> omittitur: qui a me non cont. legitur in X 1.—17 Voc. vero in <sup>x</sup>, ille in H desunt.—18 Post supplicari Ms. Teeg. addit se. In Erf. legitur et semper sibi suppl. idque recepit Græv. semper se dicet rogari, semper sibi supplicari voluisse Lamb. semper se dicet rogari, semper placuisse Ven. Junt. semper sibi placuisse Grut. Verbum sibi deest in CHST<sup>x</sup> & <sup>s</sup> X 1. 3. <sup>y</sup>. Pro supplicari, in <sup>x</sup> & <sup>s</sup> X 1. 3. <sup>y</sup>, legitur placuisse. Mox pro Seium <sup>y</sup> habet secum.—19 In summa Lamb.—20 H Serennian. MSS. plerique et

#### NOTÆ

<sup>n</sup> M. Seium] Seins hic fuit eques, qui tanquam indignus eo ordine condemnatus est. Probat jam ab exemplis, multos assecutos non fuisse magistratus, qui populo non placebant.

<sup>o</sup> M. Pisoni prætulisse] Puppnum Pisonem indicat, e patricio genere,

qui biennio post Ciceronem consul fuit; vir singulari eruditio[n]e, et qui de Hispanis triumphavit. Huic Seins præpositus fuit.

<sup>p</sup> Q. Catulo] Vide Orat. pro Murena, § 36. not.

<sup>q</sup> C. Seranum] Credit Manutius

hominem, (fuit enim et animi satis magni, et consilii) sed<sup>1</sup> Cn. Manlium, non solum ignobilem, verum sine virtute, sine ingenio, vita etiam contemta ac sordida. 13. Desiderarunt<sup>2</sup> te, inquit, oculi mei, cum tu eses Cyrenis:<sup>3</sup> me enim, quam socios, tua frui virtute malebam; et, quo plus intererat, eo plus aberas a me: certe non videbam.<sup>4</sup> Deinde sitientem<sup>4</sup> me virtutis tuae<sup>5</sup> deseruisti ac dereliquisti:<sup>6</sup> cooperas enim petere tribunatum<sup>6</sup> plebis temporibus iis, quae istam eloquentiam et virtutem requirebant: quam petitionem cum reliquisses, si hoc indicasti,<sup>5</sup> tanta in tempestate te gubernare non posse, de virtute tua dubitavi;<sup>x</sup> si nolle,<sup>6</sup> de voluntate: sin, quod magis intelligo, temporis

edd. vett. *C. Serenum, subtilissimum hominem; fuit enim et animi, &c.* MSS. nonnulli, Græv. et edd. seqq. *C. Serenum, non stultissimum hominem; fuit enim et animi, &c.* Orellius, ex Ms. Teeg. *C. Serratum, stultissimum hominem;* fuit enim tamen nobilis: non *C. Fimbriam, norum hominem:* fuit enim et animi, &c. Manutius conjectit *Serratum* legend. Paulo post, fuit enim homo in & legitur: atque et ante animi in H deest.—1 Sed et habet C. Tum Cn. Manilium C ψ: *C. Manlium Oliv.* Cn. Mallium Orell. ex fide Inscript. Grut. p. 207. Mox pro contenta J. F. Gronov. conjectit contenta.—2 In C Desiderant. —3 Et cur quo plus intererat, eo plus aberas a me, certe non videbam Franc. 1. et alii MSS. Et cur etiam quo plus intererant, eo plus aberat a me certe non videbam Franc. 2. Dresd. et ed. 1472. Et quo populus intererant, eo plus aberat Ms. Pith. ceteris omissis. Pro et, quo, & habet qua. Voe. quo abest H σ χ 1. 3. ψ. Orellio excidisse videtur verbum ante quo. Pro plus, C H & ψ populus; pro intererat, ψ intereat; et pro aberas, & aberat. Mox te certe non ridebam edidit Laub. cum te non ridebam Ms. Teeg. Garaton. conjectit legendum certe te non videbam.—4 Sitiente scribitur in C: et mox χ 3. habet tribus plebis. Statim post, pro iis que, in C his quo scribitur.—5 Judicasti in Erf. edd. vett. et Græv.—6 Si nolles Pucc. et Junt. Pro si legitur sed in χ S, et sin, quidem in

## NOTÆ

legendum esse *Serratum*, qui proxime consul fuit ante *Mallium*.

<sup>r</sup> *Cyrenis]* Cyrenæ Libyæ oppidum nobilissimum est, de quo loquitur Plin. lib. v. cap. 5.

<sup>s</sup> *Sitientem me virtutis tuae]* Desiderabat *Laterensis* virtutem, cum Clodii furoribus expositus fuit: si enim ejus collega fuisset, sua eloquentia et virtute ipsi obstitisset.

<sup>t</sup> *Deseruisti ac dereliquisti]* Deseruit ipso tempore, dereliquerunt post tempus: deseritur enim in re præsentि,

derelinquitur post rem præsentem.

<sup>u</sup> *Petere tribunatum]* Cœpit petere tribunatum, Cæsare et Bibulo consulibus, A. U. C. 694. quo tempore videlicet in legem Agrariam jurati voluit Cæsar. Destituit autem *Laterensis* ab illa petitione, ne jurare ipse cogeretur.

<sup>x</sup> *De virtute tua dubitavi]* Non satis enim forteum esse patria judicavit, quia desistendo videbatur fugere pericula, quibus pro republica exponere se bonus civis debuit.

bus' te aliis reservasti; ego quoque, inquam,<sup>7</sup> et respublica ad ea te tempora revocavi, ad quæ tu te ipse servaras.<sup>8</sup> Pete igitur eum magistratum, in quo mihi magnæ utilitati<sup>9</sup> esse possis: ædiles quicunque<sup>y</sup> erunt, iidem mihi sunt judices parati: tribuni plebis, permagni interest, qui sint: quare aut redde mihi quod ostenderas; aut,<sup>10</sup> si, quod mea minus interest,<sup>x</sup> id te magis forte delectat, reddam tibi istam ædilitatem, etiam negligenter petenti. Sed amplissimos honores<sup>z</sup> ut pro dignitate tua consequare,<sup>11</sup> condiscas, censeo, mihi paulo diligentius supplicare.

VI. 14. Hæc populi oratio est;<sup>12</sup> mea vero, Laterensis, hæc: Quare victus sis, non debere<sup>13</sup> judicem quærere, modo ne largitione sis victus. Nam si, quotiescumque præteritus erit is,<sup>14</sup> qui non debuerit præteriri, toties oportebit, eum, qui factus erit, condemnari; [p. 262.] nihil jam est, quod populo supplicetur; nihil, quod diremto,<sup>15</sup><sup>z</sup> ni-

<sup>y</sup> Periculis.

<sup>x</sup> Minus utile est mihi.

<sup>z</sup> Magistratus.

\*\*\*\*\*

C.—7 Nunquam in C: reipublicæ in C ψ. Ms. Teeg. habet *ego autem, inquiet populus Romanus, ad ea tempora rev. unde Orellius dedit, ego quoque, inquiet populus Romanus, ad ea te tempora rev.* Lambinns, *ego quoque, ego, inquam, et res publica.* Orellius quoque conjectit *ego item.*—8 In χ 1. *reservas:* quidam in marg. Lambin. *reservaras.*—9 *Utilitatis legitnr in C 5.* In MSS. paucis et edd. ante Grnt. omittuntur verba *semper judices . . . redde mihi:* sed in Dresden. post erunt *idem mihi, additum est facient a secunda manu.* Pro erunt idem mihi in Ms. Ursini legitur erunt *id da mihi.* Pantagathus legebat *ædiles quicunque erunt, tu des mihi quod ostenderas.* Pro parati Grævius conjectit *grati legendum.* Pro judices Schutz. et Orell. e conjectura Ernesti et Garatoni dederunt ludi. Beier. legi mavult sunt ludi circenses parati. Vide Nott. Varr. Pro quicunque H habet *quinque.*—10 In H legitur At. Præpositio *in ante mea additur in C.*—11 Consequar habet C. Verbum *ante additur post paulo in H T & 5 χ 1. 3. ψ.*

CAP. VI. 12 Verbum est in χ deest. Mea mea in C, *Laterenensis* in eodem Ms. legitur. Dresden. et alii, paulo post, habent est hæc, probante Grævio.—13 Franc. 1. non te debere. Mox verba sis *victus Garatono suspecta sunt. Quare . . . sis victus in s. omittuntur.*—14 Is est in χ: statim post, *præteriti χ 1. Jam, post nihil, deest in C, qui habet *jan populo;* H & 5 χ 1. 3. a populo.*—15 *Diremto* habent edd. ante Lamb. qui, cum Orellio, ex Erf. Teeg. dedit *diribitio.*

#### NOTÆ

<sup>y</sup> *Ædiles quicunque, &c.*] Quicunque erunt ædiles aliis temporibus, idem patriæ præstare poterunt, quod a Laterensi sibi præstari speraverat, si hic ædilis fuisset.

<sup>z</sup> *Diremto [Diribitio]* Diribitio nihil est aliud quam tabularum distributio, quibus populus utebatur ad ferenda suffragia; vel distributio populi in suas tribus vel classes.

hil, quod [supplicatio magistratum,<sup>a</sup>] renuntiatio<sup>b</sup> suffragiorum expectetur; simul ut, qui sint professi,<sup>c</sup> video, dicam:<sup>16</sup> 15. Hic familia consulari est,<sup>d</sup> ille prætoria: reliquos video esse equestri loco: sunt omnes sine macula, sunt æque boni viri atque integri: sed servari necesse est gradus:<sup>17</sup> cedat consulari generi prætorium, nec contendat cum prætorio equester locus.<sup>e</sup> Sublata sunt studia,<sup>f</sup> extinctæ<sup>18</sup> suffragationes, nullæ contentiones,<sup>f</sup> nulla libertas populi in mandandis<sup>g</sup> magistratibus, nulla expectatio suffragiorum: nihil, ut plerumque evenit, præter opinionem

<sup>a</sup> Ordo.<sup>b</sup> Tribuendis.

Ceteri diremitio. Pantagathus conjectit totum locum sic legendum esse: *Nihil jam est, quod populo supplicetur; nihil quod diremptio; nihil quod supplicatio suffragiorum; renuntiatio magistratum expectetur.* Verba supplicatio magistratum uncis includunt Ern. et Orell. ea delevit Weiske. *Nihil quod supp. magist. Schutz.* delevit. E Garatoni sententia, suffragiorum uncis includit Orellius. Beiero in mentem venit, *nihil quod diribitio, nihil quod sitellaæ delatio magistratum, renuntiatio suffragiorum exp.* Ms. *s* pro diremitio habet directio: *ꝝ x 1. 3. ꝑ direbpt: Oliv. diribitio.* Mox in T legitur *magistratus*: et pro expectetur C habet spectetur.—16 Edd. nonnullæ ante Græv. et Oliv. sic legunt: *Simul ut qui sint professi, video quid dicam.* C habet similiter: seq. verb. et legitur in *s*: pro qui ꝑ agnoscit quid: video dicam præbet x 3. Sequens verbum *Hic* in *s* deest: et mox pro ille H habet is. Ante equestri loco præpositionem ex habent omnes MSS. et edd. præter Ms. Dresd. Ern. et Schutz. *Voce, esse in ꝑ, et loco in s desunt.*—17 *Gradum quidam* MSS. et edd. Mox Erf. Teeg. Græv. et Orell. ante equester addunt nomine.—18 *Extinctæque* in C. Mox

## NOTÆ

<sup>a</sup> *Supplicatio magistratum*] Supplicationes preces sunt, quibus utuntur magistratus apud populum, ad eum demerendum candidatis quibus favebant.

<sup>b</sup> *Renuntiatio*] Qui consul comitia consularia habebat, latis suffragiis, populo renuntiabat, qui majore suffragiorum numero consules erant declarati.

<sup>c</sup> *Ut qui sint professi*] Profiteri in hoc loco, nihil aliud est quam magistratum in comitiis petere, et nomen suum inscribi jubere: nam mos fuit apud Romanos, cum quis magistratum petebat, ante profiteretur, quam populus ferret suffragia. Videtur

antem hic quasi imperfecta oratio, quali utitur nonnunquam Cicero, ut minus preparata videatur.

<sup>d</sup> *Consulari est*] Jam afferit absurdia quæ sequerentur, si gradus dignitatis in eligendis magistratibus observaretur; qui enim in sua familia consules habuisset, ei qui tantum prætores, esset anteponendus in electione.

<sup>e</sup> *Sublata sunt studia*] Si hæc vera sunt, ut consulari prætorius cedat, omnia studia et æmulatio e repub. tolluntur.

<sup>f</sup> *Contentiones*] Quæ inter competitores accidunt, contentiones significat.

accidet: nulla erit posthac varietas comitiorum. Sin hoc persæpe<sup>19</sup> accidit, ut et factos aliquos et non factos esse miremur; si<sup>20</sup> Campus,<sup>g</sup> atque illæ undæ comitiorum, ut mare profundum et immensum, sic effervescunt quodam quasi æstu,<sup>h</sup> ut ad alios accedant, ab aliis autem recedant;<sup>i</sup> in<sup>j</sup> tanto nos impetu studiorum et motu temeritatis, modum aliquem, et consilium, et rationem requiremus? <sup>k</sup>

**16.** Quare noli me ad contentionem<sup>y k</sup> vestram revocare,<sup>l</sup> Laterensis. Etenim si populo grata est tabella,<sup>l</sup> quæ frontes aperit hominum, mentes tegit;<sup>m</sup> datque eam libertatem, ut, quod velint, faciant; promittant autem, quod rogentur; cur tu in judicio exprimis,<sup>n</sup> quod non fit in Campo?<sup>o</sup> Hic, quam ille,<sup>o</sup> dignior: perquam grave est dictu.

<sup>y</sup> *Comparationem.*



*libertas populis habet χ 3.—19 In ψ hæc sæpe. In C legitur accidit: in Junct. sæpe accidet.—20 In χ 1. sim. Post, χ 3. effrenescunt: & et in alios.—1 Præpositio in C T & χ 3. abest: et pro tanto in scribitur toto. Ms. Teeg. habet tamen nos.—2 Requiramus MSS. quidam et edd. veit.—3 Ad content. vestram vocare Erf. Teeg. Franc. 1. alii MSS. et edd. ante Naug. ad content. vocare Franc. 2. ad concionem vocare ed. 1472. ad content. vestrum revocare MSS. aliqui, Ven. Junct. et Lamb. Pro contentionem in χ 3. legitur condicionem: et T χ 1. 3. ψ habent vocare. Latereneus agnoscit T. Mox in C tabula: et eam ante libert. in & χ 3. omittitur. Denique pro autem C habet at.—4 In Ms. Erf. Teeg. Græv. et Orell. sic legitur: Cur tu id in judicio ut fiat exprimis, quod non fit in Campo. Grævius tamen pro exprimis maluit scribi exigis. Pro perquam,*

#### NOTÆ

<sup>e</sup> *Si Campus]* Martium Campum, ubi comitia celebrabantur, eleganti similitudine exprimit.

<sup>b</sup> *Æstu]* Petentium cupiditatem per æstum deseribit.

<sup>i</sup> *Accendant, ab aliis recedant]* Alii aliis sua dent suffragia, aliis alii negent.

<sup>k</sup> *Noli me ad contentionem]* Probat liberum esse debere populi suffragium in electione magistratum.

<sup>l</sup> *Grata est tabella]* Suffragia primum voce populus Romanus tulit; deinde Gabinia lege, et Cassia, quæ biennio post lata est, tabella ferre cœpit, tam in magistratibus decer-

nendis, quam in reis judicandis.

<sup>m</sup> *Frontes aperit hominum, mentes tegit]* Frontes quidem aperit, quia potest unusquisque læta fronte polliciri; tegit autem, quia in suffragio ferendo potest aliter agere, ac promisit

<sup>n</sup> *Exprimis]* Conqueritur Cicero, extorquere velle in judicio Laterensem, quod non fit in Campo Martio, cum videlicet fernntur suffragia.

<sup>o</sup> *Hic, quam ille]* Utitur dialogismo, et petit quare velit ut queratur cur Laterensis dignior magistratu sit, quam Plancius. Porro hanc facere comparationem odiosum est.

Quomodo igitur est æquius? <sup>5</sup> Sic credo; quod agitur;<sup>6</sup> quod satis est judici; <sup>7</sup> hic factus est. Cur iste<sup>8</sup> potius, quam ego? Vel nescio, vel non dico, vel denique, quod mihi gravissimum esset sic dicere,<sup>9</sup> sed impune tamen debarem dicere, Non recte.<sup>10</sup> Nam quid assequerer,<sup>11</sup> si illa extrema defensione<sup>12</sup> uterer, Populum, quod voluisse, fecisse, non quod debuisset?

VII. 17. Quid, si populi quoque factum defendo, Laterensis,<sup>9</sup> et doceo, Cn. Plancium non obrepssisse<sup>1</sup> ad honorem, sed eo venisse cursu, qui semper patuerit hominibus<sup>10</sup> hoc nostro equestri loco? possumne eripere orationi tuæ contentionem<sup>2</sup> vestram,<sup>11</sup> quæ tractari sine contumelia non potest, et te ad causam<sup>3</sup> aliquando<sup>12</sup> crimenque deducere? Si, quod equitis Romani filius est, inferior esse<sup>4</sup> debuit;

<sup>2</sup> Comparationem.

<sup>a</sup> Pati repulsam.

---

paulo infra, <sup>a</sup> χ 3. ψ habent et quān: <sup>c</sup> per quem.—5 *Aequum omnes edd. ante Græv. qui cum edd. seqq. præter Weiske et Oliv. habent æquius: χ 3. equus.* Statim post, Franc. 2. et ed. 1172. *Sic credo, quod agitur.* A Ms. Dresd. absunt verba *quod agitur*, probante Garaton. In ed. Plant. M. Brutii sic hic locis distinguitur: *Sic credo (quod agitur, quod satis est judici) hic factus est, quem sequitur Weiske.* Pro *Sic ψ habet Si.* In χ 3. legitur *judicii.* In Franc. 2. et ed. 1472. *indiciū.*—6 *Ipse in C, paulo post, ut denique in H scribitur.*—7 E conjectura Lamb. edidit *quod mihi gravissimum esset dicere*; qui etiam conjectit *quod mihi grav. esset, si dicrem*, probante Grævio. Hanc lect. in textum admisit Orell. ex Ms. Erf. et Teeg. Pro *mihi χ 1. habet nihil.* Mox <sup>c</sup> debere dicere.—8 Ms. Erf. <sup>c</sup> χ 3. ψ, et libri Lambini habent *Nunc quid assequerer.* Manut. Grut. et Orell. *Nam quid assequerere.*

CAP. VII. 9 In T *Laterenensis*: et mox pro patuerit in χ 3. legitur *patuit.*—10 Ms. Erf. Teeg. Græv. Oliv. et Orell. post *hominibus habent ortis.* In multis MSS. et edd. scribitur *patuerit omnibus.* Statim post, in χ 3. *hæc.*—11 MSS. C χ 3. edd. nonnullæ, cum Oliv. et Orellio, *restrum.*—12 Verbum *aliquando* deest in omnibus codd. Oxon. et edd. vett. nonnullis, cum Lamb. et Weiske. *Deducere* omittitur in omnibus edd. ante Grut. Mox pro *Ro-*

## NOTÆ

<sup>p</sup> *Quod agitur]* Id est, de quo modo quæstio est, nempe quod Laterensis dignior sit ædilitate, quam Plancius.

<sup>a</sup> *Quod satis est judici]* Sufficit iudici quod hic sit electus ædilis.

<sup>r</sup> *Non recte]* Id est, non recte factus est ædilis.

<sup>s</sup> *Illa extrema defensione]* Extrema

defensio hæc est, quod nempe populo ita placuit Plancium ædilem creare.

<sup>t</sup> *Obrepssisse]* Qui malis artibus ad magistratus pervenient, dicuntur ad eos obrepssisse.

<sup>u</sup> *Ad causam]* Agitur in hac quæstione, ntrum populus largitione corruptus sit.

omnes tecum equitum Romanorum filii petiverunt. Nihil dico amplius: hoc tamen<sup>13</sup> miror, cur tu huic potissimum irascere, qui longissime a te absuit.<sup>14\*</sup> Evidem, si quando, ut fit, jactor in turba, non illum accuso, qui est<sup>15</sup> in summa Sacra Via,<sup>y</sup> cum ego ad Fabium forniciem<sup>z</sup> impellor; sed eum, qui in me ipsum incurrit<sup>b</sup><sup>16</sup> atque incidit. Tu neque Q. Pedio,<sup>a</sup> forti viro, succenses, neque huic A. Plotio, ornatissimo homini, familiari meo: et ab eo, qui hos dimovit,<sup>17</sup> potius, quam ab iis, qui in te ipsum incubuerunt,<sup>b</sup> te depulsum putas. 18. Sed tamen hæc tibi est prima<sup>18</sup> cum Plancio generis vestri familiaeque contentio, qua abs te vincitur. Cur enim non confitear, quod necesse est? sed non hic magis, quam ego a meis competitoribus, et alias,<sup>19</sup><sup>c</sup>

<sup>b</sup> Qui trudit me.

\*\*\*\*\*

mani χ 1. dedit rationi: dein pro Romanorum χ 3. terrarum, ψ Romanī.—13 Tantum in s, Pucc. Junt. ut volebat Pantagathus. Paulo post CT irascere.—14 Affuit habet χ 3. Statim Et quidem in H: fiat in C: et jactatorum in χ 1.—15 Est deest in C: et ego post cum, in s. Paulo infra ad Fabianum forn. agnoscit Weiske. Dein in s legitur qui me ipsum.—16 Pseudo-Fronto Maii, p. 382. ed. Rom. incumbit. Tum Q. Padio habet χ 3.—17 Ms. Dresd. qui vos dimovit: s qui vos domuit. Ms. Erf. Lamb. et Schütz. habent de-movit. Verbum te ante ipsum χ 3. abest. Mox tamen in H omittitur.—18 Hæc prima est tibi in Junt. In C vicitur. Paulo post, hæc magis C.—19 In s aliis. Statim, ante in, CT s χ 3. addunt etiam. Pro vincebar in C

#### NOTÆ

\* *Longissime a te absuit*] Laterensis non contendit cum Plancio, sed solum pro se petit ædilitatem: immo populus de aliis prius quam de Plancio suffragium tulit: quare a Laterensi longe Plancius absuit.

y *In summa Sacra Via*] Summa Sacra Via est ultima pars Sacræ Viæ. Ea autem Via Sacra dicta est, quod in ea feedus ictum sit inter Romulum et Sabinos. Est vero argumentum a simili.

z *Ad Fabium forniciem*] Actione secunda in Verrem legitur ‘Fabianum forniciem.’ Est autem fornix Fabianus, ut ait Asconius Pedianus, arcus

juxta regiam in Sacra Via, a Q. Fabio Allobrogico censore constructus, ubi scuta ejus posita sunt.

a Q. Pedio] Q. Pedius et Plotius videntur fuisse equestri genere nati, et Laterensis competitores.

b *In te incubuerunt*] In te incubuerunt; id est, qui te de ædilitate dejicere voluerunt, ut ipsi ædiles crearentur.

c *Et alias*] Argumentatur a pari Cicero, aitque Plancium in petitione ædilitatis non magis infra Laterensem fuisse, quam ipsum Ciceronem infra competitores in præturæ et consulatus petitione.

et in consulatus petitione<sup>d</sup> vincebar. Sed vide, ne hæc<sup>20</sup> ipsa, quæ despicis, huic suffragata sint. Sic enim conferamus. Est tuum nomen utraque familia<sup>e</sup> consolare. Num<sup>f</sup> dubitas igitur, quin omnes, qui favent nobilitati, qui id putant esse pulcherrimum, qui imaginibus,<sup>f</sup> qui nominibus vestris ducuntur, te ædilem fecerint? Evidem non dubito. Sed, si parum multi sunt, qui nobilitatem ament;<sup>g</sup> num ista est nostra culpa? Etenim ad caput<sup>c</sup> et ad fontem utriusque generis<sup>g</sup> veniamus. viii. 19. Tu es ex municipio antiquissimo Tusculano,<sup>h</sup> ex qui plurimæ<sup>i</sup> familæ sunt consulares,<sup>j</sup> (in quibus est etiam Juventia<sup>k</sup>) quot<sup>4</sup> c

<sup>c</sup> Originem.

.....

legitur vincebat.—20 Voc. hæc deest in T. Mox suffragia sint agnoscunt T<sup>s</sup> & x<sup>3</sup>. Dein pro utraque, s<sup>t</sup> utrum, s<sup>t</sup> tuaque legunt.—1 Non habent C H<sup>s</sup> & X<sup>1</sup>.  $\psi$ : dubites præbet H. Tum pro omnes s<sup>t</sup> habet eos.—2 Amant in Junt. et statim post, vestra culpa in C T et Franc. I. legitur. Mox Ern. suspicatur At enim ad cap. Ms. & Etenim et. Præpositio ad ante fontem in H deest.

CAP. viii. 3 Ant. Augustinus plures malebat; Gulielmus primæ.—4 Ms. Erf. Teeg. Franc. uterque, Pith. Dresd. ed. 1472. Græv. et Orell. habent tot e reliquis. In Ms. Teeg. totus locus sic legitur: ex quo sunt plurimæ fam. cons. in quibus etiam Juventia: tot, &c. In C est in regintina tot: in H in

## NOTÆ

<sup>d</sup> *In consulatus petitione*] Asconius scribit sex habuisse Ciceronem competitores in petitione consulatus: duos patricios, P. Sulpicium Galbam, et Catilinam: quatuor plebeios, ex quibus duo nobiles fuerint, C. Antonium, M. Antonii oratoris filium, et L. Cassium Longinum; duos, qui tamen non primi ex familiis suis magistratum adepti erant, Q. Cornificium, et C. Licinum Sacerdotem: solus Cicerio ex competitoribus equestri loco natus erat.

<sup>e</sup> *Utraque familia*] Id est ex genere paterno et materno consules habuerat in sua familia Laterensis.

<sup>f</sup> *Qui imaginibus*] Servabantur in familiis majorum imagines ad claritatem generis ostendendam.

<sup>g</sup> *Utriusque generis*] Laterensis vi-

delicet, et Plancii familias investigat: licet autem nobilior fuerit Laterensis, tamen superior fuit, propter studium popularium suorum, Plancius.

<sup>h</sup> *Tusculano*] Tusenium oppidum fuit in Latio conditum a Telegeno, Ulyssis et Circes filio, ut canit Silius Italicus, lib. vii. statim autem illud, post excacos reges, venit in potestatem Romanorum, ut ait Livius.

<sup>i</sup> *Consulares familæ*] Nota quod consulares non modo dicebantur, qui consulatum gesserant, sed quorum etiam majores ad hanc pervenerant dignitatem.

<sup>k</sup> *Jumentia*] Ex Juventia familia fuit Laterensis, quem ideo Velleius Paterculus M. Juventium Laterensem nominat.

reliquis<sup>1</sup> municipiis omnibus non sunt. Hic est e præfectura<sup>m</sup> Atinati,<sup>5</sup><sup>n</sup> non tam prisca,<sup>o</sup> non tam honorata, non tam suburbana. Quantum interesse vis<sup>p</sup> ad rationem petendi?<sup>6</sup> [p. 263.] Primum utrum magis favere putas Atinates, an Tusculanos, suis? alteri<sup>q</sup> (scire enim hoc propter vicinitatem<sup>r</sup> facile possum<sup>s</sup>) cum hujus ornatissimi atque optimi viri, Cn. Saturnini,<sup>t</sup> patrem ædilem, cum prætorem viderunt, (quod primus ille<sup>8</sup> non modo in eam familiam, sed etiam in præfecturam illam, sellam curulem<sup>t</sup> attulisset) mirandum in modum lætati sunt: alteros (credo, quia refertum<sup>9</sup> est municipium consularibus; nam malevolos non esse certo scio) nunquam intellexi vehementius hominum<sup>10</sup>

---

*ventitia quot et: in s s x 1. ψ inventitia tot.—5 C Arpinati.* Voc. *tam ante prisca* in Dresd. deest. Paulo post x 1. præbet *Quantum interest: qui Ms. cun ψ, statim habet jus pro vis.*—6 x 1. attendi. Tum x 3. *Attinatos.*—7 H et facere possunt: x 1. facile possunt. Mox cun præt. viderent legitur in x 3. —8 Ille in s deest. Post *præfecturam*, in H S s omittitur *illum*: habet illa. Tum pro *lætati* x 3. dedit *delectati.*—9 In s *interfectum.* Statim post, *municipum* præbet H, et *num* x 3. Dein H T x 3. edd. ante Mau. et Lamb. certe scio.—10 Ex auctoritate Ms. Erf. *municipum* dederunt Græv. et Orell.

## NOTÆ

<sup>1</sup> *Quot e reliquis]* Multæ aliæ sunt familiæ, ex aliis municipiis, tam nobiles quam Juventia.

<sup>m</sup> *Præfectura]* Præfecturæ oppida dicebantur quædam Italiæ, quorum incolæ cives Rom. erant. Hoc tamen a municipiis discrepabant, quod non suis legibus utebantur, nec ullos e sno corpore magistratus, ut coloni, creare poterant; sed magistratibus, qui Roma quotannis mittebantur, Romanis legibus regebantur: ii magistratus præfecti dicebantur, unde nomen præfecturæ. Vide Livium, lib. xxxvi.

<sup>n</sup> *Atinati]* Atina vicinum oppidum fuit Arpinatum, non procl. a Roma.

<sup>o</sup> *Non tam prisca]* Atina non tam antiquum oppidum fuit, nec tam honoratum, quia non tot consulares habuit: nec tam suburbanum, quia non tam propinquum Romæ fuit.

<sup>p</sup> *Quantum interesse vis]* Interest ad magistratus petendos, ut oppidum non tam Romæ vicinum sit, neque tot viros claros habuerit; cum enim tales habere optent, cupidius suis honores deferunt oppidanis: quare Atinates, cum pauciores habuerint Tusculanis, vehementius suis favent.

<sup>q</sup> *Alteri]* Jam exemplis probat Atinates, præ ceteris, suis favere civibus.

<sup>r</sup> *Propter vicinitatem]* Arpinum, ex quo ortus est Cicero, Atinæ vicinum fuit. Utrumque autem oppidum in Samnio fuit.

<sup>s</sup> *Cn. Saturnini]* Saturninus unus e judicibus fuit in hac causa.

<sup>t</sup> *Sellam curulem]* Sive ædiles, sive prætores, sive consules, sella curuli vehebantur, cum in senatum veniebant, aut in locum aliquem alium jus dicturi.

suorum honore lætari. 20. Habemus hoc nos: habent nostra municipia. Quid ego de me, de fratre meo<sup>11</sup> loquar? quorum honoribus agri, prope dicam, ipsi montesque faverunt. Num quando<sup>12</sup> vides Tusculanum aliquem de M. Catone<sup>u</sup> illo, in omni virtute principe, num de Ti. Coruncano,<sup>v</sup> municipi suo, num de tot Fulviis<sup>x</sup> gloriari?<sup>13</sup> verbum nemo facit. At, in quemcunque Arpinatem incidet, etiamsi nolis, erit tamen tibi, fortasse<sup>14</sup> de nobis aliquid, aliquid certe de C. Mario<sup>y</sup> audiendum. Primum igitur hic habuit<sup>15</sup> studia suorum ardentia: <sup>d</sup> tu tanta, quanta in hominibus jam saturatis honoribus esse potuerunt. 21. Deinde<sup>16</sup> tui municipes sunt illi quidem splendidissimi homines: sed tamen pauci, si quidem cum Attinatibus confrantur. Hujus præfectura, plena virorum fortissimorum, sic ut nulla tota Italia frequentior dici possit; quam quidem nunc multitudinem videtis, judices, in sqnalore et luctu<sup>z</sup>

<sup>a</sup> Singularem amorem suorum.



Uncis inclusit Orell. Ms. Teeg. habet *municipium*. Ern. et Schutz, e codice Ursini legunt *hominum*. Ceteri *hospitum*: <sup>s</sup> x 1.  $\psi$  *hospitiam*. Mox Chabet *Haberemus*:  $\varsigma$  *Habeamus*. Dein in <sup>s</sup> *restra municipia*.—11 Lamb. edidit aut de fratre meo: Græv. conjectit quid de fratre meo.—12 Nunc quando habet C. Num aliquando H S  $\varsigma$  x, Ven. Junt. et Weiske. Post Catone, in  $\psi$  legitur illum. Mox C H S Coruncano: Junt. Lamb. et Weiske pro *prænomine* *Ti.* habent T. Tum *municipi suo* in  $\varsigma$ , num in x 3. desunt.—13 *Fabius gloriari* agnoscent <sup>s</sup>  $\varsigma$  x 1. 3. Grnt. et al. *filiis gloriari* est in Ms. Dresd. Ant. Augustinus maluit legi *alii glor.* Mox pro etiamsi nolis, in <sup>s</sup>  $\varsigma$  x 1. si nolis, in x 3. etiamsi nobis.—14 Voc. *ciam* inseritur post *fortasse* in Græv. Weiske, et Orell. ex auctoritate Ms. Erf. et Teeg. Panlo post *aliquid sed certe* Ms. Erf. Teeg. et Græv. probante Garaton. *sed aliquid certe* habet Weiske. *aliquid et de C. M.* legitur in ed. 1472. *aliquid de C. M.* in Lamb. Pro voce. *aliquid certe in C H S T* <sup>s</sup>  $\varsigma$  x 3. legitur et.—15 In <sup>s</sup> *habuerit*. Dein *omnitus* jam præbet C.—16 Denique in <sup>s</sup>. Tum *Attinatibus C:* et *Hujusmodi*  $\psi$ .

## NOTÆ

<sup>u</sup> *De M. Catone*] Cato jurisconsultus consul fuit, qui libros de jure scripsit, ut ait Pomponius, vir omniserdutione, et rei bellicæ laude clarius.

<sup>v</sup> *Ti. Coruncanio*] Is primus cœpit profiteri juris scientiam, cum priores id in latenti retinere cogitarent, so-

lumque consultoribus vacare.

<sup>x</sup> *De tot Fulviis [Fabii]* Fabii, Romanorum nobilissimi, qui bellum adversus Veientes soli cum suis clientibus et servis, in se rereperunt.

<sup>y</sup> *De C. Mario*] Is Arpinas fuit: de eo sæpius jam dictum est.

<sup>z</sup> *In squatore et luctu*] Amici sup-

supplicem vobis.<sup>17</sup> Hi tot equites Romani, tot tribuni ærarii<sup>18 a</sup> (nam plebem a judicio dimisimus, quæ cuncta comitiis affuit) quid roboris, quid dignitatis hujus petitioni attulerunt? Non enim tribum<sup>19</sup> Terentinam,<sup>b</sup> (de qua dicam alio loco) sed dignitatem, sed oculorum conjectum,<sup>c</sup> sed solidam et robustam<sup>d</sup> et assiduam frequentiam<sup>e</sup> præbuerunt.<sup>20</sup> Jam municipia conjunctione etiam vicinitatis vehementer moventur. ix. 22. Omnia, quæ dico de Plancio, dico expertus in nobis; sumus enim<sup>f</sup> finitimi Atinatibus. Laudanda est, vel etiam amanda vicinitas, retinens veterem illum officii morem, non<sup>g</sup> infuscata malevolentia,<sup>h</sup> non assueta mendaciis, non fucata,<sup>i</sup> non fallax, non erudita artificio simulationis vel suburbano vel etiam urbano.<sup>j</sup>

<sup>e</sup> Significationem voluntatis.

<sup>f</sup> Integræ, firmam.

<sup>g</sup> Livida invidia.

<sup>h</sup> Fraudulenta.

17  $\chi$  3. nobis.—18 Franc. uterque et ed. 1472. tot tribuni Atalini: Pith. tot tribuni caretini: Dresd. tot tribuni actitini: C Attinatinii: H Atinatini: T Actinatini:  $\pi$   $\chi$  3. aretini:  $\varsigma$  anetini. Mox Franc. 1. a jud. divisimus:  $\chi$  1. com. absuit. Dein attulerit habet C.—19 C tribunum:  $\chi$  1. tribuni.  $\varsigma$   $\chi$  1. Terentinam. Pro dignitatem in  $\chi$  veritatem scribitur.—20  $\chi$  1. 3. tribuerunt. Verbum nostrum ante munic. addidit Orell. de Garaton. sententia. Nostra munic. omisso jam, Ms. Erf. et Teeg. Statim post, conventione habet C. Mox pro moventur, in C monentur, in  $\psi$  moretur legitur.

CAP. IX. 1 Enim in  $\chi$  3. deest. In H legitur sumus omnes. Post laudanda, voc. enim inseruit Franc. 1. Verbum amanda, paulo post, in  $\chi$  1. omittitur. Dein in H  $\psi$  veterem illius. Pro morem C præbet amore: Teeg. mentem.—2  $\psi$  habet in non: et  $\psi$  offuscata. Porro pro fucata, Græv. Schutz.

#### NOTÆ

plices veniebant ad judicium, ut sua præsentia reo faverent, cum ejus causa dicebatur.

\* *Tribuni ærarii*] Tribuni ærarii dicebantur, inquit Varro, quibus attributa erat pecunia, ut militi eam rediderent. Diversi autem illi fuerunt a quæstoribus, quod ærarii pecuniam in urbe signatam custodirent; quæstores ex vectigalibus collectam. Legge autem Aurelia latum est, ut judicia, quæ penes solos senatores erant, cum equitibus et tribunis ærarii com-

municarentur.

<sup>b</sup> *Tribum Terentinam*] In tribu Terentina Atinates suffragium ferebant.

<sup>c</sup> *Assiduam frequentiam*] Frequentes venerant, ut Plancio faverent.

<sup>d</sup> *Sumus enim*] Arpinates finitimi sunt Atinatibus.

<sup>e</sup> *Vel suburbano vel urbano*] Vult ostendere, Arpinates, remotores Roma, non tam calidos esse et fraudulentos, quam suburbanos et urbanos, qui solent esse astutissimi.

Nemo Arpinas non Plancio studuit, nemo Soranus,<sup>3</sup> f nemo Casinas,<sup>g</sup> nemo Aquinas:<sup>h</sup> totus ille tractus<sup>4</sup> i celeberrimus,<sup>i</sup> Venafranus,<sup>k</sup> Allifanus,<sup>l</sup> tota denique nostra illa aspera, et montuosa,<sup>s</sup> et fidelis, et simplex, et fautrix suorum regio, se hujus honore ornari, se augeri dignitate arbitrabatur:<sup>6</sup> iisdemque nunc a municipiis adsunt equites Romani publice,<sup>7</sup> cum legationis testimonio:<sup>m</sup> nec minore nunc<sup>n</sup> sunt solicitudine, quam tum erant studio; etenim est gravius spoliari fortunis, quam non augeri dignitate.<sup>8</sup> 23. Ergo ut alia in te erant illustriora, Laterensis,<sup>9</sup> quæ tibi majores tui reliquerant; sic te Plancius hoc non solum municipii, verum etiam vicinitatis genere vincebat: nisi forte te Lavicana,<sup>o</sup> aut Bovillana, aut Gabina<sup>10</sup> vicinitas

<sup>i</sup> *Populosissimus.*

et Orell. ex auctoritate Ms. Erf. et Teeg. dederunt *fucosa*.—3 C s x 1. ψ, Franc. 1. et alii MSS. *Sopanus*: T *Yelpanus*. Statim post, C, Franc. 1. et alii MSS. cum Lamb. *Cassinas*.—4 *Tractus ille cel.* Ms. Teeg. probante Garaton. *Tractus* omittunt C H S t s s x 1. 3. ψ. *Venefranus*, C: qui Ms. item habet *Allifanus*: ψ *Allifranus*.—5 *Montosa* in H et MSS. quibusdam, Ven. et Lamb. *modiosa* in x 3. Seq. verbum legitur at in Man. et Lamb. probante Garaton.—6 *Arbitrabantur* in H ψ, Dresd. Barb. *arbitratur* alii. Statim infra, pro *iisdemque* in ψ scribitur *iis denique*. Mox ex municipiis habent C H S, uterque Franc. Dresd. edd. vett. et Græv. e munic. x 1. alii: et munic. x 3.—7 H plurimi: s s x 1. 3. p. Tum C H S s s x 1. 3. Teeg. Franc. 1. et ed. pr. cum legatione testimonio: Orell. ex auctoritate Ms. Dresd. habet *cum legatione et testimonio*. Mox nec minore nec legitur in C. Sequens verbum, sunt, in s x 3. deest. Deinde pro *quam tum*, C habet *quantum*: H *quam tunc*. In x 3. hæc verba desunt.—8 *Dignitatem* in s. Voc. etenim... *dignitate* omittuntur in x 3.—9 *Laterensis* T: *leterensi* x 3. Mox H habet reliquerunt. Voc. etiam post *rerum* s abest.—10 In Ms. Ambr. Teeg. Ven. Junt. Crat. et Orell. legitur *Labicana*, aut *Gabina*, aut *Bovillana*: in Franc. 1.

## NOTÆ

<sup>f</sup> *Soranus*] Sora colonia et urbs Lætii, ad Lirim fluvium, in Campania, inter Ferentinum et Atinam, Arpino proxima. Omnes populos citat qui Plancio faverunt.

<sup>g</sup> *Casinas*] Casina Campaniae oppidum est.

<sup>h</sup> *Aquinas*] Aquinum Latinorum oppidum est, ad fines Samnitum.

<sup>i</sup> *Ille tractus*] Tractus dicitur pro spatio terræ, quam regionem dicimus vulgo une contrée.

<sup>k</sup> *Venafranus*] Venafrum civitas Campaniæ oleis abundans.

<sup>l</sup> *Allifanus*] Allifa Italæ oppidum prope Vulturni ripam.

<sup>m</sup> *Cum legationis testimonio*] Legati publice mittebantur a civitatibus ad fovendam dignitatem suorum municipiū, cum de iis Romæ agebatur, sive in honoribus obtinendis, sive in judicio subeundo.

<sup>n</sup> *Nec minore nunc*] Tam solliciti adsunt in hoc judicio, ubi de dignitate,

adjuvabat; quibus e municipiis vix jam, qui carnem Latinis petant,<sup>p</sup> inveniuntur.<sup>11</sup> Adjungam, si vis, id, quod tu etiam huic obesse putas, patrem publicanum:<sup>q</sup> qui ordo quanto adjumento sit in honore, quis nescit? flos<sup>12</sup> enim equitum Romanorum, ornamentum civitatis, firmamentum reipublicæ, publicanorum ordine continetur. 24. Quis est igitur,<sup>r</sup> qui neget, ordinis ejus studium fuisse in honore Plancii<sup>s</sup> singulare? neque injuria; vel quod erat pater is,<sup>t</sup> qui est princeps<sup>u</sup> jam diu publicanorum; vel quod is ab sociis unice<sup>v</sup> diligebatur; vel quod diligentissime rogabat;<sup>w</sup> vel quia pro filio supplicabat; vel quia hujus<sup>x</sup> in illum

---

*Laritana, aut Gabina, aut Sabina: in Franc. 2. ed. 1472. et aliis nonnullis, Laricana, aut Gabina, aut Bovillana, aut Sabina. C Laritana: s x 1. Laricana, an Gabina: C Bajulana: s Gabina: s ψ Sabina. Tum pro vicinitas, s x 1. ψ aut Sabina civitas: C H S et Oliv. civitas. Mox est munic. habet s: vix tam x 1. qui carmen x 3.—11 Orell. ex anctoritate MSS. Ambr. et Teeg. reperiuntur. In Ms. Ambr. quoque legitur *Adjungamus*. Verbum etiam, paulo post, x 3. abest; qui Ms. item habet abesse. Orellius, ex auctoritate MSS. Ambr. et Teeg. dedit *huic obesse etiam*.—12 Qui flos in C: in eodem Ms. voc. *Romanorum* omittitur. Mox ord. continentur in ψ.—13 Quis est ergo H S s x 1. et edd. pleræque ante Grut. Quis ergo est edidit Lamb. Mox in honorem habet s. Dein C P. Plancii: ψ Planciis.—14 Patris in x 3: qui erat habet C. Voc. is, ante ab soc. omisit Ms. Ambr.—15 Franc. Dresd.*

## NOTÆ

et periculis Plancii agitur, ‘quam tum;’ nempe cum in comitiis ædili- ciis ædilis nominatus est.

<sup>o</sup> *Lavicana*] Lavicum et Bovillæ oppida sunt in Latio, quæ suburbana dicta sunt, quia Roma proxima. Gabii vero Volscorum urbs est.

<sup>p</sup> *Carnem Latinis petant*] Id dicit pro paucissimis, qui Laterensi affuerunt. Periphrasis est, quam summis a more priscorum Latinorum: nos enim fuit, ut, sacrificio facto in monte Albano feris Latinis, qui afflissent e municipibus, eis cæsarum hostiarum caro divideretur.

<sup>q</sup> *Patrem publicanum*] Objecit La- terensis Plancio, quod pater ejus es- set publicanus. Publicani autem male audiabant apud populum; quia mu-

nus illorum fuit magnis rationibus quæstus sui causa populi Romani vec- tigalia condnere. Erant autem illi ex equestri ordine.

<sup>r</sup> *In honore Plancii*] Publicani in ædilitate obtinenda plurimum Plan- cio profuerunt.

<sup>s</sup> *Vel quod erat pater ... princeps*] Affert rationes quæ non mediocriter impulerunt populum ad Plancium æ- dilem creandum. Dicitur autem pa- ter ejus princeps publicanorum, quia inter mancipes præcipitem locum te- nebat.

<sup>t</sup> *Ab sociis unice*] Ab reliquis pub- licanis maxime Plancius pater dili- gebatur.

<sup>u</sup> *Rogabat*] Socios et cives Roma- nos rogabat pro filio.

ordinem summa officia<sup>4</sup> quæsturæ tribunatusque<sup>5</sup> constabant; [p. 264.] vel quod illi in hoc ornando ordinem se ornare,<sup>6</sup> et consulere liberis suis arbitrabantur. x. Aliiquid<sup>7</sup> præterea, (timide dico, sed tamen dicendum est) non enim opibus, non invidiosa gratia, non potentia vix ferenda, sed commemoratione beneficij<sup>8</sup> sed misericordia, sed precibus aliquid attulimus etiam nos.<sup>4</sup> Appellavi populum;<sup>2</sup> tribubus submisi me, et supplicavi: ultro, mehercules,<sup>5</sup> se mihi etiam offerentes, ultro pollicentes<sup>a</sup> rogavi. Valuit causa rogandi, non gratia. 25. Nec, si vir amplissimus,<sup>b</sup> cui nihil est, quod roganti concedi<sup>c</sup> non jure possit, de aliquo, ut dicis, non impetravit, ego sum arrogans, quod me valuisse dico.<sup>7c</sup> Nam (ut omittam illud, quod ego pro eo laborabam,<sup>8</sup> qui valebat ipse per sese) rogatio ipsa semper est gratiosissima, quæ est<sup>d</sup> officio necessitudinis con-

<sup>a</sup> Maxima beneficia.



edd. vett. nonnullæ, Græv. Weiske, et Orell. legunt *hujus ipsius*.—16 Ms. Erf. dedit *ordine se ornare*. Verba *summa ... ordinem* C T absunt: *ordinem se desunt* in  $\psi$ . Denique *arbitrabatur* in C scribitur.

CAP. x. 17  $\chi$  1. 3. *Aliud*. Ms. Ambr. legit, statim post, *tim. dicam*. Franc. 1. 2. *dico timide*. Voc. *est*, post *dicendum*,  $\chi$  5 H abest. Mox in  $\varsigma$  legitur *sed enim opibus, sed invid. gratia, sed potentia, &c.*—4 *Aliiquid etiam attulimus nos* Franc. 1. *Pro etiam C habet et: pro nos,  $\chi$  3.  $\psi$  vos.* Tum Orellius, ex auctoritate Ms. Erf. et Teeg. dedit *tributum: T tribulus:  $\chi$  1. tribunus*. *Pro submisi  $\chi$  3. præbet summissime,  $\psi$  summis.*—5 *Mehercule Lamb.* Weiske et Orell. e Ms. Ambr. Verba *meh. ... ultro* in C desunt: in eodem Ms. *valuit ... roganti* omittuntur.—6 *Concedi*  $\varsigma$  abest.—7 P. Victor. et nonnullæ aliæ edd. necnon MSS. Pith. Puce. Jont. Naug. et Cam. qui me *val. dico*, probant Græv. Mox post *omitt. illud*  $\psi$  posuit *rogans: et ego in  $\chi$  3. omittitur.*—8 Ed. Jont. *laboravi*. *Pro sese H dedit se.* Statim infra, *ipsa C abest*: in Ms. Ambr. legitur *rogatio hæc*. In Franc. 1. *rogatio semper ipsa est.* Mox *gratissima* in  $\psi$ .—9 Omisit *est* Ms. Teeg. *Pro necessitudinis ...*

## NOTÆ

<sup>x</sup> *Quæsturæ tribunatusque*] Quæstor et tribunus fuit Plancius, ut infra videbitur.

pro Plancio propter Ciceronem multi polliciti sunt.

<sup>y</sup> *Sed commemoratione beneficij*] Ex-  
ulem Ciceronem et profugum exceptit in Macedonia; quare ei favit Cicero.

<sup>b</sup> *Vir amplissimus*] Solent oratores sæpe de re universalí loqui, tanquam de singulari. Sic vir amplissimus pro quolibet dicitur.

<sup>z</sup> *Appellavi populum*] Appellari di-  
citur *populus* in *rebus necessariis* et bonis.

<sup>c</sup> *Me valuisse dico*] Ostendit se sa-  
tis gratia apud *populum* valuisse, ut  
hanc a *populo* ædilitatem Plancio obtineret.

<sup>a</sup> *Ultro pollicentes*] Suffragia sua  
*Delph. et Var. Clas.*

*Cicero.*

juncta maxime. Neque enim ego sic rogabam, ut petere viderer, quia familiaris esset meus, quia vicinus, quia hujus parente semper plurimum essem usus; sed ut quasi parenti, et custodi meo.<sup>10d</sup> Non potentia mea, sed causa rogationis fuit gratiosa. Nemo mea restitutione lætatus est, nemo injuria doluit, cui non hujus in me misericordia grata fuerit.<sup>11</sup> 26. Etenim, si ante redditum meum Cn. Plancio se vulgo<sup>1</sup> viri boni, cum hic tribunatum peteret, ulro efferebant; cui nomen meum absentis<sup>12</sup> honori fuisset,<sup>e</sup> ei meas præsentis preces non putas profuisse? An Minturnenses<sup>13</sup> coloni,<sup>f</sup> quod C. Marium<sup>g</sup> ex civili errore, atque ex impiis manibus eripuerunt; quod tecto receperunt;

<sup>1</sup> Universi.



esest, C habet ne. Paulo post v. enim deest in H S T χ 1. 3. ψ, edd. vett. Lamb. et Weiske.—10 Et custodi salutis mea dederunt Ms. Erf. Teeg. Græv. et Orell. Pronomen meo in χ 3. omittitur. Mox in χ 3. ψ, est gloriosa; et statim infra χ 1. habet Nemo in ea.—11 Voc. fuerit C abest. In Junt. legitur fucrit grata. Pro Etenim C legit Et. Dein si vulgo habet ψ.—12 In T est non absentis. Verbum absentis deest in C H S T σ χ 1. 3. ψ, Franc. 1. 2. et omnibus edd. vett. ante Gruterum. Statim post, pro ei, C habet et. In C H χ 1. 3. ψ, est et mihi præsentes.—13 C χ 3. Minturnenses. Mox e civili ferro, ex auctoritate Ms. Ambr. edidit Orellius: civili errore, omissio ex, edd. ante Lamb. et Græv. e civili errore dedit Lamb. et Weiske: ex civili cruento cod. Ursini, Pal. 7. et Schutz. e civili terrore conjectit quidam apud Lamb. Præpositio ex in C H S T σ χ 1. 3. ψ omittitur. Quoque ex ante impiis, T ψ abest. Tum χ 3. legit arriperunt: et verba sequentia, quod

#### NOTÆ

<sup>d</sup> Custodi meo] Auxilio fuit Cicero in exilio suo Plancius; quare pro se, quasi parente, supplicabat.

<sup>e</sup> Honori fuisset] Viri boni ad tribunatum Plancio obtinendum sese ei ante Ciceronis redditum offerebant: non est sane dubitandum, quin supplicationes, quas pro eo fecit Cicero, ipsi fuerint utilissimæ ad ædilitatem obtinendam.

<sup>f</sup> Minturnenses coloni] Minturnæ colonia populi Romani fuit; coloni autem dicuntur coloniarum incolæ, qui cives Romani sunt.

<sup>g</sup> Quod C. Marium] Civili bello ex-

pulsus a Sulla Marius, enjus vires fregerat, coactus est ad Minturnenses confugere; ubi in eorum paludiibus delituit; sed extractus a civibus, navi impositus, in Africam venit. Vide Liv. lib. LXXVII. Argumentatur autem sic a pari: si gloriosum fuit Minturnensibus operari suam Mario præstitisse postquam ejectus est; non est dubium quin Plancio tam gloriosum fuerit, me recepisse, postquam violentia Clodianorum in exilium ejectus sum. Hoc redditum Ciceroni beneficium ipsi honori fuit.

quod fessum inedia<sup>14</sup> fluctibusque recrearunt; quod viaticum congesserunt; quod navigium dederunt; quod eum linquentem terram eam, quam servaverat, votis, omnibus, lacrymis<sup>15</sup> prosecuti sunt, æterna in laude versantur; Plancio, quod me vel vi pulsum,<sup>16</sup> vel ratione cedentem receperit, juverit, custodierit; his, et<sup>17</sup> senatui, populoque Romano, ut haberent, quem reducerent, conservarit; honori hanc fidem, misericordiam, virtutem fuisse miraris?

XI. 27. Vitia, mehercule,<sup>h</sup> Cn. Plancii, res hæ,<sup>18</sup> de quibus dixi, tegere potuerunt; ne tu, in ea vita, de qua jam dicam, tot et tanta adjumenta huic honori fuisse mirere.<sup>19</sup> Hic est enim, qui adolescentulus cum A. Torquato<sup>i</sup> profectus in Africam, sic ab illo gravissimo, et sanctissimo, atque omni laude et honore<sup>20</sup> dignissimo viro dilectus est, ut et contubernii necessitudo,<sup>k</sup> et adolescentuli modestissimi

---

tecto recep. desunt in H S  $\sigma$  x 1.—14 In  $\psi$  est media: in C x 3. fluctibus pro fluctibusque; post quod verbum, *confectum* legitur in Frane. 1. et Schutz. Post, viat, concesserunt legitur in C, et paulo post *cum linq.* in x 3.—15 Ex ed. Lamb. *lacrymis, votis omnibusque* dedit Orellius: *lacrymis rotisque omnibus* MSS. plerique, edd. ante Lamb. Grut. et Oliv. *votis, omnibus lacrymisque* Erf. Ms. Patis. Græv. et Lall. *votis, omnibus, lacrymis* e conjectura Ern. cum Weiske et Schutz. *votis omnibusque et lacrymis* Medvig. 1. p. 40. Pro *votis* x 3. habet *vocisque*.—16 In H T  $\sigma$  x 3. est *vel impulsum*: in x 1. *vel impulsu*. Verba *vel ratione* desunt in T. *Vel Romæ* seribitur in C. Voc. *tempor*, ante *recepit*, habent edd. vett. nonnullæ, quas Weiske sectus est. Mox pro *juverit* x 1. legit *ricerit*.—17 *Is et in C T*, et edd. ante Mannt. Paulo post, pro *haberent* x 3. *haberet*. In C est *haberent, quod*. Vid. Nott. Var. Denique x præbet *misericordia, virtute esse miraris?*

CAP. XI. 18 In H est *hujus*: in x 3. *res hæ*: in Frane. 1. *hæ res Cn. Plancii*. Infra, pronounen *me* ante *tegere* addidit  $\psi$ . Pro *tu*, in ea x 3. præbet *tamen eu*.—19 *Mirere* in H deest:  $\sigma$  legit *merere*. Post *hic*, omisit est Ms. Teeg. unde etiam qui deleri censebat Garaton. Post, pro *prænomine A.* in C legitur *Allo*.—20 Verba *illo . . . honore* in  $\sigma$  desunt. Particula *et* ante *contub*, omittitur in  $\sigma$ . Mox *adoles. honestissimi* habet x 1. et idem Ms. postu-

## NOTÆ

<sup>h</sup> *Vitia, mehercule*] Jam Plancii vitam commendat.

<sup>i</sup> *A. Torquato*] Is est Torqnatus, ad quem aliquæ Ciceronis epistolæ sunt lib. VI. et qui post gestam præturam, Africam rexit.

<sup>k</sup> *Contubernii necessitudo*] Moris fuit

apud Romanos, ut clarorum virorum, et amicorum filios adolescentes, secum imperatores in provincias deducerent, snoque tabernaculo acciperent, ut ad artem militarem instituerentur.

pudor postulabat: qui<sup>1</sup> si adesset, non minus ille declararet, quam hic illius frater patruelis, et sacer T. Torquatus, illi omni virtute<sup>2</sup> et laude par; qui est quidem cum illo maximis vinculis et propinquitatis<sup>1</sup> et affinitatis<sup>3</sup> conjunctus; sed ita magni<sup>3</sup> amoris, ut illæ necessitudinis causæ leves esse videantur. Fuit in Creta postea contubernialis Saturnini, propinqui sui, miles<sup>4</sup> hujus Q. Metelli:<sup>n</sup> quibus cum fuerit probatissimus, hodieque sit, omnibus esse se probatum debet sperare. In ea provincia legatus fuit C. Sacerdos,<sup>o</sup> qua virtute, qua constantia vir! L. Flaccus,<sup>p</sup> qui homo! qui civis! qualem hunc putent, assiduitate<sup>q</sup> testimonioque declarant. 28. In Macedonia tribunus militum<sup>r</sup> fuit; in eadem provincia postea quæstor. Primum Macedonia sic eum diligit, ut indicant hi<sup>s</sup> principes civitatum suarum; qui cum missi sint ob aliam causam, tamen hujus repentina periculo commoti, huic assident,<sup>s</sup> pro hoc laborant; huic si prästo fuerint,<sup>m</sup> gratius

<sup>m</sup> Si adsint.

.....

lat.—1 Quod scribitur in Ms. Erf. Teeg. omnibus Oxon. Junt. Lamb. Oliv. Weiske, et Orelli. Infra, voc. minus C abest. Tum pater patruelis habet χ 1. et Torquatus in σ omittitur.—2 Omni illi et virtute Ms. Erf. Ex auctoritate codd. Garaton, et C χ 3. Orellins edidit illi omni et virtute. Paulo post, pro quidem χ 3. präbet quid.—3 E Pantagathi conjectura Schutz. et Orelli. dederunt magnis, probante Ursino: magni omnes alii. Pro magni, C, a manu recentiori, präbet cause: χ 3. magis. Statim infra, ante ut, voc. cause additur in ψ. In C χ 1. 3. est necessitudines.—4 In ψ similes. Mox pro quibus, C H σ χ 1. 3. scribunt qui; H cui; ψ cui qui. Tum se, post esse, deest in χ: et pro probatum in χ 3. legitur speratum.—5 In C judicantur ii; qui Ms. paulo infra scribit qui tum. Pro sint, legitur sunt in C χ 1. 3. Statim post, pro ob χ 3. habet ad.—6 Verba huic assident χ 3. absunt. Mox prono-

#### NOTÆ

<sup>1</sup> Et propinquitatis] Propinquitas de iis dicitur qui cognati sunt.

<sup>m</sup> Affinitatis] Affinitas dicitur de iis qui aliorum cognatam habent in matrimonio, et quorum propinquam alter uxorem duxit.

<sup>n</sup> Miles hujus Q. Metelli] Metellus hic Creticus fuit, qui a devicta Creta insula Creticus dictus est. Huic autem affuit judicio, vel ut judex, vel

ut advocatus.

<sup>o</sup> C. Sacerdos] Sacerdoti hinc successit prätor Verres in Sicilia.

<sup>p</sup> L. Flaccus] Cicerone consule, Romæ prätor fuit Flaccens, qnem renum repetundarum defendit.

<sup>q</sup> Assiduitate] Assiduitas hie pro diligenti advocatione sumitur.

<sup>r</sup> Tribunus militum] Zonaras lib. II. scribit tribunos militum eos appellata-

se civitatibus suis facturos putant, quam si<sup>7</sup> legationem et mandata sua confecerint. L. vero Apuleius<sup>8</sup> hunc tanti facit,<sup>9</sup> ut morem illum majorum, qui præscribit, in parentum loco quæstoribus suis prætores esse oportere, officiis benevolentiaque superarit.<sup>9</sup> [p. 265.] Tribunus plebis fuit, non fortasse tam vehemens,<sup>10</sup> quam isti, quos tu jure laudas;<sup>10</sup> sed certe talis, quales si omnes semper fuissent, nunquam desideratus vehemens esset tribunus. xii. 29. Omitto illa, quæ si minus in scena<sup>11</sup> sunt, at certe, cum sunt prolata, laudantur: ut vivat cum suis; primum cum parente, (nam meo judicio pietas fundamentum est omnium virtutum) quem<sup>12</sup> veretur ut Deum, (neque enim est multo secus parens liberis<sup>10</sup>) amat vero ut sodalem, ut fratrem, ut æqualem. Quid dicam cum patruo? cum afflinibus? cum propinquis? cum hoc C. Saturnino,<sup>13</sup> ornatissimo viro?

\*\*\*\*\*

*men se, ante civitatibus, in x 1. omittitur. Huic . . . putant in C desunt.—7 Quasi in C. Dein Ms. Teeg. Schutz. et Orell. habent quam si legationem suam, et mundata conf. Ms. Erf. quam si legationem suam, si mandata conf. Pro confecerint, in C concesserint.—8 In c x 1. 3. est fecit. Mox pro officiis x 1. dedit officio.—9 In C superaret. Post voc. vehemens s addidit esset tribunus.—10 Jure suspectum fuit Ern. Quidam legendum putant quos tu dilaudas: at Gulielmus quos tu mire laudas. Paulus infra, in x 3. est qualis si omnis: verbum semper in eodem Ms. omittitur. Denique esset vehemens tribunus legitur in Græv. Voc. esset C abest: in x 3. scribitur esse.*

CAP. XII. 11 H S x 1. Franc. 1. ed. Ven. et Junt. habent si minus necessaria. Mox prolata sint in H et Franc. 1.—12 In C legitur *fundamentum omniumque virtutumque, veretur, &c.* Pro quem x 3. ψ præbent quam: pro enim, H dedit vero. Sequens verbum est omittitur in omnibus edd. vett. ante Grævium. Ex auctoritate Ms. Teeg. Orellius dedit multo secus est. Mox in ψ amant vero. Particula ut, ante fratrem, in x 1. deest.—13 Omnes

#### NOTÆ

tos esse, qui imperium in mille viros habebant. Alii rufuli dicebantur, qui in exercitu creabantur; alii comitati, qui Romæ comitiis designabantur.

\* L. Apuleius] Apuleius prætor Macedonia fuit, cum quo Plancius quæstor profectus est.

<sup>1</sup> Tribunus plebis fuit, non fortasse tam vehemens] Plancius non tam vehemens fuit erga populum, quam gratiosus, quia eum sibi devincire

conatus est. Dicebantur vero vehementes, qui magna ex parte populares et seditionis erant, nec senatus parebant. Laudabantur vero qui senatus parebant, et qui fortiter seditionis collegarum conatibus obsistebant.

<sup>0</sup> Neque enim est multo secus parens liberis] Scilicet, est quam Deus hominibus. Nam singulari honore et amore prosequi liberi parentes de-

cujuſ quantum honoris hujus cupiditateſ fuisse creditiſ, cum videatiſ<sup>14</sup> luctuſ ſocietatem? <sup>x</sup> Quid de me dicam, qui mihi, in hujus periculo, reuſ eſſe videor? quid de hiſ tot viriſ talibuſ, quoſ videtiſ veste mutata? Atqui haec ſunt iudiciā ſolida,<sup>z</sup> iudicē, et expreſſa; haec ſigna<sup>15</sup> probitatiſ, non fucata forenſi ſpecie,<sup>16y</sup> ſed domesticiſ iuſta notiſ veritatiſ.<sup>o</sup> Faciliſ eſt illa occuſatio et blanditiā populariſ:<sup>p</sup> aſpicitur, non attractatur;<sup>z</sup> procul appetet, non exutitur, non in manus ſumitur. 30. Omniſbus igitur rebuſ ornatuni hominem, tam exteriſ,<sup>a</sup> quam domesticiſ,<sup>17b</sup> nonnulliſ rebuſ inferiorem, quam te, generiſ et nominis, dico;<sup>18</sup> ſuperiorem aliis, municipuſ, vicinoruſ, ſocieta‐tuſ<sup>c</sup> ſtudio, temporuſ meoruſ memoria;<sup>d</sup> parem vir‐

<sup>n</sup> Vera et certa.<sup>o</sup> Indicantia veritatem affectu domestico.<sup>p</sup> Facile eſt obviuſ ſalutare, et blandiri populariſter.

Mſſ. (ψ habet Gaio) et edd. legunt Cu. Saturn. præter Ern. et Schutz. qui de‐derunt C. Saturn. errore typographicuſ, ut ait Orellius.—14 Ex auctoritate Ms. Teeg. Orellius dedit videtiſ: omnes ceteri Mſſ. et edd. videatiſ. Mox præpositionem in ante hujus, et his ante tot, omiſit χ: de his tot viriſ ac talibuſ edidit Lamb.—15 Schutz. e Ms. Ursini, legit Atque haec ſunt iudiciā ſolida, iudicē, haec expreſſa ſigna, &c. Lamb. dedit Atquā haec ſunt ind. ſol. jud. et expreſſa virtutiſ; haec ſigna, &c. In C S χ 1. eſt iudicia; in χ 3. ſolita. —16 Spe in χ 3. Statim poſt, iuſta votiſ in χ 3. Mox H concuſatio. Dein in C attractatur.—17 Qua exteriſ, qua domesticiſ legitur in Ms. S. Teeg. marg. Crat. Herv. Lamb. Grut. et Orell. quem ext. quem domest. in C H T χ 3. Franc. 1. et edd. ante Lamb. quam ext. quam domest. χ 1. et edd. quædam.—18 Generiſ, dico, et nominis Orellius, ex auctoritate Ms. Teeg.

## NOTÆ

bent, a quibus vitam accepere.

<sup>x</sup> Luctuſ ſocietatem] Aderant in hoc iudicio multi cum Plancio mutata veste, ut faciliuſ moverent iudicē ad misericordiam: qui moſ familiaris fuit apud Rom.

<sup>y</sup> Fucata forenſi ſpecie] Quidam aliquando in reoruſ iudicio ſimulabant dolorem, quo nullo modo tangebantur; quia tantum veste mutata aderant, aut rogati, aut conducti.

<sup>z</sup> Aſpicietur, non attractatur] Aſpicietur prima frons rerum; attractantur autem interiora. Magis autem cog‐

nſeuntur quæ tanguntur et attractantur, quam quæ tautum videntur.

<sup>a</sup> Tam exteriſ] Exteriæ res dicuntur bona fortunæ, vel quæ non ſunt domesticæ.

<sup>b</sup> Domesticiſ] Nomen in Laterensi nobiliuſ erat; nam tum paternuſ, tum maternuſ nomen a consularibus trahebat.

<sup>c</sup> Societatum] Numerat res quibus superior Laterensi fuit Plancius; eniſ pater publicanus fuit, quorum maximuſ fuit Roma numeruſ.

<sup>d</sup> Temporuſ meoruſ memoria] Plan‐

tute,<sup>19</sup> integritate, modestia; aedilem factum esse miraris?

Hunc tu vitae splendorem maculis adspergis istis? Jacis adulteria, quae nemo, non modo nomine,<sup>20</sup> sed ne suspicione quidem possit agnoscere. Bimaritum<sup>1</sup> appellas, ut verba etiam fingas, non solum crimina. Ductum esse ab eo in provinciam<sup>e</sup> aliquem dicis, libidinis causa; quod non crimen est,<sup>2</sup> sed impunitum in maledicto mendacium: raptam esse mimulam;<sup>f</sup> quod dicitur Attinæ<sup>3</sup> factum a juvene, vetere quodam in scenicos jure maximeque oppidano. 31. O adolescentiam<sup>4</sup> traductam eleganter! cui quidem cum, quod licuerit, objiciatur, tamen id ipsum falsum reperiatur. Emissus aliquis<sup>5g</sup> e carcere, et quidem emissus, ut cognostis,<sup>6</sup> necessarii hominis optimique adolescentis rogatu:

---

Statim post, χ 1. ψ *municipium*: χ 3. *municipiis*. Dein *societatem* in ψ. Voc. *meorum* σ χ 1. ψ abest.—19 *Patris virtute* legitur in C H S T σ χ 1. 3. aliis MSS. et edd. Infra, pro *miraris* C habet *mireris*.—20 *Non modo criminē* suspicabatur Lamb.—1 *Maritum* scribitur in C H S T σ χ 1. et edd. vett. Faernus maluit legi *marinuarium*: Ant. Augustinus *maritam*. χ 3. habet *meritum*. Voc. etiam, ante *tingas*, omittitur in H & ψ, Man. Grut. et Weiske. Mox pro *Ductum*, χ 1. habet *Dictum*; C *Ductum*. Paulo post, σ præbet *provincia*: in C χ 3. in *provinciam* aliquam. Pro *dicis*, χ 1. 3. ψ *dicas*. Negativa particula ante *crimen* deest in ψ.—2 *In reo adduunt* MSS. Garaton. Lamb. et Weiske. Paulo infra, verba in *maledicto* uncis includit Orell. in *maledico* legitur in edd. vett. Lamb. et Oliv. in *maleficio* alii: *impunitum maledici mendacium* suspectum Orell. etiam *maledicto* in C. Actutum *Raptum* H. Pro *mimulam*, in C χ 3. *mimolam*: in H in *molum*: in χ 1. *numolam*.—3 *Attinæ* C: Anne χ 3. Tum ex auctoritate Ms. Teeg. Orellius dedit a *juventute*. Pro *jurene* C *rirere*: et pro *quodam*, H *quondam*, ψ *quoddam*. Statim post, *jureque*, *maxime* in ψ: *oppidacio* legitur in χ 3.—4 *O adolescentulum* χ 1. Quod, ante *licuerit*, in H deest. Mox ad ipsua præbet C χ 3. Porro pro *reperiatur* H habet *objiciatur*.—5 *Aliqui* Orell. et Ms. Teeg. a *carc.* H: *est e carc.* σ. Præpositio *e* in χ 1. omittitur. Statim post, *equidem* scribitur in C ψ.—6 In σ χ, Erf. Teeg. Græv. Oliv. Schutz. et Orell. hic locus sic legitur: *et quidem emissus per im-*

#### NOTÆ

cuius omnes, qui a Ciceronis parte stabant, amicos, et patronos habuit, et adjutores in aedilitate petenda, propter beneficium Ciceroni collatum in Macedonia, enim cedentem eum tempori recepit.

<sup>e</sup> *In provinciam*] In Macedoniam Plancius quæstor profectus est.

<sup>f</sup> *Mimulam*] Mimula illa adolescentula quædam fuit scenica, quæ in

comœdiis agebat.

<sup>g</sup> *Emissus aliquis*] Forte cum Plancius tribunus plebis fuit, emisit aliquem e carcere; nam tribuni jus habebant prehendendi, et in carcerem mittendi, ut ex Varrone Gellius XII. 12. scribit. Hanc porro objectionem non solvit, sed humanitatis causa excusat.

idem postea præmandatis<sup>7</sup> requisitus.<sup>8</sup> Atque hæc, nec ulla alia, sunt conjecta [maledicta] in ejus vitam,<sup>9</sup> de cuius vos pudore, religione, integritate dubitetis. **XIII.** Pater vero, inquit, etiam<sup>9</sup> obesse filio debet. O vocem duram atque indignam tua probitate, **Laterensis!** Pater ut in judicio capitinis, pater ut in dimicazione fortunarum,<sup>10</sup> pater ut apud tales viros<sup>9</sup> obesse filio debeat? qui si esset turpissimus, si sordidissimus, tamen ipso<sup>11</sup> nomine patrio valeret apud clementes judices et misericordes: valeret, inquam, communis sensu<sup>12</sup> omnium, et dulcissima commendatione naturæ. **32.** Sed cum sit **Cn. Plancius** is eques Romanus, ea primum vetustate equestris ordinis,<sup>13</sup> ut pater, ut avus, ut majores ejus omnes equites Romani fuerint, summum in præfectura<sup>1</sup> florentissima gradum tenuerint et dignitatis et gratiæ; deinde, ut ipse in legionibus **P. Crassi**,<sup>14</sup> imperatoris, inter ornatissimos homines, equites Romanos, summo splendore fuerit; ut postea princeps<sup>15</sup> inter suos; plurimarum rerum sanctissimus<sup>k</sup> et justissimus judex;

<sup>7</sup> *Judices.*

\*\*\*\*\*

*prudentiam, emissus, ut cognostis. C H 5 χ 1. Franc. 1. et Dresd. ut cognoscis: T ut cognoscitis.—7 Postea prætoris mandatu Lamb. Oliv. et Schantz. e Turnebi conjectura: postea prætoris mandatis C H S T χ 1. ψ, Cod. Rawlinsonianus, Sec. xv. Beierus conjectit postea a præmandatis: Orellius suspicabatur postea per præmandatos. Actutum ne ulla scribitur in C: nec multa in χ 3.—8 Ernestio voc. maledicta suspectum de glossa fuit; conjectaque locum ita legendum: hæc sunt conjecta in vitam ejus. Mox ante dubitetis, in Ms. H additur negativa particula non.*

*CAP. XIII. 9 In χ 3. et: in C debebat. Paulo post in χ 3. tu probitatem. In T legitur **Laterenensis**.—10 C habet in judicio fortunarum suarum. Verba Pater ... fortunarum in T χ 3. omittuntur. Pro fortunarum in ψ formarum. Statim post, ut ante apud H abest. Deinde pro debebat, C habet debebat, χ 3. debeant. Si, ante sordidissimus, omittitur in quibusdam MSS. et edd. vett.—11 In ipso Lamb. 1566.—12 Consensu χ 1. Mox commemoratione naturæ S χ 1. commendatione valeret Ms. Dresd.—13 Ex auctoritate Ms. Teeg. Orellius dedit equestris nominis: omnes alii MSS. et edd. ordinis. Mox Rom. fuerunt habent 5 χ 3. gradum tenuerunt 5 χ 3. ψ.—14 ψ Classi.—15 Principes*

## NOTÆ

<sup>b</sup> *Requisitus]* Ad carcerem et custodiam redire a prætore requisitus est.

<sup>1</sup> *Præfectura]* De hac voce dictum

est § 19. not.

<sup>k</sup> *Sanctissimus]* Dicitur sanctus, qui a nullo violandus est propter innocentiam et integritatem.

maximarum societatum auctor,<sup>1</sup> plurimarum magister; si non modo in eo nihil unquam reprehensum, sed laudata sunt omnia; tamen is oberit honestissimo filio pater, qui vel minus honestum et alienum tueri vel auctoritate sua, vel gratia possit? 33. Asperius,<sup>16</sup> inquit,<sup>m</sup> locutus est aliquid aliquando. Immo fortasse liberius. At id ipsum, inquit, non est ferendum. Ergo hi ferendi sunt, qui queruntur,<sup>17</sup> libertatem equitis Romani se ferre non posse? Ubinam ille mos? ubi illa æquitas juris? [p. 266.] ubi illa antiqua libertas, quæ malis oppressa civilibus,<sup>18 n</sup> extollere jam caput, et aliquando recreata, se erigere debebat? Equitum ego Romanorum etiam<sup>19</sup> in homines nobilissimos maledicta, publicanorum in Q. Scævolam,<sup>o</sup> virum omnibus ingenio, justitia, integritate præstantem, aspere, et feroeiter, et libere dicta commemorem? xiv. Consuli P. Nasicæ<sup>20 p</sup> præco Granius, medio in foro, cum ille,

\*\*\*\*\*

legitur in x 1. Paulo infra max. civitatum auctor in x 3.—16 Aperius in s.—17 Qui hoc queruntur Ms. Teeg. qui queruntur hoc Eif. In x 1. legitur queruntur. Mox pro Ubiuam T scribit Ubi.—18 Ciribus in s et Franc. 1. Panlo infra erig. debet præbent C H, et Ms. Teeg. Actutum C Equitum vero: x 1. 3. Equitum ergo.—19 Voe. etiam abest H s, Ms. Teeg. Ven. Junt. et Crat. probante Garaton. Uncis inclusit Orellius. Mox ego publicanorum Ms. Ambr. Statim, pro in, C habet M. Denique et libere omisit eod. Ambr.

CAP. xiv. 20 x 1. Nascitæ. Dein C H x 1. 3. præco grævius. Actutum

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Maximarum societatum auctor*] Societas inter publicanos erant in vectigalibus exercendis; et longe maximis inter eos, et amplissimis rationibus constabant.

<sup>m</sup> *Asperius, inquit, &c.*] C. Cæsare et M. Bibulo eoss. an. 691. cum agrum Campanum, invitî optimatibus, in plebem Cæsar divisisset, a senatu publicani petebant, ut propter varia onera parte aliqua vectigalium levarentur; sed cum eam ob rem senatus gravaretur, et propter contentiones partium, responsum dari non posset,

indignati publicani, liberius conquessti sunt, et inter eos potissimum Planctins, quasi ceterorum princeps. Hinc invidiām Plancio conflare Laterensis studinerat.

<sup>n</sup> *Malis oppressa civilibus*] Cum Sulla et Marius tot bella in republica excitarunt.

<sup>o</sup> *In Q. Scævolam*] Scævola Asiam rexit, et ab injuriis publicanorum suam provinciam defendit.

<sup>p</sup> *P. Nasicæ*] Nasica ille Serapionis filius fuit, qui, ut in Bruto ait Cicero, in consulatu mortuus est.

edicto justitio,<sup>1</sup> domum descendens<sup>1</sup> rogasset Granium, quid tristis esset; an quod auctiones<sup>2</sup> essent? Immo vero, inquit, quod legiones.<sup>3</sup> Idem tribuno plebis, potentissimo homini, M. Druso, sed multa in rem publicam<sup>4</sup> molienti,<sup>5</sup> cum ille cum salutasset (ut fit) dixissetque, Quid agis, Grani? respondit, Immo vero, tu, Druse, quid agis?<sup>6</sup> Ille L. Crassi, ille M. Antonii<sup>7</sup> voluntatem<sup>8</sup> asperioribus facetiis sœpe perstrinxit<sup>9</sup> impune. Nunc usque eo oppressa vestra<sup>10</sup> arrogantia<sup>11</sup> civitas est, ut, quæ fuit olim præconi in ridendo, nunc equiti Romano in plorando, non sit concessa libertas. 34. Quæ enim unquam fuit Plancio vox<sup>12</sup>

<sup>1</sup> Turbas.<sup>2</sup> Consilia.<sup>3</sup> Insectatus est.

in medio foro scribitur in Ms. Teeg. Tum *indictio just.* in H.—1 *Decedens* legit Orellius, ex Ms. Ambr. *descendens* scribitur in Ms. Erf. *descendens* edd. omnes præter Schutz. qui, cum cod. Maffeiiano, dedit *discedens*: H *descendens*. Mox in C *Graminium*: ψ *Gravium*.—2 *Rejectæ auctiones* essent MSS. Ambr. Teeg. Erf. Græv. Weiske, Schutz. et Orell. Faernus pro *essent* reponebat *cessent*: hoc verbum in χ 3. deest. Pro *auctiones* σ habet *auctores*.—3 *Quod legiones* Ms. Ambr. Erf. Græv. Weiske, et Orell. *quot legiones* in ψ: *quod religiones* in σ χ 1. *quod leges* Freinsh. et Schutz. Vide Nott. Var. Mox pro *tribuno*, in C *tribunus*. Prænomen M. ante *Druso* in C deest.—4 Ed. Ven. Weiske et Orell. *in re publica*. Paulo infra, *ut fit*, dixique habet C. Pro *Quid agis*, *Grani* χ 3. præbet *agis eram*: C H χ 1. *Quid agis*, *Gravi*. Actutum *Immo* omittitur in C.—5 Orell. conjectit *volubilitatem*. Statim pro *asperioribus* χ 3. habet *a superioribus*. Paulo post, *praestrinxit* legitur in χ 1. Verbum *eo post usque* in χ 3. omittitur.—6 *Nostra* est in χ 3. MSS. Ambr. et Teeg. Mox in σ et, quæ fuit. Pro *in ridendo*, C H T *irridendo*: pro *in plorando*, H T ψ *implorando*.—7 Ex auctoritate Ms. Erf. et Teeg. Orell. dedit

## NOTÆ

<sup>1</sup> *Justitio*] *Justitium* dicitur, quasi statio juris dicundi, quando fit vacatio judiciorum. Ejusmodi vacationes ob rem bene gestam consules decernebant.

<sup>2</sup> *Auctiones*] *Auctiones* publicæ sunt venditiones, quibus ille Granus delectabatur, quia pecuniam ex iis colligebat.

<sup>3</sup> *Quod legiones*] *Indictio* illo justitio, legiones colligebantur, quibus ut velle videbantur consules ad rei publicæ perniiciem.

<sup>1</sup> *Multa in rem publicam molienti*] Drusus tribunus plebis voluit ut Itali civitate donarentur; unde postea Italium bellum exortum est. De eo plura in orat. pro Milone dicentur.

<sup>2</sup> *Ille L. Crassi, Antonii*] Hi duo celeberrimi oratores paulo ante Ciceronis ætatem vixerunt, quos in libris de Oratore disputantes inducit.

<sup>3</sup> *Vestra arrogantia*] Loquitur de optimatibus, quorum tanta era arrogans, ut nefas esset equiti Romano contra eos loqui.

contumeliæ potius, quam doloris? <sup>y</sup> quid est autem unquam questus, nisi cum a sociis<sup>z</sup> et a se injuriam propulsaret? Cum senatus impediretur,<sup>a</sup> quo minus (id quod hostibus semper erat tributum) responsum equitibus Romanis redderetur; omnibus illa injuria dolori<sup>x</sup> publicanis fuit: sed eum ipsum dolorem hic tulit paulo apertius.<sup>u</sup> Communis ille sensus<sup>b</sup> in aliis fortasse latuit: hic, quod cum ceteris animo sentiebat, id magis, quam ceteri, et vultu promptum habuit,<sup>c</sup> et lingua. 35. Quanquam, judices, (agnosco enim ex<sup>9</sup> me) permulta in Plancium, quæ ab eo nunquam dicta sunt, conferuntur. Ego quia dico aliquid aliquando, non studio adductus, sed contentione dicendi, aut lacescitus; et quia (ut sit in multis) exit aliquando aliquid, si<sup>10</sup> non perfacetum, attamen fortasse non rusticum; quod quisque dixit, me id dixisse dicunt. Ego autem, si quid est, quod mihi scitum<sup>y</sup> esse videatur, et homine<sup>11</sup> ingenuo dignum

<sup>u</sup> Minus dissimulavit.<sup>x</sup> Patefecit.<sup>y</sup> Elegans.

\*\*\*\*\*

*Plancii vox fuit.* Voc. autem, post quid est, C abest. Actutum, nisi quod a soc. habet x 3.—8 Dolori deest in x 3. Mox paulo asperius legitur in C. Statim post, Communis ille sensus malus fortasse latuit Frane. 1. Cum minus ille sensus in aliis fortasse latuit Ms. Dresd. Cum nimius ille sensus in aliis fortasse latuit Frane. 2. et ed. 1472. Cum minus seribitur in C H T  $\tau$  x 1. Pro in aliis C male, H  $\tau$  malus. Præpositio cum, ante ceteris, in x omittitur: cum ceteris ante sent. in H: cum ceteris ante animo sent. in  $\psi$ . Mox pro vultu,  $\tau$  multum: x 3. multi. Pro lingua C  $\psi$  linguam.—9 Et in x 3. Tum, verbum adductus deest in eodem Ms. Post sequens voe. sed, inseritur aut ab Orellio, ex auctoritate Ms. Erf. et Teeg. Pro lacescitus, H lacescendi: pro exit, C x 3. erit. Hic locus in Ms. Ambr. et Orell. sic distinguitur: et quia, ut fit, in multis exit, &c.—10 Sed si in C. Mox si quod est habent C H T x 1. 3.—11 Hominem in C. Pro ingenuo, in x 1.  $\psi$  ingenio. Paulo post stoma-

## NOTÆ

<sup>x</sup> Contumeliæ potius quam doloris<sup>j</sup> Ostendit quod si vox aliqua durius a Plancio prolata sit, dolori ejus, potius quam contumeliæ defendendæ desiderio, tribuenda est.

<sup>z</sup> A sociis] Plancius pater publicanorum magister fuit. Quid autem præcise petierint publicani, aut quam injuriam ab eorum societate propulsare voluerit Plancius, non aperte di-

citur, nisi forte ut de pretio, quo vecigalia conducerant, aliquid remitteretur; vel debitum condonaretur; vel ad aliquod tempus differretur.

<sup>a</sup> Impediretur] Interpellatione vide licet quorundam hominum.

<sup>b</sup> Communis ille sensus] Ait considerationem illius indignitatis in omnium animis, sed potissimum in Plancio, communem fuisse.

atque docto, non aspernor; stomachor vero, cum aliorum non<sup>12</sup> me digna in me conferuntur. Nam quod primus scivit<sup>z</sup> legem de publicanis, tum, cum vir amplissimus consul<sup>c</sup> id illi ordini per populum<sup>a</sup> dedit, quod per senatum, si licuisset,<sup>d</sup> dedisset; si in eo crimen est, quia<sup>13</sup> suffragium tulit;<sup>b</sup> quis non tulit publicanus? si, quia primus<sup>14</sup> scivit; utrum id sortis esse<sup>e</sup> vis, an ejus,<sup>f</sup> qui illam legem ferebat? si sortis;<sup>15</sup> nullum crimen est in casu:<sup>g</sup> si consulis; splendor<sup>h</sup> etiam Plancii, hunc a summo viro principem ordinis esse judicatum.

xv. 36. Sed aliquando veniamus ad causam:<sup>i</sup> in qua tu nomine<sup>j</sup> legis Liciniæ,<sup>k</sup> quæ est de sodalitiis, omnes am-

<sup>z</sup> Probavit.

<sup>a</sup> Probante populo.

<sup>b</sup> Dixit sententiam.



chorum habet χ 3. et idem Ms. præbet cum aliis.—12 Non modo C: nec non χ 3. Præpositio in, ante me, deest in C. Mox pro tum, H χ 1. scribunt tamen.—13 H quod: & qui. Verba quis non tulit omittitur in χ 3. qui Ms. scribit publicanis. Pro si ψ præbet sed.—14 Primum C ψ, et edd. pleraque ante Lamb. cum Weiske. Paulo post sortis esset habet C. Deinde eam legem C χ 1.—15 Si fortis in χ 1. Denique esse ordinis indic. legitur in Ms. Erf. Teeg. Græv. et Orell. omiserunt esse edd. ante Græv.

CAP. xv. 16 C nomen, suprascr. nomine a manu rec. χ 1. omne. Pro sodalitiis in & solidariis: et pro omnes in C omnis. Edd. vett. nonnullæ ante Lamb. legunt omnes ambitus legis. Verba legis ... leges desunt in T.—

## NOTÆ

<sup>c</sup> Vir amplissimus consul] Cæsarem consnlem intelligit, qui tulit legem, ut publicani tertia pecuniae debitæ parte levarentur.

<sup>d</sup> Quod per senatum si licuisset] Consules tantum leges ex senatus auctoritate ferre poterant.

<sup>e</sup> Id sortis esse] Suffragia sorte mittebantur: si autem id suffragio Plancius consequens est, vacat criminis; quia id fortuito accidit.

<sup>f</sup> An ejus] Si Cæsaris consulis voluntate factum est, Plancio gloriosum est, quia ab eo Plancius ordinis princeps judicatus est.

<sup>g</sup> In casu] Casus et sors impune peccant.

<sup>h</sup> Splendor] Subanditur est. Nota

dilemma ex pari a casu et causa.

<sup>i</sup> Ad causam] Venit ad causam, in qua nempe de ambitus crimine agitur.

<sup>k</sup> Legis Liciniæ] Lex illa Licinia, nempe a M. Licinio Crasso lata, iubet, ut in sodalitiis judices ab accusatore ex tribibus edantur. Laterensis Plancium accusaverat de sodalitiis lege illa Licinia, quæ non ad universum ambitum, sed proprie ad sodalitia pertinebat: nihil autem Laterensis, vocando Plancium in judicium, spectavit, quam ut ederet reo judices quos volebat, et ex quibus tribibus volebat. Hoc porro genus judicii acerbum erat, quia accusator vel suos necessarios, vel inimicos reo,

bitus leges<sup>1</sup> complexus es. Neque enim quicquam aliud in hac lege, nisi editios<sup>17</sup> judices<sup>m</sup> es secutus: quod genus judiciorum si est æquum nulla in re,<sup>18</sup> nisi hac tribuaria;<sup>n</sup> non intelligo, quamobrem senatus hoc uno<sup>o</sup> in genere tribus edi voluerit ab accusatore, neque eandem editionem transtulerit in ceteras causas; de ipso denique ambitu, rejectionem fieri<sup>19</sup> voluerit judicum alternorum:<sup>p</sup> cumque nullum genus acerbatis<sup>c</sup> prætermitteret, hoc tamen unum prætereundum putarit. 37. Quid? hujus rei obscura<sup>d</sup> causa est?<sup>20</sup> an et agitata, cum ista in senatu res agebatur,<sup>q</sup> et disputata hesterno die copiosius<sup>1</sup> a Q. Hor-

<sup>c</sup> *Severitatis.*<sup>d</sup> *Ignorata.*

<sup>17</sup> *Editios* χ 1. *editios* χ 3. *Tum secutus es* Ms. Ambr. Lamb. et Orellius. *Pro judiciorum* Lamb. dedit *judicium*.—<sup>18</sup> *Ulla in re legitur* in T 5 χ 1. 3. Erf. Teeg. Franc. 1. 2. Dresd. ed. 1472. Venn. Mediol. Maint. Crat. Herv. Grav. Weiske, Schütz, et Orell. *si non est æquum ulla in re* Lamb. 1566. *si nulla in re est æquum* Lamb. 1584. in marg. *Tum ex auctoritate* Ms. Ambr. inseruit præpositionem in ante *hac* Orellius: *tributaria agnoscunt* C S T χ 1. 3. ψ, Venn. 1480. 1483. et Crat. *tribunaria Barb. et Junt. tributarii* 5.—<sup>19</sup> *De rejectione* Ven. Grut. In ed. Lamb. hic totus locus ita legitur: *in ipso denique judicio de ambitu rejectionem fieri*, &c. *Mox judicum altern.* Pantagathus, probante Ursino. Deinde χ 3. habet *prætermittere*; et ψ *putavit*.—<sup>20</sup> *Ex auctoritate* MSS. Erf. et Teeg. Orellius dedit *Quid?* *hujusc rei tandem obscura causa est?* *Tum sequitur an etiam in C.* Statim post, pro *ista*, in eodem Ms. *ita*.—<sup>1</sup> *Ex MSS.* Erf. et

## NOTÆ

qui accusabatur, iudices edere, id est, seligere poterat.

<sup>1</sup> *Omnis ambitus leges*] Conqueritur Cicero, quod Laterensis assumat legem Liciniam, quæ de sodalitiis est, ut ambitus Plancinum accuset; nec assumat legem, quæ sit propria ambitus criminis.

<sup>m</sup> *Editios judices*] Cum assumisit legem Liciniam, hoc unum respiciebat; scilicet, ut haberet editios judices, quos in causa de sodalitiis accusator ex omni populo poterat eligere. Id autem fecit Laterensis, ut sibi commodos habere posset.

<sup>n</sup> *Tribuaria [tributaria]* Legunt alii *tribuaria*. Reprehendit Laterensem, quod cum unice de ambitu, non de

sodalitiis agat; tamen edat judices: quod tantum fas erat in actione tribuaria, sive tributaria.

<sup>o</sup> *Hoc uno*] In hoc tantum sodaliti, nou vero in ambitus criminis fas fuit edere iudices; licet ambitus magnam habeat cum sodalitiis affinitatem.

<sup>p</sup> *Judicum alternorum*] In omnibus causis, exceptis quæ de sodalitiis erant, fas fuit primum rejicere reo et accusatori incommodos iudices, qui sotitione evenerant, et alias subsortiri, qui in eorum locum substituerentur. Laterensis, ut hanc rejectionem evitaret, lege Licinia Plancium accensavit.

<sup>q</sup> *In senatu res agebatur*] Hoc eo-

tensio?<sup>r</sup> cui tum est senatus assensus. Hoc igitur sensimus:<sup>s</sup> cujuscumque tribus largitor esset, per hanc consensionem, quæ honeste magis quam vere sodalitas nominaretur,<sup>t</sup> quam quisque tribum<sup>z</sup> turpi largitione corrumperet, eum maxime iis hominibus, qui ejus tribus essent, esse notum. [p. 267.] Ita putavit senatus, cum reo + tribus ederentur eae, quas is<sup>s</sup> largitione devinctas haberet, eosdem fore testes et judices. Acerbum omnino genus judicii: sed tamen, si vel sua, vel ea, quæ maxime esset cuique<sup>6</sup> conjuncta, tribus ederetur, vix recusandum.<sup>t</sup> **xvi.** 38. Tu autem, Laterensis, quas tribus edidisti? Terentinam,<sup>u</sup> credo. Fuit<sup>v</sup> id æquum, et certe expectatum est, et fuit dignum

<sup>e</sup> Corrupisset largitione.

.....

Teeg. Orellius habet copiosissime. Hoc verbum deest in H. Pro *tum* χ 1. et Dresd. *tamen*: χ 1. paulo post dedit *Hoc agitur*.—2 Ex Ms. Teeg. Orellius sic dedit: *quæ magis honeste quam vere sodal. nomin.* In Ms. Erf. Græv. et Oliv. hic loens ita legitur: *cujusc. trib. larg. esset, et per hanc consensionem, quæ honeste magis (Erf. magis honeste) quam vere sodal. nomin.* In Junt. et Lamb. *cujuscumque trib. larg. esset, et per consensionem magistratum, quæ honeste sodal. nomin.* Verha magis quam vere in Weiske omittuntur. Vide Nott. Varr. *Cujusque trib. legitur in χ 1.* Verbum *hanc ante cons.* in H. deest. *Pro consensionem* C habet *confessionem*: H χ 1. *consensionemque.* *Tum pro quæ honeste, C honestaque: H σ ψ honestaque: χ 3.* omisit *quæ.* Denique in χ 1. *nominatur*.—3 *Tribuni* in C. Mox pro *tum max.* C χ 3. ψ, Franc. 1. *cum max.*—4 In σ eo. *Tum in ψ ederentur*. In C χ 3. *ederentur hac.*—5 C ii: *ψ his: Junt. ipse, Pio devinctas C habet devictas: et pro eosdem, σ χ 3. codem.*—6 *Essent cuique ψ: esset quicunque χ 3.* Voc. *cuique deest in σ.*

CAP. XVI. 7 In T est Terentinam? credo fuit: in χ *Terenciana*, credo *id certe fuit*: in CH ST σ χ 1. Franc. 1. Dresd. edd. ante Lamb. Græv. Weiske, et Orell. *Terentinam, credo.* *Fuit certe id.* Particulam et post

#### NOTE

dem anno ista res jam acta fuerat in senatu per Domitium, qui consul erat, et legum ambitus auctor erat. Sæpe autem prins in enia, quam in foro, de criminibus agebatur.

<sup>r</sup> A Q. Hortensio] Hortensius ante Ciceronem hanc causam jam egerat.

<sup>s</sup> *Hoc igitur sensimus*] Senatus judicium refert: tale autem illud fuit, ut, qui corrupti tribus per aliquam largitionem, omnibus qui in tribu sunt, notus sit; et qui corrupti sunt, testes sint et judices.

<sup>t</sup> *Vix recusandum*] Etsi judicium ilud acerbum sit, eosdem habere testes et judices, neque eorum quenquam posse rejicere; tamen non est omnino recusandum, si ex sua tribu reo judices producantur, aut ex ea tribu quæ cum sua conjuncta sit; quia quisque facile suis tribulibus favet.

<sup>u</sup> *Terentinam*] Profert Laterensis iniquitatem, qui, cum Terentiuam, Plancii tribum, producere deberet, non eam tamen edidit.

constantia tua. Cujus tu tribus venditorem,<sup>8</sup> et corruptorem, et sequestrem<sup>x</sup> Plancium fuisse clamitas; eam tribum profecto, severissimorum præsertim hominum et gravissimorum, edere debuisti.<sup>9</sup> At Voltiniam: libet enim tibi nescio quid etiam de illa tribu criminari. Hanc igitur ipsam cur non edidisti?<sup>10</sup> Quid Plancio cum Lemonia?<sup>11</sup> quid cum Veientina?<sup>12</sup> quid cum Crustumina? nam Metiam, non quæ judicaret,<sup>13</sup> sed quæ rejiceretur,<sup>a</sup> esse voluisti. 39. Dubitatis igitur, judices, quin vos M. Laterensis suo judicio, non ad<sup>b</sup> sententiam legis, sed ad suam spem<sup>b</sup> aliquam de civitate<sup>f</sup> delegerit? dubitatis, quin eas tribus, in quibus magnas necessitudines habet Plancius, cum ille non ediderit, judicarit officiis ab<sup>c</sup> hoc observatas,<sup>c</sup> non lar-

*f Populo.*

\*\*\*\*\*

*æquum deleri censebat* Ern. ‘Certo mihi hoc loco videbatur scribendum in ed. Lips. nunc id non facile prætulerim, nisi ante v. scio. Ceterum etiam nunc in hoc repetito certe offendō. Altior corruptela in his videtur latere: et a cunctis expectatum est nescio cuius suspicio?’ Orell. Suffrislus annotat in Erf. semper extare Teretinum.—8 Entorem susp. Lamb. Mox pro tribum C habet tribuni. Verbum hominum, post præsentim, in MSS. nonnullis deest.—9 Voluisti in C. Mox in x 1. Voltiniam. Tum tubet etenim Ms. Teeg. probante Garaton.—10 C 5 x 1. edisti. In x 3. Quid Planc. est elemonia.—11 C H x 3. cum Vientina: S T x 1. et Pall. cum mentina: ex auctoritate MSS. Erf. et Teeg. Orell. dedit cum Ufentina. Pro Crustumina, C H Clustumina: T Clustumina: x 3. illustmania. Mox pro Metiam C et edd. vett. non nullæ tertianam eam, suprasuper, in C a manu recenti Terentinum: H tres etiam: S 5 M. etiam: T m eciam: x 1. 3. vi eciam: Ms. Erf. Lambinus et Orellius Maciam, ut habent Inscripti.—12 s vendicaret: ψ judicaretur. Tum H S x 1. rejicerentur. Pro igitur ed. Jnnt. dedit ergo: pro judices C inde: pro vos C x 3. nos.—13 Präpositionem ad omisit C.—14 x 3. ad. Omnes MSS.

#### NOTÆ

<sup>x</sup> *Sequestrem*] Sequester is erat, apud quem pecunia deponebatur in petitione magistratum, quæ tum distribuebatur cum candidatus magistratum obtinnet.

<sup>y</sup> *Edere debuisti*] Producere Plancio hanc tribum debuit Laterensis, quia in ea sunt multi vii sancti et severi, qui corrumpi pecunia non possunt: at id non fecit Laterensis, quia non sperabat a se tribum illam, nec Voltiniam corrumpi posse.

<sup>z</sup> *Cum Lemonia*] Laterensis Lemo-

niam edidit, quacum nihil conjunctum hahebat Plancius.

<sup>a</sup> *Sed quæ rejiceretur*] Cum accusator tres tribus produxerat, tertiam reus poterat rejicere.

<sup>b</sup> *Ad suam spem*] Ostendit hinc manifesto sequi Laterensem illas tribus edidisse non ex sententia legis Licinia, sed ex desiderio quod conceperat, fore ut Plancius ab illis damnaretur.

<sup>c</sup> *Ab hoc observatas*] Patet autem quod Plancius, qui eas tribus non

gitione corruptas? Quid enim potest dicere, cur ista editio non sunimam habeat acerbitatem, remota ratione illa, quam in decernendo secuti<sup>15</sup> sumus? 40. Tu deligas<sup>d</sup> ex omni populo aut amicos tuos, aut inimicos meos, aut denique eos, quos inexorabiles, quos inhumanos, quos crudeles existimes? Tu, me ignaro, nec opinante, inscio,<sup>16</sup> notes<sup>e</sup> et tuos, et tuorum necessarios, vel iniquos meos,<sup>17</sup><sup>f</sup> vel etiam defensorum meorum? eodemque adjungas, quos natura putes asperos, atque omnibus iniquos? deinde<sup>18</sup> effundas<sup>i</sup> repente,<sup>e</sup> ut ante concessum eorum judicium videam, quam potuerim, qui essent futuri, suspicari? apud eosque me,<sup>19</sup> ne quinque quidem rejectis,<sup>f</sup> quod in proximo reo<sup>g</sup> de consilii<sup>k</sup> sententia constitutum est, cogas causam de fortunis omnibus dicere? 41. Non enim, si aut<sup>20</sup> Plancius ita

<sup>g</sup> Eligas.<sup>h</sup> Contrarios miki.<sup>i</sup> Producas.<sup>k</sup> Judicum.

\*\*\*\*\*

et edd. præter Erf. Teeg. Græv. Ern. Weiske, Schutz. et Orell. omittunt verbū *corruptas* post *larginione*. Tum S  $\zeta$   $\chi$  *Quidni enim:*  $\chi$  3. *Quin enim:* H *Quid metiam:*  $\psi$  *Quid etiam.* Mox *cum ista* in H  $\psi$ . *Pro habeat* C H T  $\zeta$   $\chi$  1. 3.  $\psi$  *habet.*—15 *Sicuti*  $\chi$  3. Porro C S T  $\chi$  1. *præbent diligis:*  $\zeta$  *delegis:*  $\chi$  3. *diligis.* Mox *quos crudeles existimas* in  $\chi$  1.—16 *In siccō* H S T  $\zeta$   $\chi$  1. Erf. Franc. 1. 2. Dresd. ed. 1472. Ven. Junt. Pall. præferunt partim *in siccō*, partim *insicio.* Pantagathius conjectit *in secreto* probante Græv. S. Victor. habuit *insuto*, alias *insicto.* Schutz. conjectit *in sinu.* Wopkens. susp. *invito.* Statim infra,  $\chi$  3. *notos.* Post *tuorum*, verbum *amicorum* inseritur in Ms. Erf. et Teeg.—17 *Iniquos vel meos*  $\zeta$   $\chi$  1. 3. Ms. Erf. et Orell. *vel iniquos, vel meos* legitur in cod. Garaton. ed. Rom. Ven. 1480. 1483. Crat. Herv. Cam. *vel inimicos meos* C H S T, Franc. 1. Dresd. Junt. et Græv. *inimicos vel meos* conjectit Garaton. Mox pro *eodemque* in C H, et Franc. 1. *eodemque.*—18  $\chi$  3. *denique.* Mox pro *concessum*  $\psi$  *habet consensum.* Ex auctoritate Ms. Teeg. Orell. dedit *cons. meorum judicium:* C  $\chi$  1.  $\psi$  *cons. eorum judicium.*—19 *Pronomen me* in H omittitur. Statim post, *pro quinque*  $\psi$  *quique.*—20 *Autem in*

## NOTÆ

edidit, eas sibi non pecunia, sed quādam observantia et officiis devinxerit.

<sup>d</sup> *Tu deligas]* Amplificat, ostendit que quād sit indignum Laterensem non sequi senatus judicium; sed eos seligere judices qui sibi amici sunt, et inimici Plancio; quos rejicere ipsi non fas est.

<sup>e</sup> *Effundas repente]* Significat eos

judices tanquam ex insidiis immitti a Laterensi contra Plancium.

<sup>f</sup> *Ne quinque quidem rejectis]* Fas erat ex senatus sententia in ambitus crimine aliquos rejicere jndices; quod tamen Plancio permissum non est.

<sup>g</sup> *In proximo reo]* Qnis fuerit ille rens ignotum est; at ex sequentibus patet, sex et septuaginta judices rejicisse.

vixit, ut offenderet sciens neminem, aut tu ita errasti, ut eos ederes imprudens, ut nos, invito te, tamen ad judices, non ad carnifices veniremus,<sup>1</sup> idcirco ista editio<sup>1</sup> per se non acerba est.<sup>b</sup> XVII. An vero nuper<sup>i</sup> clarissimi cives nomen editi<sup>2</sup> judicis non tulerunt, cum ex CXXV judicibus, principibus equestris ordinis, quinque et LXX reus<sup>3</sup> rejiceret, L referret; omniaque<sup>4</sup> potius permiscuerunt, quam ei legi conditionique parerent; nos neque<sup>5</sup> ex delectis judicibus, sed ex omni populo, neque editos ad rejiciendum, sed ab accusatore constitutos judices ita feremus, ut neminem rejiciamus? 42. Neque ego<sup>6</sup> nunc legis iniquitatem queror, sed factum tuum a sententia legis doceo discrepare: et illud acerbum judicium, si quemadmodum senatus censuit, populusque jussit, ita fecisses, ut in hunc<sup>7</sup> et suam,<sup>k</sup> et ab hoc observatas tribus ederes;<sup>8</sup> non modo non quererer,

<sup>1</sup> Et certe licet Plancius ita vixerit, ut sciens offenderit neminem; et ita erraveris, ut imprudens nominaveris, de quibus possumus dicere nos venire ad judices, non ad carnifices.



C. Actuum ita vixerit in Hψ. Mox pro tu ita, C præbet ita ut tu.—1 Ista conditio in C: illa editio in ed. Junt.

CAP. XVII. 2 Editio<sup>i</sup> habet Orellius, ex Ms. Erf. et Teeg. editio<sup>i</sup> est in S χ 1. Verbni seqns in χ 3. legitur judices.—3 Rem in s. Mox pro referret, J. F. Gronovius coniugit ferret: Hψ præbent referret.—4 Omnia quæ ψ. Tum potius permiserunt s. Mox pro neque ex, χ 1. habet denique: in C est neque ex dilectis.—5 Voc. neque H delevit. Statim infra, C H s χ 3. Franc. 1. 2. et Dresd. habent reficiendum.—6 In C Neque enim.—7 Ex auctoritate Ms. Teeg. Orellius edidit ut huic: omnes MSS. et edd. ut in hunc, præter C H T s χ 1. 3. ubi præpositio in omittitur. Tum pro suam C habet suos.—8 Voc. tribus abest ab MSS. plerisque et edd. ante Grut. Edd. vett. ederent.

## NOTÆ

<sup>b</sup> Ista editio per se non acerba est] Conciliat sibi judices: ait enim electionem illam non esse acerbam, quia viri sapientes et boni electi sunt judices; at esse acerbam, quia infensos Plancio edidisse Laterensis existimavit.

<sup>i</sup> An vero nuper] Probat exemplo a minori, inhumanam esse hanc editio nem judicium; quia nuper qui in ultimo nempe judicio rēs factus est, potuit tam multos rejicere, compro-

bantibus tot viris clarissimis; Plancius vero ex electis ex omni populo nullum poterit rejicere.

<sup>k</sup> Ut in hunc et suam] Si Laterensis produxisset tribum, e qua erat Plancius, et eas quas officis suis, non largitione, observavit, non conquere-retur Cicero de illius acerbitate judicii; sed potius reputaret Plancium ab ipsis judicibus absolutum, quos et testes Laterensis produxerat.

sed hunc, judicibus editis, qui testes iidem<sup>9</sup> esse possent, absolutum putarem: neque nunc multo secus existimo.<sup>1</sup> Cum enim has tribus edidisti, ignotis te judicibus uti malle, quam notis, indicavisti: <sup>10</sup> fugisti sententiam legis: <sup>m</sup> æquitatem omnem rejecisti: in tenebris, quam in luce,<sup>11</sup> causam versari maluisti. 43. Voltinia<sup>12</sup> tribus ab hoc corrupta:<sup>n</sup> Terentinam habuerat venalem. Quid<sup>13</sup> diceret apud Vol-tinienses, aut tribules suos judices? immo vero tu quid dices? quem judicem ex illis aut tacitum<sup>14</sup> testem<sup>o</sup> haberes, aut vero etiam excitares? Etenim, si reus tribum<sup>15</sup> ederet, Voltiniam fortasse Plancius, propter vicinitatem ac necessitudinem suam, non edidisset: et, si quæsitor<sup>16</sup> edendus fuisset,<sup>p</sup> quem tandem potius, quam hunc C. Alfium,<sup>17</sup>

=====

**Pro observatas, C χ S T σ χ 1. 3. servatas: ψ servatos.** Pro tribus ederes, C ederunt: H S T σ χ 1. ψ ederent: χ 3. cederet. Mox ex auctoritate Ms. Teeg. Orellius addidit iis, ante jud. editis.—9 C iidem: χ 3. idem.—10 Judicavisti est in C S χ 1. 3. Ms. Teeg. et ed. Junt.—11 In σ est lucem. Statim post, voc. causam deest in χ. Verba fugisti... maluisti in χ 3. omittuntur.—12 Voltinia in H σ ψ: Voltinia in χ 1. Actutum ad hoc in eodem Ms.—13 In ψ Qui. Tum σ habet Voltinienses. Ante tribules, Orellius addidit præpositionem apud, ex Ms. Teeg. Mox post tu, verbum versari inseritur in χ 3. Quid... dices delevit C.—14 In χ 3. est tantum.—15 Ms. Teeg. aliquique nonnulli, Junt. Lamb. Weiske et Orellius habent tribus. Mox σ præbet Voltiniam. Paulo post, in χ 3. [est per necessitudinem: in σ propter necessitatem ac vissitudinem. Pro non edidisset, in C est vero edisset: in σ χ 1. 3. vero edidisset. Ex auctoritate Ms. Teeg. Orellius sic dedit: propter necessitudinem et vicinitatem, suam vero certe edidisset.—16 In C H σ χ 1. Franc. 1. 2. et ed. 1472. est quæstor, suprascer. in C a recenti manu 'vel quæsitor'. Post hoc verbum Orellio inseritur huic, ex auctoritate Ms. Teeg.—17 Victorius et Franc. 1. habent C. Alphium: Schutz. e conjectura Ant. Augustini C. Flavium: in C

## NOTÆ

<sup>1</sup> *Neque nunc multo secus existimo]* Id est, non propterea Plancium minus absolutum existimo; idque a signis probat, quia judices maluit habere, quibus incognitus, quam cognitus Plancius esset, &c.

<sup>m</sup> *Fugisti sententiam legis]* In eo non est Laterensis legis sententiam seen-tus, quod in Plancium renun, suam tribum, et aliam ab eo observatam, non produxerit.

<sup>n</sup> *Voltinia tribus ab hoc corrupta]* Profert Laterensis excusationem; si-

mulque ostendit a Plancio corrup-tam illam tribum non esse, neque Terentinam habuisse venalem.

<sup>o</sup> *Tacitum testem]* Nullum tacitum testem haberet Laterensis, si tribus illas edidisset; quia nullus esset qui de Plancii innocentia non diceret testimonium.

<sup>p</sup> *Si quæsitor edendus fuisset]* Quæsitor dicitur, qui quæstionis et judicio præst. Praefuisse autem illi quæstiōni Alfius, quem summopere, propter æquitatem, Plancius exoptabat.

quem habet, cui notissimus esse debet, vicinum,<sup>18</sup> tribuleni, gravissimum hominem justissimumque, edidisset? [p. 268.] cuius quidem aequitas, et meæ similis voluntas<sup>19</sup> erga Cn. Plancii salutem, quam ille sine ulla cupiditatis suspicione præ<sup>20</sup> se fert, facile declarat, non fuisse fugiendum tribulem huic judicem, cui quæsitorem tribulem exoptandum fuisse videatis.

XVIII. 44. Neque ego nunc consilium reprehendo tuum, quod non<sup>1</sup> eas tribus, quibus hic maxime notus erat, edideris: sed a te doceo consilium non servatum senatus.<sup>9</sup> Etenim quis te tum<sup>2</sup> audiret illorum? aut quid dices? sequestremne<sup>r</sup> Plancium? respuerent aures; nemo agnosceret; repudiaretur.<sup>3</sup> An gratiosum? illi libenter audirent: nos non timide confiteremur. Noli enim putare, Laterensis,<sup>4</sup> legibus istis, quas senatus de ambitu sancire voluerit, id esse actum, ut suffragatio,<sup>s</sup> ut observantia, ut gratia toleretur. Semper fuerunt boni viri, qui apud tribules suos gratiosi esse vellent.<sup>5</sup> 45. Neque vero tam durus in plebem

Alsenum: in H Alsium: in σ Alfrum: in χ 1. Alfrus.—18 Quem vicinum Schintz. qui susp. hinc locum ita legendum: cui notissimus esse debet, quem habet vicinum, &c. Ern. maluit legi debeat. Post voc. hominem χ addidit esse tribuisti. Paulo post, in χ 3. est edidisti.—19 Orellius, ex Ms. Erf. et Teeg. dedit et ea voluntas: C T σ χ 1. 3. Ven. et mea voluntas: Junt. et mera voluntas: Crat. et mea simul voluntas: H et sua voluntas. Mox pro Plancii in σ χ 3. est Plancium.—20 Per in σ. Porro fugiendos tribules huic judices sex Oxon. MSS. Erf. Teeg. ed. Garatou. Oliv. et Orell. probante Grævio. Mox Frauc. 1. 2. et ed. 1472. cui quæstorem. Denique explorandum legitur in χ 3.

CAP. XVIII. 1 σ χ 1. ψ, et Teeg. omiserunt negativam partieniam non. Mox Orell. e Ms. Teeg. edidit quibus erat hic maxime notus. Pro hic, in χ 1. est nunc: et max. motus in χ 3. Tum ante edideris ψ addidit non.—2 In C σ cum: in χ 3. non.—3 Ex auctoritate Ms. Erf. et Teeg. Orellius edidit repudiarent. Statim post, pro an C habet aut. Paulo post, nos in χ 3. deest.—4 In T Laterenensis. Mox in χ 3. de amb. sentire. Deinde C habet ut suffragio.—5 In χ 1. gratiosissimi esse debent. Statim post, vero omisit Ms. Teeg. et pro durus in ψ scribitur

## NOTÆ

<sup>9</sup> Consilium non servatum senatus] Mens senatus fuit, ut in criminis soliditii ex tribu rei testes et judices producerentur; id autem in Plancii causa non factum est.

<sup>r</sup> Sequestrem] Sequester, sen divi-

sor dicebatur, apud quem pecuniae deponebantur.

<sup>s</sup> Suffragatio] Senatus suffragationem tribulum erga competitores permittit.

noster ordo<sup>t</sup> fuit, ut eam coli nostra modica<sup>6</sup> liberalitate noluerit: neque hoc liberis nostris interdicendum est, ne observent tribules suos, ne diligent, ne conficere<sup>7</sup> necessariis suis<sup>m</sup> suam tribum possint, ne par ab iis munus in sua petitione respectent:<sup>n</sup> hæc enim<sup>8</sup> plena sunt officii,<sup>o</sup> plena observantiæ, plena etiam antiquitatis.<sup>u</sup> Isto<sup>9</sup> in genere et fuimus ipsi, cum ambitionis<sup>x</sup> nostræ<sup>10</sup> tempora postulabant; et clarissimos viros esse vidimus, et hodie esse videmus quamplurimos gratiosos. Decuriatio tribulium,<sup>11</sup> y descriptio populi, suffragia largitione devincta, severitatem senatus, et bonorum omnium vim ac dolorem excitabant. Hæc doce, hæc profer,<sup>12</sup> huc incumbe, Laterensis, decuriasse<sup>z</sup> Plancium, conscripsisse, sequestrem fuisse,<sup>a</sup> pronuntiasse,<sup>13</sup> divisisse: tum mirabor, te iis armis uti, quæ tibi lex dabat, noluisse: tribulibus enim<sup>14</sup> judicibus,<sup>b</sup>

<sup>m</sup> Reddere amicis suis.

<sup>n</sup> Expectent.

<sup>o</sup> Beneficii.

\*\*\*\*\*

dirus.—6 In H σ χ 1. a modo. Actntum libertate in T σ χ 3. et Ms. Dresd. Pro noluerit C χ 3. habent voluerit. Mox voc. hoc in C omittitur. In ψ legitur interd. esse.—7 Edd. vett. et Lamb. reficere. Mox in his habet Lamb. Pro munus in C minus: in χ 3. mirans. Paullo post in T respicerent.—8 Cum in χ 1. Mox pro officiū χ habet officiis.—9 In H Hoc. Tum et ante fuimus delevit H.—10 Nostra legitur in C H χ 1. 3. ψ, et edd. ante Grut. Mox pro videmus, C H σ χ 1. habent volumus: χ 3. nolumus.—11 Tribuum habet H.—12 Hoc doce, hoc profer habet C. hunc incumbe in χ 1. 3. Laterenensis in T.—13 In ψ provincias se. Statim post, in C dividisse: in ψ dimisisse. Mox pro te, ante iis, H habet et. Deinde pronomen tibi, ante lex, χ 3. abest. Pro noluisse χ 1. præbet divisisse.—14 Cum in χ 3. Porro pro rultus ψ habet rultu.

#### NOTÆ

<sup>t</sup> Noster ordo] Senatores non tam duri fuere, ut legibus gratiam et humanitatem tolli voluerint.

<sup>u</sup> Antiquitatis] Ita egerunt majores, ut exemplum humanitatis in isto genere suffragationis, gratiae et observantiæ dederint.

<sup>x</sup> Ambitionis] Hornum officiorum ipse Cicero se dedisse exemplum profetntr, cum consnlatum postulavit.

<sup>y</sup> Decuriatio tribulium] Objicit Laterensis Plancium coivisse cum tribubus, et corrupisse populum: decu-

riare vero et convocare populum, et conventus seu convivia facere, idem significant. Id porro siebat a candidatis.

<sup>z</sup> Decuriasse] Jam refutat Cicero, per tribus populum distiuxisse, pecuniam promisisse, eamque consignasse, ut suffragia populi corrumperet.

<sup>a</sup> Sequestrem fuisse] Sequestrem fuisse negat, id est exercitatum fuisse in tribubus corrumpendis.

<sup>b</sup> Tribulibus enim judicibus] Ratio-

non modo severitatem illorum, si ista vera sunt, sed ne  
vultus quidem ferre possemus. 46. Hanc tu rationem<sup>15</sup>  
cum fugeris,<sup>c</sup> cumque eos judices habere nolueris, quorum  
in hujus delicto cum scientia<sup>16</sup> certissima, tum dolor gra-  
vissimus esse debuerit; quid apud hos dices,<sup>17</sup> qui abs te  
taciti requirunt, cur hoc sibi oneris imposueris, cur se po-  
tissimum delegeris, cur denique se divinare<sup>18</sup> malueris,  
quam eos, qui scirent, judicare? xix. Ego Plancium,  
Laterensis,<sup>19</sup> et ipsum gratiosum esse dico, et habuisse in  
petitione multos cupidos<sup>d</sup> sui, gratiosos; quos tu si soda-  
les vocas,<sup>e</sup> officiosam amicitiam nomine inquinas crimi-  
noso;<sup>20</sup> sin, quia gratiosi sunt, accusandos putas;<sup>f</sup> noli  
mirari, te id, quod tua dignitas postularit, repudiandis gra-  
tiosorum amicitiis non esse assecutum. 47. Jam, ut ego  
doceo<sup>g</sup> gratiosum esse tribulibus<sup>1</sup> Plancium, quod multis  
benigne fecerit, pro multis spoponderit, in operas plurimos<sup>2</sup>

—15 Curationem C. Paulo infra, CHST x 1. 3. et Lamb. hos judices: *et hoc judicium.* Tum pro nolueris C  $\sigma$  x 1. 3. volueris. Mox ejus delicto legitur in Junt.—16 Tum scientia scribitur in Junt. et Schntz. tum sententia in C  $\psi$ : conscientia in H  $\sigma$ : tu sententia in x 3. Actum H  $\sigma$  x 1. præbent tamen dolor.—17 x 1. duces. Tum  $\psi$  tacite req. Pro cur hoc x 3. dedit cur hec.—18 Pronomen *se* in T deest; et in H punctis subnotatur: in x 3. *se divina re.*

CAP. xix. 19 In T Laterenensis. Mox in Franc. scribitur *sui cupidos gratiosos.*—20 Vitioso in x 3. Tum gratiosi sint habet Ms. Teeg. Pro mirari, statim post, in H  $\sigma$  x 1. legitur me.—1 Ex auctoritate Ms. Etif. et Teeg. Orellius dedit *grat. esse in sua tribu;* in Ven. utraque et Junt. *tribubus:* Lamb. e conjectura, *apud tribules.* Pro tribulibus CHST x 1. 3. habent *tribu:* *et tribui.* Mox x 1. habet denique fecerit. Tum in  $\sigma$  est *spopondit.*—2 Plurimo.

## NOTÆ

nem reddit, quare hæc omnia Plan-  
cius non fecerit; quia si habuisset  
judices ex eadem tribu, horum om-  
nium cognitionem habuissent.

<sup>c</sup> *Hanc tu rationem cum fugeris]*  
Jam fraudulenter Laterensem egisse  
probat, quod judices habere noluerit,  
qui scirent utrum a Plancio corrupta  
esset tribus sua, sed eos, qui, cum  
contra legis sententiam ab eo editi  
sint, nesciunt an Plancius tribus pe-  
cunia corrupserit.


<sup>d</sup> *Multos cupidos]* Docet Plancium

habuisse multos sni honoris cupidos,  
qui honori suo faverunt.

<sup>e</sup> *Sodales vocis]* Sodales illos Plan-  
cius amicos vocat in malam partem,  
quasi nempe ambitus sni socios: at  
in hoc Laterensem arguit.

<sup>f</sup> *Accusandos putas]* Quia Lateren-  
sis gratiosorum amicitias repudiavit,  
ideo non est petitionem assecutus.

<sup>g</sup> *Jam, ut ego doceo]* Docet jam  
quare Plancius tam gratis suis tribu-  
libus fuerit.



patris auctoritate et gratia miserit; quod denique omnibus officiis per se, per patrem, per majores suos totam Attinatem<sup>3</sup> præfecturam comprehendenterit; sic tu doce, sequestrem fuisse, largitum esse, conscripsisse, tribules decuriavisse:<sup>4</sup> quod si non potes, noli tollere ex ordine nostro liberalitatem,<sup>5</sup> noli maleficium putare esse gratiam, noli observantiam sancire poena.

Itaque hæsitantem<sup>6</sup> te in hoc sodalitiorum tribuarii criminem,<sup>h</sup> ad communem ambitus causam<sup>i</sup> contulisti, in qua desinamus aliquando, si videtur, vulgari et pervagata declamatione<sup>j</sup> contendere: sic enim tecum ago. 48. Quam tibi commodum est, unam tribum delige tu: doce (id,<sup>8</sup> quod debes) per quem sequestrem, quo divisore<sup>k</sup> corrupta sit. Ego,<sup>9</sup> si id facere non potueris, (quod, ut opinio mea fert, ne incipies quidem) per quem<sup>10</sup> tulerit, docebo. Estne hæc vera contentio? placetne sic agi? Non possum magis<sup>11</sup> pedem conferre (ut aiunt) aut propius accedere. [p. 269.] Quid taces? quid dissimulas? quid tergiversaris? etiam atque<sup>12</sup> etiam insto atque urgeo, insector, posco, atque adeo flagito crimen: quamcumque tribum, inquam,<sup>13</sup> delegeris, quam tulerit Plancius, tu ostendito, si poteris,

rum in C: plurimas in σ χ 1. et Dresd.—3 C Attinatem: χ 1. Attinitatem: σ Attinatem profecturam. Deinde pro doce in χ 3. est doces.—4 Conscripsisse tribulos, decuriavisse distinguit Jnnt. tribulos est in χ 3. ψ.—5 Libertutem in C T χ 3. Tum noli omittit χ 1. Mox pro pœna Ms. Dresd. dedit pœnam.—6 H σ χ 1. ψ, et Franc. 1. hæsitative. Deinde in C legitur tribunariis crimen: in H tribuarii criminis. Mox pro contulisti H habet detulisti.—7 Pervulgata decl. edd. nonnullae: declinatione in χ 1. Pro sic χ 1. dedit sin. Mox in χ 3. scribitur Quid tibi.—8 Delige: tum doce id Jnnt. confirmans Gul. suspicionem.—9 Ergo in C. Actutum in χ 3. non poteris.—10 Per quæ conjectit Weiske. Paulo post, Et ne habet χ 3. Actutum vera ista in χ. Tum pro agi C præbet agere.—11 Num possum magis? dedit Orell. ex Ms. Treg. Hanc lectionem quondam conjectit Gulielm. probante Grutero. Paulo infra, Ms. C dedit proprius.—12 Atque omiserunt T χ 3. Pro urgeo C T urgeor:

## NOTÆ

<sup>h</sup> Tribuarii criminis] Tribuarium erit men de corruptis pecunia tribubus dicitur.

<sup>i</sup> Ad communem ambitus causam] Quia Laterensis non potuit arguere Plancium tribuarii criminis, agit con-

tra eum ambitus, quasi omnium legum rens esset, quæ contra ambitiosos latæ sunt.

<sup>k</sup> Quo divisore] Divisor dicebatur, qui dividebat pecuniam in tribus, quæ apud sequestrem deposita erat.

vitium: ego, qua ratione tulerit,<sup>p</sup> docebo: nec<sup>14</sup> erit hæc alia ratio<sup>1</sup> Plancio ac Laterensi.<sup>15</sup> Nam ut, quas tribus tu tulisti,<sup>m</sup> si jam<sup>16</sup> ex te requiram, possis, quorum studio tuleris, explicare; sic ego hoc<sup>17</sup> contendeo, me tibi ipsi adversario, cujuscumque tribus rationem poposceris, redditurum.

**xx. 49.** Sed cur ego<sup>18</sup> sic ago? quasi non comitiis jam superioribus sit Plancius designatus ædilis. Quæ comitia primum habere cœpit consul,<sup>n</sup> cum<sup>19</sup> omnibus in rebus summa auctoritate, tum harum ipsarum legum ambitus auctor:<sup>o</sup> deinde habere cœpit subito, præter opinionem omnium;<sup>z</sup> ut ne, si cogitasset quidem quispiam largiri, daretur spatium comparandi. Vocatæ tribus:<sup>p</sup> latum suffragium: descriptæ,<sup>1</sup> renuntiatæ: longe plurimum valuit

<sup>p</sup> Prensarit.

.....

**H** rogo. In Ms. Erf. est *insequor, urgeo*.—13 χ 1. *in qua: ψ unquam*.—14 *Ne in χ 1.* Statim post, *hæc* in C χ 3. *deest*.—15 In T *Laterenensi*. Ex anetorate Ms. Erf. et Teeg. Orellius dedit *Plancio, ac tibi, Laterensis: Junt. atque Laterensi*. Actutum habet Lamb. *Nam ut tu, quas tribus tulisti.* Pro ut, C S T χ 1. 3. *in*.—16 C H, et Franc. 1. *sententiam suam: τ suas: χ 1. 3. suam.* Postea, C habet *studiorum quorum*. Mox verbum *tuleris* in χ 1. omittitur.—17 *Hoc deest* in H: in *ψ legitur hæc.* *Tum ipsi, post tibi, C T, et ed. Junt. abest.* Denique pro *cujuscumque* in χ 3. *cuiusque*.

**CAP. XX.** 18 Pronomen *ego* deest in Erf. Barb. et Græv. Verbum *pri-*  
*mum, ante habere, in Franc. 1.* omittitur.—19 *Tum* in C H τ χ 1. et ed. Ma-  
nnt. Mox pro *auctoritate* in H est *constantia: in ψ auctoritate, constantia: pro*  
*harum, in C et ed. Lamb. earum.* *Voc. legum omisit χ 3.*—20 In H *ψ* est  
*hominum.* Mox in χ 3. *quidam quispiam.* Pro *daretur* in χ 1. *legitur dedit.*—  
1 *Diribitæ* in Ms. Erf. *rescriptæ* in C T χ 3. Paullo infra, in τ *voluit Planc.*

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Nec erit alia ratio*] Ait Cicero se non alia ratione usurrum pro Plancio, quam pro Laterensi.

<sup>m</sup> *Tulisti*] Ferre tribum est eam sibi suffragantem habere; quærit autem quarum tribum suffragia cum sua habuerit: quod enim in Planeio Laterensis arguit, idem in Laterensi Plancius argnere potest.

<sup>n</sup> *Cœpit consul*] Probabile est tum consules fuisse L. Domitium Ænobarbum, et Appium Claudiu

rum: uter antem habuerit comitia, incertum est.

<sup>o</sup> *Legum ambitus auctor*] Leges et senatus consulta intelligit, quæ propter nimiam ambitus licentiam tum lata sunt: removet autem suspicionem voluntatis et facultatis, a tempore.

<sup>p</sup> *Vocatæ tribus*] Ad sententiam dicendam vocatæ sunt subito, quas idcirco corrumperem non potuit Plancius.

Plancius:<sup>q</sup> nulla largitionis nec fuit, nec esse potuit suspicio. An tandem<sup>2</sup> una centuria<sup>r</sup> prærogativa tantum habet auctoritatis, ut nemo unquam prior eam tulerit, quin renuntiatus sit; tu, aut his ipsis comitiis consularibus,<sup>s</sup> aut certe in illum annum,<sup>t</sup> ædilem Plancium factum<sup>3</sup> miraris, in quo non exigua pars populi, sed universus populus voluntatem suam declararit? cuius in honore non unius tribus pars, sed comitia tota comitiis fuerint prærogata?<sup>4</sup><sup>u</sup> 50. Quo quidem tempore,<sup>x</sup> si<sup>5</sup> id, Laterensis, facere voluisse, aut si gravitatis esse putasses tuæ, quod multi nobiles sæpe fecerunt, ut, cum minus valuissent<sup>6</sup> suffragiis, quam putassent, postea, prolatis<sup>7</sup> comitiis, prosternerent se, et populo Romano, fracto animo atque humili suppli-

<sup>q</sup> Dilatis.

in  $\chi$  1. noluit *Planc.* — 2. *Ain tandem?* una, &c. Ms. Teeg. Statim post, *prærogata* legitur in  $\psi$  et Franc. 1. — 3. Orellius e Teeg. et quatuor MSS. Oxon. dedit sit aut iis ipsis comitiis consul, aut certe in illum annum: *ædilem tu Plancium factum*, &c. In Franc. 1. aut his comitiis consularibus, aut certe: in Dresd. aut ipsis comitiis consularibus, aut certe: in Franc. 2. et ed. 1472. aut his ipsis comitiis consul, aut certe: ed. Mediol. aut his ipsis comitiis consularibus? aut certe. Tum in Franc. 1. in illum annum? *ædilem tu Plancium factum*, &c. in ed. 1472. Mediol. et Franc. 2. in illum *ædilem tu Plancium factum*, &c. Post *factum*  $\psi$  addidit esse. — 4. In Erf. et Pith. deest *comitiis*. Tum fuerit Erf. Postea *prærogativa* Erf. Teeg. Pith. quatuor codd. Oxon. ed. 1480. Junt. Grav. et Orellius. — 5. In  $\chi$  3. at si. Tum in Ms. Teeg. *Laterensis*, si id: in T legitur *Laterenensis*. Postea, esse ante putasses in  $\chi$  3. deest. — 6. In  $\chi$  3. est maluissent. Mox H habet *collatis comitiis*. Paulo infra, particulam et, ante

## NOTÆ

<sup>q</sup> *Valuit Plancius]* Suffragiorum nempe numero superior fuit Plancius, quæ longe plura quam Laterensis habuit.

<sup>r</sup> *Una centuria]* Intelligitor pars unius tribus in comitiis centuriatis, quam dicit tantam habere auctoritatem, ut ejus primam sententiam reliquæ fere omnes sequi soleant in secundis suffragiis.

<sup>s</sup> *Comitiis consularibus]* Comitia quæ a consule habentur, consularia dicuntur.

<sup>t</sup> *In illum annum]* Sequenti anno Plancius ædilis factus est.

<sup>u</sup> *Sed comitia tota comitiis fuerint prærogata]* Quanto omnium studio Plancius ædilis factus fuerit, ostendit; quia non nra tantum tribus pars, sed omnia comitia in ejus gratiam suffragium tolerant: per ‘comitia’ autem ‘tota’, secunda intelligit, quæ, primis habitis, a consule prærogata sunt. ‘Prærogare’ autem, est rogatione præponere.

<sup>x</sup> *Quo quidem tempore]* Rationem reddit cur repulsam Laterensis tulerit; quia nempe elato animo quam supplici apud populum esse maluerit.

carent; non dubito, quin omnis ad te conversura se<sup>7</sup> fuerit multitudo. Nunquam enim nobilitas, integra præsertim atque innocens, a populo Romano supplex repudiata fuit. Sed, si tibi gravitas tua, et magnitudo animi, pluris fuit, sicut<sup>8</sup> esse debuit, quam ædilitas; noli, cum habeas' id, quod malueris, desiderare id, quod minoris putaris. Equidem primum ut honore dignus essem, maxime semper laboravi: secundo ut existimarer:<sup>9</sup> tertium mihi fuit illud, quod plerisque primum est, ipse honos:<sup>10</sup> qui iis denique debet<sup>11</sup> esse jucundus, quorum dignitati populus Romanus testimonium, non beneficium ambitioni, dedit.<sup>12</sup>

xxi. 51. Quæris etiam, Laterensis,<sup>13</sup> quid imaginibus tuis,<sup>14</sup> quid ornatissimo atque optimo viro, patri tuo, respondeas mortuo. Noli ista meditari: atque illud cave potius,<sup>15</sup> ne tua ista querela dolorque nimius ab illis sapientissimi viris reprehendatur. Vedit enim pater tuus, Appium Claudium,<sup>16</sup> nobilissimum hominem, vivo patre suo, potentissimo et clarissimo cive, C. Claudio,<sup>17</sup> ædilem non esse factum, et eundem sine repulsa factum esse consulem:

<sup>7</sup> Magistratus.

<sup>8</sup> Quos populus Romanus fecit propter dignitatem, non propter ambitionem.



populo, delevit H.—7 C censura: Weiske *conversa*: MSS. Teeg. Dresd. Franc. 1. sex Oxonn. alii codd. Arnsianus, ed. Rom. et Ven. omittunt sc. Mox MSS. Erf. Teeg. Græv. et Orell. post enim, addunt voc. fere. Pro innocens H dedit *nocens*. Statim post, præpositio a omittunt Ven. Junct. et Crat.—8 Sicuti edidit Orell. ex auctoritate Ms. Teeg. Panlo infra, pro noli ψ habet nolis.—9 χ 1. existimer: ψ existimaret. Deinde ut plerisque scribitur in C: et pro iis in χ 1. est is.—10 C debuit. Tum in ψ dignitatem.

CAP. XXI. 11 In τ enim, Laterensis: in Τ etiam, Luterensis.—12 In MSS. nonnullis et Græv. est atque illud potius care: in Franc. 1. atqui illud care potius. Actutum in τ legitur querenda dolorque. Deinde pro nimius in χ 3. est minus.—13 χ 3. nonnulli MSS. et Græv. habent Clodium. Mox rivo fratre suo conjectit Borghesius in Giornale Arcadico, Nov. 1825. p. 234. Paulo post, pro cive, in χ 1. 3. est civi.—14 Cladio in Græv. et MSS. nonnullis.—

#### NOTÆ

<sup>9</sup> Imaginibus tuis] Loquitur de imaginibus majorum, quae in familia, ad dignitatem asservabantur: confirmat autem exemplis, quod dixit, nobilibus saepe alios anteponi.

<sup>12</sup> Appium Claudium] Appius Claudius pater fuit P. Clodii, quem toties Cicero insequitur. Is vero Claudius consul fuit cum Perpenna.

vidit, hominem sibi maxime conjunctum, egregium virum, L. Volcatium: <sup>15</sup> a vidit, M. Pisonem <sup>b</sup> in ista ædilitate, offensiuncula <sup>c</sup> accepta, summos a populo Romano esse honores <sup>c</sup> adeptos. Avus vero tuus, et P. Nasicae, <sup>d</sup> tibi ædiliciam prædicaret <sup>e</sup> repulsam, quo cive neiminem ego statuo <sup>16</sup> in hac republica fortiorum; et C. Marii, qui duabus ædilitatis <sup>e</sup> acceptis repulsis, <sup>17</sup> septies consul est factus: et L. Cæsar, <sup>f</sup> Cn. Octavii, <sup>g</sup> M. Tullii; <sup>h</sup> quos omnes scimus ædilitate præteritos, consules esse factos. 52. Sed quid ego ædilicias repulsas <sup>18</sup> colligo? quæ sæpe ejusmodi habita sunt, ut iis, qui præteriti essent, benigne a populo factum <sup>19</sup> videretur. Tribunus militum, L. Philippus, <sup>i</sup> sum-

<sup>t</sup> Repulsa.

<sup>u</sup> Narraret palam.

\*\*\*\*\*

15 In C. Voltacium. Verba hominem . . . vidit in χ 1, omittuntur. Mox, *Ista in ædil.* Prisc. p. 614. ed. Putsch. Statim infra, *offensiuncula una acc.* habet C. Deinde pro *adeptos* in χ 3. est *adepto*. Mox pro *prænomine P.* in χ 1. scribitur *pater*: pro *prædicaret* in ς est *prædicare*: pro *cive* in χ 3. *civem*.—16 *Statuo ego* in Junt.—17 Ex auctoritate Ms. Erf. Orellius dedit *repulsus*, non improbante Grævio. In ς *repulsis* omittitur. Voc. *est*, ante *factus*, deest in C: in χ 3. legitur *esse*. Tum Cn. Optavii habet C: in χ 3. et Ms. Pith. non legitur *M. Tullii*.—18 Post *repulsas* additur *esse* in χ 3.—19 *Esse post factum* in eodem Ms.—

#### NOTÆ

<sup>a</sup> L. Volcatium] Volcatius ille Tullius dictus est; consul autem fuit cum Lepido.

<sup>b</sup> M. Pisonem] Marcus Piso M. Seio populi Romani suffragiis postpositus est.

<sup>c</sup> Summos honores] Dignitatem consularem intelligit, qua nulla Romæ clarius fuit.

<sup>d</sup> P. Nasicæ] Nasica ille, togatæ potentia clarissimum nomen, Gracchum interfecit: cum autem ædilitatem peteret, accepit manum eiusdem rustici, ut sibi suffragari vellet, quam cum callosam sensisset, ut erat facetus, ait, Puto te manibus ambulare; quam vocem ægre tolit rusticus, et ad suos contribules detulit, qui, arbitrati se ab homine nobili derideri, sua illi suffragia denegarunt. Vide Val. lib. viii. cap. 5.

<sup>e</sup> Duabus ædilitatis] Duo fuerunt ædilium genera; alii curules, alii plebeii dicebantur, de quibus eodem die comitia habebantur. Marius, ædilitatem curulem rogans, repulsam passus, aliam petivit, quam etiam non obtinuit. Vide Plut. in ejus vita.

<sup>f</sup> L. Cæsar] Livius lib. lxxix. refert hinc fuisse consullem ante Marii et Sullæ bella civilia.

<sup>g</sup> Cn. Octavii] Cn. Octavius consul collegam suum Cornelium Cinnam, perniciose leges molientem, e civitate ejicit bello civili; a quo postea, cum eum in urbem receperisset, occisus est.

<sup>h</sup> M. Tullii] Consule hoc M. Tullio facta sunt senatus consulta de rebus, quæ ad imperium pertinebant, vendendis.

<sup>i</sup> L. Philippus] Philippus consul

ma nobilitate et eloquentia; quaestor C. Cœlius,<sup>20<sup>k</sup> clarissimus ac fortissimus adolescens; [p. 270.] tribuni plebis P. Rutilius Rufus,<sup>1</sup> C. Fimbria,<sup>m</sup> C. Cassius,<sup>i<sup>n</sup> Cn. Orestes,<sup>o</sup> facti non sunt: quos tamen omnes consules factos scimus esse. Quæ tibi ultiro pater,<sup>2</sup> et majores tui, non consolandi tui gratia, dicerent,<sup>3</sup> neque vero, quo te libera- rent aliqua culpa,<sup>x</sup> quam tu vereris, ne a te suscepta<sup>y</sup> vi- deatur; sed ut te ad cursum istum tenendum, quem a prima ætate suscepisti, cohortarentur: nihil est enim,<sup>4</sup> mihi crede, Laterensis, de te detractum:<sup>z</sup> detractum dico?<sup>5</sup> si, me- hercules, vere, quod accidit, interpretari velis, est aliquid etiam de virtute significatum tua. **xxii.** Noli enim existimare,<sup>6</sup> non magnum quendam motum<sup>p</sup> fuisse illius petitionis tuæ, de qua, ne aliquid jurares, destitisti. Denun- tiasti, homo adolescens, quid de summa republica<sup>7</sup> sen-</sup></sup>

<sup>x</sup> Ut excusent.<sup>y</sup> Admissa.<sup>z</sup> Diminutum de tuo honore.

\*\*\*\*\*

<sup>20</sup> In x 1. est Q. Cecilius: in C H S T x 3. Ms. Teeg. edd. ante Manut. et Weiske Q. Cœlius. Alii C. Cœlius. Mox tribunus plebis agnoscit ψ. Statim infra prænomen P. deest in C H T 5 x 1. 3. ψ: P. Rut. Ruffus habet C.—<sup>1</sup> C. Crassus est in Junt.—<sup>2</sup> x 1. 3. patres.—<sup>3</sup> Dicent scribitur in C H x 1. 3. Ms. Teeg. ed. Rom. et Orell. Paulo infra, liberent... cohortarentur omnes MSS. et edd. præter Lamb. Ern. et Schutz. qui e conjectura Manutii dede- runt liberarent... cohortarentur. Pro quam tu C habet qua tu.—<sup>4</sup> Voc. enim deest in C. Postea, in Test. Laterenensis.—<sup>5</sup> Verbum detractum, ante dico, C H S T x 1. 3. ψ abest. In ed. 1472. sic legitnr: de te detractum dico si me hercule: in edd. vett. nonnullis, de te detractum. Dico si me hercules. x 3. ha- bet me hercule: ψ, Ms. Teeg. Junt. Weiske et Orell. mehercule.

CAP. **xxii.** <sup>6</sup> In C existimari. Mox, pro jurares idem Ms. habet jurare.  
—<sup>7</sup> In C T ψ rep. In Ms. Teeg. edd. nonnullis ante Lamb. Oliv. et Weiske,

## NOTÆ

fuit cum Sexto Julio Cæsare anno  
ante bellum sociale: vir fuit magno  
ingenio; de quo Cic. De Off. lib. II.  
et De Orat. lib. II.

<sup>k</sup> C. Cœlius] Cœlius Caldus consul  
fuit cum L. Domitio Ænobarbo, an.  
659.

<sup>l</sup> Rutilius Rufus] Consul fuit cum  
Cn. Mallio.

<sup>m</sup> C. Fimbria] Fimbriae meminit  
Cic. in Orat. pro Rabir. perduellio-

nis reo. Consul fuit cum Mario.

<sup>o</sup> C. Cassius] Cassius consul fuit  
cum Domitio Ænobarbo.

<sup>o</sup> Cn. Orestes] Orestes consul fuit  
cum Lentulo Sura, A. U. C. 682.

<sup>p</sup> Non magnum quendam motum] In-  
dicat aliquam fuisse populi famam  
cum tribunus factus est, et destitit  
de sua illa petitione, ne juraret in  
legem, quam de agris Cæsar tulit, in  
qua de populi commodis agebatnr.

tires: fortius tu quidem, quam nonnulli defuncti honoribus,<sup>a</sup> sed apertius, quam vel ambitionis,<sup>b</sup> vel ætatis tuæ ratio postulabat. 53. Quamobrem in dissentiente populo noli<sup>c</sup> putare, nullos fuisse, quorum animos tuus ille fortis animus offenderet: qui te incautum fortasse nunc tuo loco demovere<sup>d</sup> potuerunt, providentem ante et præcaventem nunquam certe movebunt.

An te<sup>e</sup> illa argumenta duxerunt? <sup>f</sup> Dubitabitis, inquit,<sup>g</sup> quin coitio facta sit,<sup>h</sup> cum tribus plerasque cum Plotio tulerit Plancius? An una fieri<sup>i</sup> potuerunt, si una tribus non tulissent? At nonnullas punctis<sup>j</sup> pæne totidem. Quippe cum jam facti prope superioribus comitiis declarative venissent: quanquam ne id<sup>k</sup> quidem suspicionem coitionis habuerit: neque enim unquam majores nostri sortitionem constituisserint ædiliciam,<sup>l</sup> nisi viderent accidere posse, ut

<sup>a</sup> *Magistratibus.*

<sup>b</sup> *Petitionis.*

<sup>c</sup> *Persuaserunt tibi.*

\*\*\*\*\*

legitur reipublicæ.—8 Nulli in  $\varsigma$ . Paulo infra, pro *incantum*, C habet *in cunctum*.—9 *Dimovere* ed. Rom. Ven. utraque, Junt. et Crat. Actuum verba *providentem ante* desunt in C: in H est *prævidentem ante*: in  $\chi$  1. Ms. Teeg. et Lamb. *providentem autem*. Mox pro *movebunt* Ern. conjecit *dimovere* bunt.—10 In  $\chi$  1. est *Ante*: Orellins *suspicabatur legendum At te . . . duxerunt*: in  $\varsigma$   $\chi$  1. est *dixerunt*.—11 *Dubitabis*, inquit legitur in MSS. Teeg. sex Oxoni. et aliis, nonnullis edd. vett. et Crat. *dubitabis*, inquis Weiske. Tum pro *coitio* C dedit *contio*, suprascr. a manu recenti *coecio*: H  $\varsigma$  *tortio*:  $\chi$  1. *tertio*:  $\chi$  3. *concio*. Deinde, pro *Plotio*  $\chi$  3. habet *Plancio*.—12 In C  $\varsigma$   $\chi$  1. est *Anima fieri*: in H *An vere fieri*: in  $\chi$  3. *An fieri*: in Franc. 1. *Annon fieri*: in Franc. 2. et ed. 1472. *An annua fieri*: in Ms. Dresden. *An vero fieri*.—13 *An nonnullas punctis* est in Erf. Teeg. MSS. quibusdam, Ven. et Junt. *Cum nonnullas punctis* Naug. et Cam. *Cum punctis nonnullus* Lamb. 1566. *An scribitur* in C H T  $\varsigma$   $\chi$  1. 3. *Pro nonnullas in T vero nullis*: in  $\chi$  3. *nonnullis*. Tum in H legitur *puncti*. *Pro pæne* in Franc. 1. *fere* scribitur. Mox Quippe; *cum distinxit* Schütz. Statim post, *jam factis* est in C H  $\varsigma$   $\chi$  1. 3.  $\psi$ . Tum *pro se* in  $\varsigma$ : *declaratisque* in C.—14 Verbum *id deest* in  $\chi$  3. Dein *pro coitionis*, C habet *contionis*, suprascr. a manu recenti *coecionis*: H  $\varsigma$  *tortionis*:  $\chi$  1. *tertionis*. Paulo infra, in H  $\chi$  1. est *sortionem*: in Franc. 1. *consortitionem*.—

#### NOTE

<sup>a</sup> *Coitio facta sit*] Contendebat Læterensis quod facta esset contentio et conspiratio sodalitatis inter Plotium et Plancium. Dicuntur autem competitores coire, quando se mutuo juvant in ambiendo. Respondet vero iis qui coisse Plancium arguebant.

<sup>r</sup> *Sortitionem ædiliciam*] Licet plures haberent suffragia pro ædilitate, duo tamen creabantur: quare si pares essent suffragiis, sortiebantur magistratum; si duo vero aliis superiores essent suffragiis, sine sortitione ædiles renuntiabantur.

competitores pares suffragiis essent. 54. Et ais, prioribus comitiis<sup>s</sup> Aniensem a Plotio,<sup>t<sup>15</sup></sup> Terentinam a Plancio tibi esse concessam: nunc ab utroque eas avulsas,<sup>d</sup> ne<sup>16</sup> in angustum venirent.<sup>e</sup> Quam convenit, nondum cognita populi voluntate,<sup>u</sup> hos, quos jam tum conjunctos fuisse dicis, jacturam suarum tribuu<sup>si</sup>, quo<sup>17</sup> vos adjuvaremini, fecisse; eosdem, cum jam essent experti, quid valerent, restrictos et tenaces fuisse? Etenim verebantur, credo, angustias:<sup>x</sup> quasi res<sup>18</sup> in contentionem aut in disserimen aliquod posset venire.<sup>19</sup> Sed tamen tu an Plotium, virum ornatissimum, in idem crimen vocandum judicas? an dicis eum te arripuisse,<sup>20f</sup> a quo non sis rogatus? Nam quod questus es,

<sup>d</sup> Remotas.<sup>e</sup> Haberent pauciora suffragia.<sup>f</sup> Accusasse te Plancium.

15 Ex anctoritate MSS. Erf. et Teeg. Orellius dedit a Plotio Pedio: in  $\sigma$  est Aniensem A. potius Plodio: in  $\chi$  1. Aniensem A. Potius Plodio: in  $\chi$  3. Anensem a Plotio Plodio: in  $\psi$  Aniensem a plotius plodio. Tum in C est Tarantinam. Præpositio a, ante Plancio, deest in H et Ms. Erf. Panlo infra esse avulsas legitur in Franc. 1.—16 Non in C. Tum in eodem Ms. Quam cognitam nondum convenit.—17 Qua habet C: quos  $\psi$ . Pro vos in C H est nos. Tum in  $\chi$  est adjuvarem ni: in  $\psi$  juvare admiremini. Pro fecisse  $\psi$  dedit infecisse.—18 Verba quasi res in  $\chi$  3. omittuntur. Statim post in contionem est in C H.—19 Vccc. posset venire desunt in  $\chi$  3. posse evenire est in  $\psi$ .—20 E Ms. Eif. Junt. et Garaton. Orellius hunc locum sic dedit: Sed tamen tu A. Plotium, virum ornatissimum, in idem crimen vocando indicas, eum te arripuisse, &c. Edd. vett. nonnullæ et sex Oxon. MSS. omitunt an dicis. Pro tamen, in  $\sigma$   $\chi$  1. est tum: hoc verbum in  $\chi$  3. deest. Mox pro quod questus C dedit conquestus. Pronomen te, ante testes,  $\chi$  3. abest. Tum in C  $\chi$  3. est Voli-

## NOTÆ

<sup>s</sup> Prioribus comitiis] In petitione ædilitatis bis habebantur comitia, in secundis renuntiabantur ædiles. Objiciebatur autem, in primis comitiis Plotium Laterensi tribum Aniensem, et Terentinam Planeinum concessisse, et a Laterensi quasi per vim avulsas fuisse; ne si Laterensi eadem posterioribus comitiis concederentur, de sua creatione dubitarent.

<sup>t</sup> A Plotio] Plotius erat e tribu Aniensi, et Plancius e Terentina, quibus duabus illis postremis tribuum numerus auctus est.

<sup>u</sup> Nondum cognita populi voluntate] Jam vero respondet Cicero probabile non esse, quod suarum tribuum suffragia perdere volerint, cum nondum de populi voluntate certi essent, qui suffragiorum avarus videbatur.

<sup>x</sup> Verebantur angustias] Ironia, quasi esset eur timerent ne sibi suffragia deessent. Non est quod vereatur Plotius ne propter idem ambitus crimen veniat in judicium, quia ille quemque ædilis designatus est.

plures te testes habere de Voltinia, quam quot<sup>1</sup> in ea tribu puncta<sup>g</sup> tuleris; indicas, aut eos testes te adducere, qui, quia nummos acceperint,<sup>2</sup> te præterierint; aut, te ne gratuita quidem eorum suffragia tulisse.<sup>y</sup> XXIII. 55. Illud vero crimen de nummis, quos in circo Flaminio<sup>z</sup> deprehensos esse dixisti, caluit re<sup>3</sup> recenti: <sup>a</sup> nunc in causa refrixit. Neque enim, qui<sup>4</sup> illi nummi fuerint, nec, quæ tribus,<sup>b</sup> nec, qui divisor, ostenderis. Atque is quidem, educitus<sup>s</sup> ad consules, qui tum in crimen vocabatur,<sup>h</sup> se inique a tuis jactatum graviter querebatur: qui si erat divisor, præsertim ejus, quem tu habebas reum, cur abs te<sup>6</sup> reus non est factus? cur non ejus damnatione aliquid ad hoc judicium præjudicii comparasti?<sup>c</sup> Sed neque tu<sup>7</sup> habes hæc, neque eis confidis: alia te ratio,<sup>d</sup> alia cogitatio ad

<sup>g</sup> Suffragia.<sup>h</sup> Reus dicebatur deprehensus.

tinia.—1 Quod est in x 3. Panlo infra, pro indicas C x 1. habent judicas. Tum ex auctoritate Ms. Erf. et Teeg. Orellius dedit producere.—2 In *s* nummo acceperint: in C nummos acceperunt. Statim post, pronomen *te* in x 3. deest. Pro ne *ψ* habet non.

CAP. XXIII. 3 *Re H abest*: in *ψ* legitur *te*. Pro in causa x 3. dedit vicum: pro Neque in C est Nec.—4 Qui deest in C. Tum in eodem Ms. scribitur *nunni fuerunt*. Mox pro ostenderis in Franc. 1. est ostendas, in Ms. Teeg. ostendis. Deinde pro Atque in x 3. legitur At.—5 In ed. Junt. Lamb. et Weiske est adductus. Paulo post, jacturam graviter habent C & x 3. Pro divisor C dedit divisor.—6 In H ab isto. Porro pro non, post reus, Chabet in.—7 Sed utique in x 3. Ante eis pronomen *tu* additur in H *ψ*. Statim

## NOTÆ

<sup>y</sup> Gratuita eorum suffragia tulisse] Indicat quod illi sua suffragia, pecunia corrupti, dederint.

<sup>z</sup> In circo Flaminio] Livius lib. III. refert circum Flaminium in pratis Flaminii fuisse, indeque Flaminium dictum esse.

<sup>a</sup> Caluit re recenti] Refutat objectum Plancio crimen, pecuniam nempe dedisse. Sensus itaque est, quod ante judicium, illud crimen jactatum sit, pecuniam nempe obtulisse; sed statim atque fieri cepit judicium, ubi maxime illud erat probandum, famam illam certam non remansisse.

<sup>b</sup> Nec quæ tribus] Quæ tribus pecuniam acceperit, nec ille a quo data sit, potest indicari.

<sup>c</sup> Præjudicii comparasti] Hinc contra Plancium præjudicia comparare debebat ad eum accusandum. Sed quia hæc non habebat, iis non potest tuto uti Laterensis.

<sup>d</sup> Alia ratio] Jam veras rationes profert cur sperarit Laterensis Plancium opprimere: 1. eas sumit ab ejus potentia, et gratia: 2. ab inimicorum invidia cui expositus est Plancius: 3. a probitate patris Plancii, qui contra omnes equitum jura de-

spem hujus opprimendi excitavit. Magnæ sunt in te opes: late patet gratia:<sup>i</sup> multi amici, multi cupidi<sup>k</sup> tui, multi fautores laudis tuae: multi huic invident: multis etiam pater, optimus vir, nimium retinens equestris juris et libertatis videtur: multi etiam<sup>8</sup> communes inimici reorum omnium; [p. 271.] qui ita semper testimonium de ambitu dicunt, quasi aut moveant animos judicum<sup>9</sup> suis testimoniis, aut gratum populo Romano sit, aut ab eo facilius ob eam causam, dignitatem,<sup>10</sup> quam volunt, consequantur. 56. Quibuscum me, judices,<sup>11</sup> pugnantem meo more pristino non videbitis: non quo<sup>12</sup> mihi fas sit quicquam defugere, quod salus Plancii postulet; sed quia<sup>13</sup> neque necesse est, me id persequi voce, quod vos mente videatis; et quod ita de me meriti sunt illi ipsi, quos ego testes video paratos, ut<sup>14</sup> eorum reprehensionem vos vestræ prudentiæ assumere, meæ modestiæ remittere debeatis. Illud unum vos magnopere oro atque obsecro, judices, cum<sup>15</sup> hujus, quem defendo, tum communis periculi causa, ne fictis auditionibus,<sup>e</sup> ne disseminato dispersoque sermoni, fortunas innocentium subjiciendas<sup>16</sup> putetis. 57. Multi amici accusatoris, nonnulli etiam nostri iniqui, multi communes

<sup>i</sup> Tu es gratiosus.<sup>k</sup> Studiosi.

post, pro *alia te*, in *ſ χ 1. 3.* et ed. Oliv. legitur *alia re.*—8 *Enim* est in C. Deinde C *ſ χ 1. 3.* et Ms. Dresd. habent *rerum omnium*: Frane. 1. *reorum civium.*—9 C H S T *ſ χ 1. 3.* alii MSS. et edd. vett. omittunt verbum *judicūm.*—10 Pro *aut* in *χ 3.* legitur *cur.* Schantz. e Frane. 1. omisit ab ante *eo.* Orellio verum videbatur *aut eo facilius dignitatem*, ceteris deletis.—11 In *χ 3. judicibus:* tum statim post, in C *pugnare.* Mox *more* *meo* habet Ms. Teeg.—12 Non *quod* est in S *χ 1. ed. 1472.* Cam. Lamb. et Weiske. Mox *effugere* in C H T *ſ χ 1. 3.* Ms. Teeg. quibusdam aliis, et edd. vett. ante Lamb.—13 *Qua* est in *ſ.* Statim infra C habet *meque.* Mox pro *quod vos*, *χ 3.* dedit *quod ipsi quos vos.* Tum *ipſi*, ante *quos*, in Frane. 1. deest.—14 In *χ 3. et.* Deinde reiterare *debeat* in *ψ.*—15 C *χ 3. et* Frane. 1. *tum.* Pro *communis* H habet *hujus.* Mox in *χ 3.* est *factis auditionibus:* in *ψ* *fictis auditoribus.*—16 In C *subiciendas.* Actutum non multi etiam in eodem Ms. Tum pro *iniqui* Lamb. coujicit *inimici.* Mox ac *omnium* præbet

## NOTÆ

fendit: 4. a multitndine inimicorum qui accusantur.

<sup>e</sup> *Fictis auditionibus]* Per fictas au-

diones intelligit famam fictam, et vanam, quæ tantum sparsis rumoribus, et non visis rebus constat.

obtrectatores, atque omnium invidi multa finixerunt. Nihil est autem<sup>17</sup> tam volucre, quam maledictum; nihil facilius emittitur,<sup>18</sup> nihil citius excipitur, nihil latius dissipatur. Neque ego, si fontem maledicti reperietis, ut aut<sup>19</sup> negligatis, aut dissimuletis, unquam postulabo: sed, si quid sine capite<sup>1</sup> manabit,<sup>20</sup> aut si quid erit ejusmodi, ut non extet auctor, qui audierit; aut ita<sup>1</sup> negligens vobis esse videbitur, ut<sup>2</sup> unde audierit, oblitus sit; aut ita levem habebit auctorem, ut memoria dignum non putarit; hujus illa vox vulgaris,<sup>3</sup> ‘Audivi,’<sup>f</sup> ne quid reo innocentia noceat, oramus.

XXIV. 58. Sed venio jam ad L. Cassium,<sup>g</sup> familiarem<sup>4</sup> meum, cujus ex oratione ne illum quidem Juventium tecum expostulavi:<sup>h</sup> quem ille, omni et virtute et humanitate ornatus adolescens, primum de plebe ædilem curulem factum esse dixit. In quo, Cassi, si ita<sup>5</sup> tibi respondeam,

<sup>4</sup> Sine auctore.

\*\*\*\*\*

C: at omnium H.—17 In C 5, Franc. 1. 2. Dresd. et quibusdam aliis, est enim. Pro tam volucre<sup>5</sup> habet causa voluere.—18 In H enotatur. Tum voc. nihil, ante latius, omittitur in C H S T 5 χ 1. 3. ed. Ven. Junct. et Crat. Paulo post, Neque si ego legitur in C. Verbum maledicti in C H deest.—19 Aut omittitur in sex Oxon. MSS. Teeg. ed. Ven. Junct. Crat. et Lamb. uncis inclusit Orellius. Mox in C T χ 3. nunquam post, legitur.—20 In C 5 est manebit. Statim post, voc. si C H T 5 χ 1. abest. Pro quid χ 3. habet qui.—1 Septem Oxon. MSS. præbent illa.—2 In ψ aut.—3 Post vulgaris χ 3. addidit verbum judicii. Tum auditu legitur in quinque Oxon. MSS. et edd. ante Lamb. Pro reo in χ 3. est re. Denique nocenti noceat scribitur in χ 1.

CAP. XXIV. 4 Ad famil. est in C T 5 χ 1. 3. ψ. Mox in 5 et oratione. Statimi post, negativa particula ne in C deest. Pro Juventium, in C H est inventum, in χ 3. juventum. Actutum, Schntz. edidit expostulatum, e Panathaghi conjectura. Weiske suspicabatur expostulaverim.—5 C 5 χ 3. illa: χ 1. ista. Pronomen id, ante populum, omittunt H ψ, et Franc. 1. in Ms. Teeg. legitur id fuisse qui: in χ 1. fuisse qui id: in C fuisse quid id. Idem Ms. actutum habet narret. Paulo infra, post mortuo, verbum longe additur

#### NOTÆ

<sup>f</sup> Audiri] Petit a judicibus, ut non e rumore falso ac inani qui spargitur, sed ex ipsa rei veritate judicent.

<sup>g</sup> Sed venio ad L. Cassium] Postquam respondit iis, quæ a Laterensi contra Plancium objecta sunt, aggreditur jam refellere, quæ contra eun-

dem Plancium Cassius attulit.

<sup>h</sup> Ne illum quidem Juventium tecum expostulari] Ex Cassio quærere potuit Cicero, quisnam fuerit ille Juventins, quem ait primum de plebe ædilem factum esse.

nescisse id populum Romanum, neque suisse qui id nobis narraret, præsertim mortuo Longino;<sup>i</sup> non, ut opinor, admirere,<sup>6</sup> cum ego ipse, non abhorrens a studio antiquitatis,<sup>m</sup> me hic id<sup>7</sup> ex te primum audisse confitear. Et, quoniam tua fuit perelegans ac persubtilis oratio, digna equitis Romani<sup>8</sup> vel studio vel pudore; quoniamque sic ab his es auditus,<sup>9</sup> ut magnus honos et ingenio et humanitati<sup>n</sup> tuæ tribueretur; respondebo ad ea, quæ dixisti;<sup>10</sup> quæ pleraque de ipso me<sup>k</sup> fuerunt: in quibus ipsi aculci, si quos habuisti in me reprehendendo,<sup>11</sup> tamen mihi non ingrati acciderunt. 59. Quæsisti, utrum mihi putarem,<sup>12</sup> equitis Romani filio, faciliorem fuisse ad adipiscendos<sup>13</sup> honores viam, an futuram esse filio meo, qui<sup>14</sup> esset familia consulari.<sup>1</sup> Ego vero, quanquam illi omnia<sup>15</sup> malo,<sup>m</sup> quam mihi; tamen illi honorum aditus nunquam faciliores optavi,<sup>16</sup> quam mihi fuerunt. Quin etiam (ne forte ille sibi

<sup>m</sup> Non indoctus antiquitatis.<sup>n</sup> Doctrinæ.

in Ms. Erf.—6 In  $\psi$  est admirer: in Franc. 1. admirabere, ut quondam conjectit Camerarius: admirarere Crat.—7 In C x 3. est hoc id: in H hæc ideo. Mox confiteri legitur in  $\varsigma$ .—8 Post verbum Romani in ed. Junt. inseritur contra quem agebas. Voce. vel pudore in x 3. desunt. Pro quoniamque in H est quoniam.—9 Pro es auditus C habet exauditus: et idem Ms. paolo infra dedit tribuctur.—10 Quæ dixisti in fine Weiskii suspicio: quæ dixisti de fine conjectit Orellius. Mox pro quæ pleraque in  $\psi$  est pluraque. Tum de me ipso habet Weiske: de ipso fine codd. plerique, edd. ante Lamb. et Grut. de ipso me fuerint T.—11 In x 3. reprehendo. Pro tam in x 3. est tam.—12 Utrum putarem mihi in Franc. 1. et Græv. utrum mihi putaverim in C.—13 In x 1. pro ad adipiscendos legitur adipiscendo.—14 In C H S T  $\psi$ , Ms. Teeg. Ven. et Junt. scribitur quia: et post consulari, verbum paterna additur in Franc. 1.—15 Omnia illi habet ed. Junt.—16 In Ms. Teeg. legitur tamen nunquam illi faciliores honorum aditus optavi. Mox ne ante forte in x 3. deest.—

## NOTÆ

<sup>i</sup> Mortuo Longino] Quis fuerit iste Longinus non ita constat, nisi is fuerit, qui consul fuit Cn. Domitio Aenobarbo. Porro videtur fuisse Longinus ille antiquitatis peritissimus.

<sup>k</sup> De ipso me [fine] Sylvius interpretatur finem de consulatu, qui fuit finis, et terminus honorum, qui Romæ maximi habebantur. Alii legunt de

filio.

<sup>l</sup> Qui esset familia consulari] Cicero fuit ex equestri genere; tum postea alectus inter senatores, et tandem consul fuit. Unde filius ejus natus fuit familia consulari.

<sup>m</sup> Illi omnia malo] Ait se prospera omnia ipsi filio apprecari, et quam sibi feliciora.

me potius peperisse jam honores, quam iter demonstrasse adipiscendorum putet) hæc illi soleo<sup>17</sup> præcipere, (quoniam ad præcepta ætas non est gravis<sup>18 n</sup>) quæ ille,<sup>o</sup> a Jove ortus, suis præcipit<sup>19</sup> filiis:<sup>p</sup>

‘Vigilandum est semper: multæ insidiæ sunt bonis.’  
Nostis cetera:<sup>20</sup>

‘Non te id quod multi invideant . . .’

quæ scripsit gravis ille et ingeniosus poëta:<sup>q</sup> scripsit, non ut<sup>r</sup> illos regios pueros,<sup>s</sup> qui jam nusquam erant,<sup>t</sup> sed ut nos et nostros liberos ad laborem et laudem excitaret. 60. Quærvis, quid potuerit amplius assequi Plancius, si Cn.<sup>3</sup> Scipionis fuisset filius. Magis ædilis fieri non potuisset: sed hoc præstaret,<sup>u</sup> quod ei minus invideretur. Etenim ho-



<sup>17</sup> In C est *soli*. Præpositio *ad*, ante *præcepta*, in C omittitur.—<sup>18</sup> Garaton. et Orell. censem verbū *gravis* delendum esse: *gnarus* habet Ms. Teegnati Ven. Junt. Crat. et Oliv. *nati* Lamb. *a Jore gnatus*  $\varsigma$ : *gnatus*  $\chi$  1. et Ms. Pith. *gnata*  $\psi$ . In H hoc verbum deest, cum spatio. Mox pro quæ H  $\varsigma$   $\chi$  1. habent quare. Tum  $\varsigma$  omisit verba *a Jore*.—<sup>19</sup> In septem Oxon. MSS. Crat. et Lamb. legitur *præcepit*. Deinde *Vigil. esse* præbet  $\psi$ .—<sup>20</sup> C *nostris* et cetera que: S *ceteraque* :  $\varsigma$   $\chi$  1. *nostris*, *ceteraque* :  $\chi$  3. *nostris*. *Ceteraque*.—<sup>1</sup> Ex auctoritate Ms. Erf. et ed. Junt. sic constituit hunc locum Orellius: *Vig. . . . bonis.* — *Nostis cetera.* *Nonne?* [—*id quod multi invideant*], quæ scripsit *gravis* ille et *ingeniosus* poëta, non ut, &c. In ed. Ven. *Vig. . . . bonis nostris:* *ceteraque nonne id quod multi videant*: quæ scripsit *gravis* ille et *ingeniosus* poëta: *scripsit non ut*, &c. In ed. Lamb. 1566. *Vig. . . . bonis.* *Non te id quod multi invideant*, multique expetant. *Nostis cetera*, quæ scripsit *gravis* et *ingeniosus* poëta, non ut, &c. Schutz dedit *Vig. . . . bonis.* *Non te id quod multi invideant*. *Nostis cetera*: quæ *gravis* ille et *ing.* poëta scripsit, non ut, &c. Wei-ke habet *Sed te id quod*, &c. Alii MSS. et edd. *Non ne id quod multi videant*: al. *Non ne id quod multi\* invideant*: in nonnullis Oxon. MSS. et Dresd. *Non ne id quod multi videant*. Pronomen *te* in H deest. Tum pro quæ scripsit C habet quia scripsit. Statim post, pro *ille* in C est *adilis*: at hoc voc. omittitur in  $\varsigma$   $\chi$  1. 3.  $\psi$ , et Franc. 1.—<sup>2</sup> In C est erat. Paulo infra, ex auctoritate Ms. Teeg. Orellius habet *et ad laudem*. Porro poterit est in  $\chi$  3.—<sup>3</sup> In  $\chi$  3. *gnei*. Tum *hoc ante præstaret* omisit  $\varsigma$ .—<sup>4</sup> In omnibus MSS. et edd.

#### NOTÆ

<sup>n</sup> *Ad præcepta ætas non est gravis* [nati] *Filius Ciceronis*, cum habuit hanc orationem, undecimum vix annum agebat.

<sup>o</sup> *Quæ ille*] *Qnis ille sit, nisi Atrens?* qui Jovis pronepos fuit: ex Jove enim Tantalus, ex Tantalo Pelops, ex quo Atrens natus est.

<sup>p</sup> *Præcipit filiis*] Agamemnon et

Menelaus, quamvis Plisthenis filii fuerint, Atrei tamen filii dicti sunt, quia Plisthenis pater fuit.

<sup>q</sup> *Ingeniosus poëta*] Credunt alii hunc poëtam Attinum fuisse, alii fortasse melius Euninn; nam inscripsit tragœdiā cui nomen Atrens.

<sup>r</sup> *Illos regios pueros*] Agamemnon et Menelaum.

norum gradus<sup>5</sup> summis hominibus et infimis sunt pares; gloriæ dispare. xxv. Quis nostrum se dicit M.<sup>6</sup> Curio, quis C. Fabricio,<sup>t</sup> quis C. Duellio<sup>u</sup> parem? quis Atilio Calatino?<sup>v</sup> quis Cn. et P. Scipionibus?<sup>y</sup> quis Africano, Marcello,<sup>z</sup> Maximo?<sup>a</sup> tamen eosdem sumus<sup>8</sup> honorum gradus,<sup>b</sup> quos illi, assecuti. Etenim in virtute multi ascensus;<sup>9</sup> ut is gloria maxime excellat, qui virtute plurimum præstet. Honorum populi finis est consulatus; quem magistratum jam octingenti<sup>c</sup> fere consecuti<sup>10</sup> sunt. Horum, si diligenter quæras, vix decimam partem reperies<sup>11</sup> gloria

præter Ms. Teeg. Junt. Ern. Weiske, Schutz. et Orell. legitur *præstare*: post quod verbum  $\psi$  habet *potuisset*. Gulielmii conjectit sed *hoc præstaret ei minus inv.*—5 In C graccus. Tum  $\chi$  1. dedit *summis honoribus*. Pro *infimis* C habet *in summis*. Porro in eodem Ms. scribitur *disparties*.

CAP. XXV. 6 Prænomen M' est in Lamb. Grut. Græv. et Orell. Mox  $\psi$  habet Q. *Fabricio*. Tum C. *Duellio* legunt Garaton. et Orell. ex Ursini conjectura. P. *Duellio* edd. ante Ern. et Weiske.—7 In C *Atilio*, omissio *Calatino*: in  $\chi$  3. *Attilio Callacio*. Verba quis *Atilio . . . Scipionibus* desunt in T. Paulo post, *Maximo* C abest. Tum C H S T  $\varsigma$   $\chi$  1. 3.  $\psi$  omittunt *tamen*.—8 Verbum *sumus* deest in MSS. quibusdam et edd. vett. ante Grut. in  $\varsigma$  est *summus*: in  $\chi$  1. 3.  $\psi$  *summus*. Mox C dedit *illi assequuntur*. Pro *Etenim* in Oliv. *Est enim*: in C *Est*. T omisit verba *in virtute*.—9 Orellius, ex Ms. Erf. et Teeg. dedit *Etenim in virtute multi sunt adscensus*: Ven. Junt. Grut. Græv. *Est enim in virtute multis adscensus*. Lamb. *Est enim ad virtutem multus adscensus*. Pro sequenti verbo *ut*, Venett. et Lambinus habent *uti*. Pro *is*, in T *his*: pro *maxime* in  $\chi$  3. *magis*.—10 *Secuti*  $\psi$ .—11 *Quæres . . . reperis* Erf. Teeg. et Grævius: *quæres . . . reperies* quidam ap.

## NOTÆ

<sup>5</sup> M. Curio] Curius Dentatus consul de devictis Samnitibus et Sabinis, qui rebelles fuerant, bis in suo consulatu triumphavit.

<sup>t</sup> Fabricio] Fabricius Pyrrhi bello consul fuit.

<sup>u</sup> Duellio] Devicta Pœnorum classe, primo bello Punico, primus omnium navalis victoræ triumphum egit Duellius.

<sup>v</sup> Atilio Calatino] Calatinus bello primo Punico consul fuit; tum dictator, primus extra Italiam exercitum duxit.

<sup>y</sup> Cn. et P. Scipionibus] Hi bello secundo Punico in Hispania occubuerunt.

<sup>z</sup> Marcello] M. Marcellus quinque consul fuit, et occisus ab Hannibale anno undecimo belli secundi Punici.

<sup>a</sup> Maximo] Hic Quintus Fabius Maximus cunctando restituit rem.

<sup>b</sup> Honorum gradus] Gloriatur Cicerone se quoque ad eandem consulis dignitatem pervenisse.

<sup>c</sup> Octingenti] Freiginus de numero consulum sic observavit et quidem diligentissime: ‘Primi duo consules creati sunt A. U. C. 244.: cum haec diceret Cicero, agebatur annus 699.: interjecti sunt igitur anni 455. qui si duplicitur, (semper enim bini consules creati sunt) erunt 910.: quod si tribunos militum, qui aliquando pro

dignam. [p. 272.] Sed nemo unquam sic egit, ut tu : ‘Cur iste fit consul ?<sup>d</sup> quid potuit amplius, si L. Brutus esset, qui civitatem dominatu regio liberavit ?’<sup>e</sup> Honore nihil amplius,<sup>f</sup> laude multum. Sic igitur Plancius nihilominus quæstor<sup>12</sup> est factus, et tribunus plebis, et ædilis, quam si esset summo loco natus : sed hæc, pari loco orti, sunt innumerabiles alii consecuti. 61. Profers triumphos T. Didii<sup>13</sup><sup>g</sup> et C. Marii ;<sup>h</sup> et quæreris, quid simile in Plancio. Quasi vero isti, quos commemororas, propterea magis laude fuerint digni, quod triumpharunt, et non, quia commissi sunt iis magistratus, in quibus re bene gesta triumpharent.<sup>14</sup> Rogas, quæ castra viderit ;<sup>i</sup> qui et miles<sup>15</sup> in Crete, Metello hoc imperatore, et tribunus in Macedonia militum fuerit, et quæstor tantum ex re militari<sup>16</sup> detraxe-



Orell. quæras ... reperias Naug. Lamb. Grut. Oliv. Weiske, et Schmitz. In C est reperis : in S T x 1. 3. ψ reppereris : in σ reppereris. Mox pro iste fit in al. est iste sit.—12 Consul in σ. Mox sed hoc habet C.—13 T. cum lacunæ signo ed. Ven. Ti. Gracchi Junt. et Oliv. Titi ψ. Didii omittitur in septem Oxon. MSS.—14 Grævins hunc locum sic edidit : propterea magistratus ceperint, quod, &c. Ed. Junt. sic habet : propterea magistratus gesserint, quod triumpharunt, et non quia commissi sunt his magistratus, in quibus re bene gesta triumpharent : Schütz, e cod. Ursini : propterea magistratus ceperint, quod triumpharunt, et non quia commissi sunt iis magistratus, in his (iis Ms. Ursini) re bene gesta triumpharent. Pro magis ... quod in C est magisque : in H S σ x 1. 3. magis quod, sed est spatium in H. Tum in ψ est fuerint. Paulo infra, in C est triumpharent : in x 1. 3. et Franc. 1. triumpharunt. Mox an non legitur in H. Pro quia x 1. dedit qua : pro re σ res. Vocc. et non ... triumpharent in C desunt.—15 Pro et miles in T legitur nullus : particula et omittitur in C. Mox MSS. et edd. omnes ante Hervag. cum Orellio Metello omittunt. Pro imperatore in C est in parte : in T σ in patre. Hoc verbum omisit x 3.—16 Vocc. ex re militari desunt in x 3. Idem Ms. paulo infra

## NOTÆ

coss. creati sunt, tollas, ad octingentos illi fere redibunt.’

<sup>d</sup> Cur iste consul?] Verba L. Cassii repetit, ut ea refellat.

<sup>e</sup> Liberavit?] L. Junius Brutus, ex-actis regibus, primus Romæ cum L. Tarquinio factus est consul.

<sup>f</sup> Honore nihil amplius] Non major esset dignitate, si L. Brutus esset ; sed gloria et lande major esset.

<sup>g</sup> Triumphos T. Didii [Tiberii Gracchi] Tiberius Græchus pater illorum

Græchorum fuit, qui propter perniciosas suas reipublicæ leges interfecti sunt. Primo de Celtiberis, deinde de Sardis triumphavit.

<sup>h</sup> C. Marii] Marius de Jugurtha et de Cimbris triumphavit.

<sup>i</sup> Castra viderit] Plancius nempe in Crete Saturnini contubernialis fuit, ut superius dictum est ; miles Q. Metelli, et tribunus militum in Macedonia.

rit temporis, quantum in me custodiendum<sup>k</sup> transferre maluerit. 62. Quæris, num<sup>17</sup> disertus? Immo, id quod secundum est, ne sibi quidem videtur.<sup>1</sup> Num jurisconsultus? Quasi quisquam<sup>18</sup> sit, qui sibi hunc falsum de jure respondisse<sup>m</sup> dicat. Omnes enim istiusmodi<sup>19</sup> artes in iis reprehenduntur, qui, cum professi fuerint,<sup>20</sup> satisfacere non possunt; non in iis, qui<sup>1</sup> absuisse ab istis studiis confitentur. Virtus, probitas, integritas<sup>2</sup> in candidato, non linguæ vobilitas, non ars, non scientia requiri solet. Ut nos in mancipiis parandis,<sup>o</sup> quamvis frugi hominem si pro fabro, aut pro tectore<sup>3</sup> emimus, ferre moleste solemus, si eas artes, quas in emendo secuti sumus,<sup>p</sup> forte nesciverit;<sup>4</sup> sin autem emimus, quem villicum imponeremus,<sup>q</sup> quem pecori<sup>s</sup> præficeremus, nihil in eo, nisi frugalitatem, laborem, vigilantiam, esse curamus; sic populus Romanus deligit magistratus, quasi reipublicæ villicos; in quibus si qua<sup>6</sup> præterea est ars, patitur; sin minus, virtute corum et innocencia contentus est. Quotus enim quisque disertus,

<sup>o</sup> Servis emendis.<sup>p</sup> Quas putavimus eum habere.<sup>q</sup> Præficeremus.

omisit temporis. Porro præpositio in χ 1. abest. Deinde χ 3. dedit maluerunt.—17 In ψ est non. Tum in C H disertui. Verbum sit post disertus legitur in Ms. Erf. et Grav.—18 Quispiam in ψ. Actutum falso est in H.—19 C istius mundi: χ 1. hujusmodi. Pro in iis ψ habet nihil.—20 In C, Ms. Teeg. cum aliis MSS. legitur sunt. Mox pro negativa particula non ante possunt, ψ habet nisi. Actutum præpositio in, ante iis, in c deest.—1 Pronomen se, ante absuisse, legitur in Ms. Erf. Teeg. Grav. Lalt. et Orell. absuisse se in Lamb. absuisse ab his studiis in S T, ed. Vict. et Oliv. absuisse ab istius studiis in C H χ 3. ψ, ed. Grnt. et seqq. Pro confitentur in χ 3. est profiten-  
tur.—2 Integritas deest in χ 3. qui Ms. dedit linguæ nobilitas. Verba non ars in χ 3. omittuntur.—3 Textore legitur in omnibus MSS. et edd. præter C, Erf. Teeg. Ern. Schntz. et Orell. qui habent tectore. Pro sequenti verbo, emimus, in χ 3. est eminus, in ψ accepimus.—4 In Franc. I. nescivit: C nescierint: χ 1. resciverit. Pro voc. sin C dedit si. Verbum autem omisit T et ed. Junt. Pro enimus in χ 3. est e minus.—5 In χ 3. pectori. Mox χ 1. dedit euraremus. Tum in H ψ legitur delegit.—6 In χ 3. si que. Deinde pro

## NOTÆ

<sup>k</sup> In me custodiendum] Plancius (ut ait in oratione post redditum in senatu) ‘totam suam quæsturam in me sustentando et conservando collocavit.’

<sup>l</sup> Sibi videtur] Non disertus esse sibi Plancius videtur.

<sup>m</sup> Falsum de jure respondisse] Nunquam falsum aliquod responsum dedit Plancius de jure interrogatus.

quotus quisque juris peritus est, ut eos numeres,<sup>7</sup> qui volunt esse? quodsi præterea honore dignus nemo,<sup>8</sup> quidnam tot optimis et ornatissimis ciyibus est futurum?

**xxvi.** 63. Jubes Plancium de vitiis Laterensis<sup>9</sup> dicere. Nihil potest, nisi eum nimis in se iracundum putabis fuisse.<sup>10</sup> Idem effers Laterensem laudibus. Facile patior, id te agere multis verbis, quod ad judicium non pertineat; et id te accusantem tamdiu dicere, quod ego defensor sine periculo possim confiteri. Atqui non modo confiteor, summa in Laterense<sup>11</sup> ornamenta esse; sed te etiam reprehendo, quod ea non enumeres, alia quædam inania et levia conquiras. Præneste<sup>12</sup> fecisse ludos.<sup>13</sup> Quid? alii quæstores<sup>°</sup> non fecerunt? Cyrenis<sup>p</sup> liberalem<sup>13</sup> in publicanos, justum in socios<sup>q</sup> fuisse. Quis negat? sed ita multa Romæ geruntur, ut vix ea, quæ fiunt in provinciis, audiantur. 64. Non vereor, ne mihi aliquid, judices, videar arrogasse,<sup>14</sup> si de quæstura mea dixero. Quamvis enim illa florue-



sin C χ 3. habent si.—7 Numeros in C. Tum in Franc. 1. legitur qui nolunt esse: dein in H est propterea.—8 Honore dignus est nemo Lamb. 1566. cum Orell. nemo est hon. dignus Ms. Teeg. honore dignus nemo est ψ et ed. Junct. Voc. nemo in C τ 1. 3. deest. Pro quidnam tot in C legitur quidjam. Deinde C dedit esse futurum.

CAP. XXVI. 9 Laterenensis est in T. Mox pro eum H S χ 1. 3. præbent cum: pro nimis S χ 1. mimis: pro in se C esse.—10 MSS. pauci, Schutz. et Orell. legunt putabit fuisse. Verbum putabit tamen Orellius (cum Lall. et Garaton.) delendum fuisse suspicabatur: nisi in eum nimis anquirendum putabis fuisse in Lamb. 1566. In S χ 1. scribitur putabit esse. Mox in C est Laterense; in T Laterenense. Paulo infra in χ 3. legitur quo ad jud. in χ 1. præpositio ad deest. Tandiu dicerer est in σ. Deinde pro possim C habet possum.—11 In T Laterenense. Pronomen te, ante etiam, σ abest. Pro etiam in χ 3. est etiam non neque.—12 In σ Præneste: in χ 3. pernosce. Mox nonne fecerunt habent omnes codd. et edd. præter Ern. Weiske, Schutz. et Orell. qui dederunt non fecerunt.—13 In χ 1. liberalis: in ψ libertatem. Deinde in σ in sociis.—14 Ex auctoritate MSS. Ambr. et Teeg. Orellius

#### NOTÆ

<sup>n</sup> *Præneste fecisse ludos]* Præneste ludos scenicos fecit. Præneste autem urbs est in Italia, non longe ab urbe Roma, quæ a Cæculo, Vulcani filio, condita dicitur.

<sup>o</sup> *Alii quæstores]* Non tantum aediles, sed quæstores etiam ludos exhi-

buerunt; aliquique magistratus, ut prætores. Vide Ciceronem in orat. pro Mur.

<sup>p</sup> *Cyrenis]* Cyrenæ oppidum est in Libya, ubi quæstor fuit Laterensis.

<sup>q</sup> *In socios]* Cyrenæi socii erant populi Romani.

erit, tamen eum<sup>15</sup> me postea fuisse in maximis imperiis<sup>16</sup> arbitror, ut non ita mihi multum sit<sup>17</sup> ex quæsturæ laude repetendum: sed tamen non vereor, ne quis audeat dicere, ullius<sup>18</sup> in Sicilia quæsturam aut gratiorem aut clariorem fuisse. Vere, mehercules, hoc dicam: sic tum existimabam, nihil homines aliud Romæ,<sup>19</sup> nisi de quæstura mea, loqui. Frumenti<sup>20</sup> in summa caritate maximum numerum miseram: negotiatoribus comis, mercatoribus justus, municipibus liberalis, sociis abstinentes, omnibus eram visus in omni officio diligentissimus. Excogitati quidam erant a Siculis honores inauditi. 65. Itaque hac spe decedebam,<sup>2</sup> ut mihi populum Romanum ultro omnia delaturum putarem. [p. 273.] At ego, cum casu diebus iis, itineris faciendi causa, decedens<sup>3</sup> e provincia, Puteolos<sup>4</sup> forte venisse; cum plurimi et lautissimi<sup>4</sup> solent esse in iis locis, concidi paene, judices, cum ex me quidam quæsisset, quo die Roma exissem,<sup>5</sup> et numquid in ea esset novi.

\*\*\*\*\*

dedit arrogare.—15 In χ 3. floruit causam cum: ψ quoque præbet cum.—16 Rebus est in Junt. Crat. Lamb. Grat. Oliv. et Weiske. Excudit imperiis in C H T σ χ 1. 3. ψ, aliis MSS. et edd. vett.—17 Ante sit, verbum gloriæ edidit Orell. ex anactorite Ms. Teeg.—18 In χ 1. illius. Mox in Ms. Teeg. legitur aut clariorem, aut gratiorem fuisse. Deinde in sex Oxon. MSS. Erf. Teeg. Barb. Ven. utraque Junt. est mehercule. Pro sic tum C habet si: χ 3. sic cum.—19 Nihil hom. unquam aliud Romæ Crat. et edd. vett. cum Weiske: Nihil hom. Romæ Franc. I. Pro Nihil in C est Tunc nihil.—20 Frumentum in ψ. Paulo infra, ψ miserum: σ misericordiam. Statim post, in Franc. I. legitur merc. comis, neg. justus.—1 In ψ municipiis. Mox pro Siculis in C scribitur Siculo. Voc. in me, ante inauditi, leguntur in Ms. Erf. Teeg. Grav. et Orell. omnes ceteri omiserrunt.—2 In C docebam: in σ decebam. Mox pro ultro χ 3. habet ultra: et pro putarem idem Ms. præbet putavi.—3 In σ dicens. Statim post, ex prov. legitur in C χ 1. Porro ψ dedit Puteolis.—4 In C etiam lautissimi: in χ 3. et laudacissimi. Paulo infra, in Ms. Teeg. in iis locis solent esse.—5 Exisset χ 3. Dein-

#### NOTÆ

<sup>r</sup> In maximis imperiis [rebus] Per res maximas notat majores magistratus, præturam scilicet et consularium, quos gessit Cicero. Idem antea fuerat in Sicilia quæstor.

<sup>s</sup> Sociis abstinentes] Quæsturam snam laudat Cicero, in qua tam feliciter se gessit, ut se tum Romæ, tum in Sicili-

lia abstinentem probaverit: qua de causa ne sibi quidem petenti maximos honores deferre ei Siculi voluerunt.

<sup>t</sup> Puteolos] Puteoli oppidum situm in ora Campaniae, in Baiano sinn, ab aquis calidis ita dictum, quo balnei causa multi confluant.

Cui cum respondissem, me e<sup>6</sup> provincia decedere; ‘Etiam, mehercules,’ inquit, ‘ut opinor, ex Africa.’ XXVII. Huic, ego jam<sup>7</sup> stomachans<sup>8</sup> fastidiose, ‘Immo ex Sicilia,’ inquam. Tum quidam, quasi qui omnia sciret, ‘Quid? tu nescis,’<sup>9</sup> inquit, ‘hunc Syracusis<sup>10</sup> quæstorem fuisse?’ Quid multa? destiti stomachari, et me unum ex iis feci, qui ad aquas venissent. 66. Sed ea res, judices, haud scio an plus<sup>11</sup> mihi profuerit, quam si mihi tum essent omnes congratulati. Nam posteaquam sensi, populum Romanum aures hebetiores,<sup>12</sup> oculos acres atque acutos habere;<sup>13</sup> destiti, quid de me audituri essent homines, cogitare: feci, ut postea quotidie me præsentem viderent:<sup>14</sup> habitavi in oculis:<sup>15</sup> pressi forum:<sup>16</sup> neminem a congressu meo, neque janitor meus, neque somnus absterruit. Ecquid<sup>17</sup> ego dicam de occupatis meis temporibus,<sup>x</sup> cui fuerit ne otium quidem unquam otiosum?<sup>y</sup> nam, quas tu commemoaras,

<sup>7</sup> Iraseens.<sup>8</sup> Mansi in conspectu.<sup>9</sup> Oblivisci facile.<sup>10</sup> Frequentavi forum.

de ex auctoritate Ms. Erf. et Teeg. Orellius dedit *et numquidnam esset nori.*  
Tum in x 3. respondisset.—6 Pro me e, in x 1. ψ scribitur *mea e.* Denique in C T s x 3. Græv. et Orell. est *mehercule.*

CAP. XXVII. 7 Jun H abest. Mox pro *immo*, ψ *nemō*: al. *īmo*. Pro *voce*. *Tum quidam* x 3. dedit *Cum quidem.* Sequens verbum, *quasi*, omisit Ms. Teeg. et post *qui*, voc. jun additur in C.—8 In ψ *scisne.* Actutum, pro *inquit*, hunc, C habet *cum*: ψ *inquit?* Nunc. Tum in x 3. est *quæstore.*—9 In Ms. Ambr. est *an pluris.* Deinde verbum *omnes* in ψ *deest*; et *gratulati* legitur in Ms. Ambr.—10 E Ms. Erf. et Teeg. hunc locum sic dedit Orellius: *Nam post sensi populo Romano aures hebetiores, oculos autem esse acres alque* (Ms. Erf. et) *acutos.* Ceteri ut Ern. præter Græv. qui e Ms. Erf. dñntaxat *autem* *recepit ante acres.* Pro hoc verbo, quod in x 3. *deest*, C habet *acros.* In II *atque acutos*, in x 3. *acutos* solum omittuntur. Pro *destiti* in s est *dediti*: in x 3. *destitisti.*—11 Verba *fecī . . . viderent* omittuntur in Ms. H. Mox sex MSS. Oxon. Teeg. alii nonnulli et edd. vett. *pressi eorum.* Tum pro *janitor meus* in C est *jam iter meum.* Deinde in C x 3. est *sonus absterruit*: in s *somnus absternit.*—12 Et quid C et plerique alii MSS. *Sed quid Lamb.* Mox *cum fuerit* in C. Pro *ne otium*, sex Oxon. et alii MSS. habent *negotium.* Porro

## NOTÆ

<sup>a</sup> *Hunc Syracusis]* Duo quæstores in Sicilia fuerunt; unus Syracusanus, alter Lilybitanus.

<sup>x</sup> *Occupatis meis temporibus]* Inteligit tempora quibus consul vacavit reipublicæ gerendæ.

<sup>y</sup> *Ne otium quidem otiosum]* Vult ostendere quod ipsis ludorum temporibus, quibus omnes magistratus vacabant, tum studiis indulgebat.

Cassi, legere te solere orationes, cum otiosus<sup>13</sup> sis; has ego scripsi ludis et feriis,<sup>2</sup> ne omnino unquam essem otiosus. Etenim M. Catonis illud, quod in principio scripsit Originum<sup>a</sup> snarum,<sup>14</sup> semper magnificum et præclarum putavi, ‘Clarorum virorum<sup>15</sup> atque magnorum, non minus otii, quam negotii, rationem extare<sup>2</sup> oportere.’ Ita,<sup>16</sup> si quam habeo laudem, quæ, quanta sit, nescio, parta Romæ est, quæsita in foro: meaque privata consilia publici quoque casus<sup>2</sup> comprobaverunt, ut etiam summa res publica<sup>17 b</sup> mihi domi fuerit gerenda, et urbs in urbe servanda. 67. Eadem igitur, Cassi, via munita Laterensi est, idem virtutis cursus ad gloriam: hoc facilior fortasse, quod ego huc, a me ortus et per me nixus,<sup>18 c</sup> ascendi; istius egregia virtus adjuvabitur commendatione majorum. Sed, ut redeam ad Plancium, nunquam<sup>19</sup> ex urbe absfuit, nisi sorte, lege, necessitate.<sup>d</sup> Non valuit rebus iisdem,<sup>20</sup> quibus fortasse nonnulli: at valuit assiduitate,<sup>1</sup> valuit observandis

<sup>2</sup> Reddere.<sup>1</sup> Actiones publicæ.

nunquam otiosum scribitur in C.—13 Occisus ψ. Actutum, in C ȝ x 1. 3. est rudit et ferus: in ψ rudit et feriis. Tum in ψ essem occisus.—14 Suarum omittitur in H. Pro putavi ȝ habet putavit.—15 Ex auctoritate Ms. Erf. Graevins dedit hominum. Pro atque in T legitur at. Paulo post C præbet ratione.—16 Jam in x 3. Mox pro meaque in x 3. est mea. Tum H dedit publicique.—17 In C, Franc. 1. alii Ms. et edd. vett. nonnullis est rei publicæ. Tum pro Laterensi C H ȝ x 3. ȝ habent Laterensis: T Laterenensis.—18 In x 3. est jussus. Pro istius in eodem Ms. legitur justius: qui Ms. quoque habet adjuvatur.—19 Post nunquam Orellius addidit is, ex auctoritate Ms. Teeg. Paulo infra, pro sorte, Ms. Oxon. Erf. edd. vett. ante Lamb. et Oliv. præbent forte. In Franc. 1. scribitur nisi forte legis necessitate: in ψ nisi forte, lege necessitatibus.—20 In C his: in x 3. hiis.—1 Vocabulum at ante valuit,

## NOTÆ

<sup>a</sup> Feriis] Feriae aliæ repentinae, aliæ solennes dictæ sunt: repentinae, quas re feliciter gesta principes indiciunt; solennes, quæ sunt anniversariae ac legitimæ. Iстis autem diebus forensia omnia intermittebantur.

<sup>b</sup> Originum] Cato scripsit librum de Rerum Origine.

<sup>c</sup> Summa respub.] Per summam rempub. intelligit ejus salutem, quæ

ipsi, præsertim cum oppugnata est a Catilina, gerenda fuit.

<sup>d</sup> Per me nixus] Sibi confisus Cicerone se illustravit. ‘Nitor’ autem habet in praeterito ‘nixus,’ cum confidere; ‘nisus’ vero, cum elaborare significat.

<sup>d</sup> Lege, necessitate] Absfuit Roma lege militiæ, cum ad bellum profectus est; absfuit necessitate, quando

amicis, valuit liberalitate: <sup>a</sup> fuit in oculis; petivit; <sup>b</sup> ea est usus ratione,<sup>3</sup> qua, minima invidia, novi homines pluri<sup>m</sup> eosdem honores consecuti sunt. XXVIII. 68. Nam, quod ais, Cassi, non plus me Plancio debere, quam bonis omnibus,<sup>5</sup> quod iis æque mea salus cara fuerit; ego me debere bonis omnibus fateor: sed etiam<sup>6</sup> hi, quibus ego debo, boni viri, et cives, ædiliciis comitiis aliquid se meo nomine debere Plancio dicebant. Verum fac me multis debere, et in iis<sup>7</sup> Plancio: utrum igitur me conturbare oportet; <sup>f</sup> an ceteris, cum cujusque<sup>a</sup> dies venerit; <sup>g</sup> hoc nomen,<sup>b</sup> quod urget,<sup>8</sup> nunc, cum petitur, dissolvere? Quanquam dissimilis est pecuniæ debitio, et gratiæ: nam qui pecuniam dissolvit, statim non habet<sup>9</sup> id, quod reddidit;

<sup>a</sup> Inter eos.

<sup>a</sup> Uniuscujusque.

<sup>b</sup> Hoc debitum.

.....

additur in H, edd. vett. Oliv. et Weiske. Pro *observandis*, octo MSS. Oxon. edd. ante Naug. et Græv. præbent *servandis*: MSS. Erf. et Teeg. *adservandis*.—2 Ante *valuit liberalitate* H addidit *particulam at*: in χ 1. est *valuit in liberal*. Actatum in χ 3. est *fuit mihi oculis*: in Ms. Teeg. *fuit in oculis*, *fuit*.—3 *Est usus eu ratione* Lamb. 1566. et Weiske: septem Oxon. MSS. et edd. vett. ante Lamb. omiserunt *ea*. Pro *usus ratione* in T est *visus Itome*. Post verbum *ratione*, ex auctoritate Ms. Teeg. Orellius dedit *vite*. Ceteri omnes omiserunt.—4 In C est *plurimos*. Denique pro *consecuti sunt* C habet *consecutos*. Verbum *sunt*, post *consecuti*, delevit Orellius, ex auctoritate Ms. Teeg.

CAP. XXVIII. 5 *Hominibus C. Paula post pro omnibus in χ 3. legitur hominibus*. Verba *quod iis... omnibus in χ 1. omittuntur*.—6 *Voc. etiam in C deest*. Pro *voc. hi*, ed. Ven. Junt. Crat. Weiske et Orell. habent *ii*: Cam. et Lamb. *iis*. Mox in Lamb. est *comitiis ædiliciis*. Tum *aliquid C H abest*. MSS. nonnulli et Græv. habent *aliquid meo se nomine*.—7 *His legitur in Junt. Lamb. Weiske, et Orell. Pro conturbare in H est contribuere: in χ turbare*. Verbum *oportet* in χ 3. deest. Tum in χ 1. est *an ceteri*. Mox, post *venerit*, verbum *satisfacere* additor in ψ.—8 In Franc. 1. et ed. 1472. est *hoc nomen debitoris quo urget*: in Ms. Dresd. *hoc nomen debito, qui urget*. Pro *nomen*, in H χ 3. est *nomine*: in ψ *nomen debitoris*. Tum in C H T χ 1. 3. ψ legitur *quo urget*. Deinde pro *cum petitur* in Ms. Pith. *competitor*, in C H χ 1. 3. ψ,

#### NOTÆ

tribunus militum factus est.

<sup>a</sup> *Petivit*] Ædilitatem petivit Plancius, his officiis homines sibi demendo.

<sup>f</sup> *Conturbare oportet*] Respondet, et querit Cicero a Laterensi, utrum si oporteat confundere ea quæ bonis

omnibus debet, ut ea non dissolvat, nisi universis, aut ne universis quidem. Est autem similitudo ab ære alieno sumta.

<sup>g</sup> *Dies venerit*] Ait sibi commodius esse, cum tempus venit quo unicuique debitum est, persolvere.

qui autem debet, æs retinet alienum : <sup>10</sup> gratiam autem, et qui refert, habet ; et qui habet, in eo ipso, quod habet, refert. Neque ego <sup>11</sup> nunc Plancio desinam debere, <sup>b</sup> si hoc solvero ; nec minus ei redderem voluntate ipsa, si hoc molestiæ non accidisset. 69. Quæris a me, Cassi, quid pro fratre meo, qui mihi est carissimus, quid pro meis liberis, quibus nihil potest <sup>12</sup> esse jucundius, amplius, quam pro Plancio facio, facere possim : nec vides, istorum ipsorum caritate <sup>13</sup> ad hujus salutem defendendam maxime stimulari me atque excitari. Nam neque illis <sup>14</sup> hujus salute, a quo meam sciunt esse defensam, quicquam est optatius : [p. 274.] et ego ipse nunquam illos aspicio, quin per <sup>15</sup> hunc me his conservatum esse meminerim, hujusque meriti <sup>16</sup> in me recorder. Opimum damnatum <sup>k</sup> esse comme-

<sup>c</sup> Hæc accusatio.

\*\*\*\*\*

Franc. 1. 2. Dresd. et ed. 1472. competitor.—9 Haberet in s.—10 In ed. Lamb. hic locus sic editur: *qui autem habet, is retinet alienum*: T s, MSS. nonnulli, Crat. Herv. Cam. et Weiske dederunt is. Verbum *æs* in x 3. deest.—11 In x 3. enim. Mox particula et additur ante ei in H ψ: *ei* omittunt s et Franc. 1. minus et redderem legitur in x 3. Tum pro *molestia*, in C x 1. et Franc. 1. legitur *moleste*.—12 Verbum *mihi*, ante *esse*, inseruerunt S s x 1. 3. ψ, alii codd. edd. vett. cum Lamb. 1566. Weiske et Orell. In loco verbi *esse*, in T scribitur *mihi*; qui Ms. post habet *jucundius*. Actutum Ms. Erf. Teeg. Græv. Weiske et Orell. præbent *quam quod pro Planc. facio*, probante Lamb. Verbum *facio* in x 1. deest. Possim omittitur in x 3. pro quo verbo in ψ legitur *possem*.—13 In C est *caritatem*: in ψ *temporum caritas*. Paulo infra, in x 3. est *sal. defendam*. Tum pro *me atque* in C est *meque atque*: in H *meque*.—14 Illius in s. Mox C habet *esse offensam*. Actutum *quidquam esse* scribitur in x 3.—15 Præpositio *per* in s deest.—16 Ex auctoritate MSS. Erf. et Teeg. hunc locum sic dedit Orellius: *quin cum per hunc me iis* (Ms. Erf. *his*) *conservatum esse* (Erf. omittit *esse*) *meminerim, hujus meritum, &c.* Græv. et Schutz. sic habent: *quin cum per hunc me his conservatum esse me-*

#### NOTÆ

<sup>b</sup> *Desinam debere*] Affert discrimen inter pecuniam debitam, et gratiam: qui enim pecuniam debitam reddidit, nihil amplius debet; at qui gratiam, nunquam reddit, quia semper se debitorem fatetur.

<sup>i</sup> *Hujusque meriti*] De Cicerone bene meritus est, cum in Macedonia eum exulem recepit Plancius.

<sup>k</sup> *Opimum damnatum*] Hæc exem-

pla quæ sequuntur allata sunt ab Casio. Opimius consul Gracchum, perniciosas leges ferentem, occiderat, ut refertur a Plutarcho in vita Gracchi; sed ipse postea missus legatus in Africam, ut regnum inter Jugurtham et Adherbalem divideret, se corrumpi a Jugurtha passus est; quare accusatus est ad populum, et damnatus.

moras, servatorem ipsum reipublicæ: **Calidium**<sup>17</sup> adjungis,<sup>1</sup> cuius lege Q. Metellus in civitatem sit restitutus: reprehendis meas pro Plancio preces, quod nec<sup>18</sup> Opimius suo nomine liberatus sit, nec Q. Metelli Calidius. **xxix.** De Calidio tibi tantum<sup>19</sup> respondeo, quod ipse vidi: Q. Metellum Pium, consulem,<sup>20</sup> prætoriis comitiis,<sup>m</sup> petente Q. Calidio, populo Romano supplicasse, cum quidem non dubitaret et consul, et homo nobilissimus, patronum illum esse<sup>1</sup> suum, et familiæ suæ [nobilissimæ] dicere. **70.** Quo loco quæro ex te, num<sup>2</sup> id in judicio Calidii putas, quod ego in Plancii facio, aut Metellum Pium, si Romæ esse potuisset, aut patrem ejus, si vixisset, non fuisse<sup>3</sup> factrum. Nam Opimii quidem calamitas<sup>d</sup> utinam ex hominum memoria posset evelli! vulnus illud reipublicæ, dedecus hujus imperii, turpitudo populi Romani, non judicium putandum est.<sup>4</sup> Quam enim illi judices, si judices, et non parricidæ patriæ nominandi sunt, graviorem potuerunt reipublicæ infligere<sup>5</sup> securim,<sup>e</sup> quam, cum illum e civitate

<sup>d</sup> *Condemnatio.*<sup>e</sup> *Afferre gravius incommodum.*

minerim, hujus (Schutz. hujuscem) meriti, &c. Hujus meritum habent quinque Oxon. MSS. ed. Rom. Ven. utraque et Lamb. et hujus meritum in Jntt. Pro iis in Lamb. legitur illis. Tum pro recorder, in C est recordare: in x 1. recordor. Statim post x 3. habet Opinium. Tum in Ms. Dresd. et ψ est servatorem ipsius.—17 In x 1. est Callidum: in Franc. 1. Callidum. Tum pro Metellus C habet Metello. Statim post, C x 3. ψ præbent in civitate.—18 In C et Ms. Teeg. neque. Tum x 3. Opinius. Verbum nomine in x 3. deest. Actutum in Ms. Dresd. est liberatus fuit. Denique Garaton. suspic. legendum esse neque Metelli.

CAP. XXIX. 19 Pro tantum in C x 3. legitur non: pro vidi in ψ jud.—20 In Franc. 1. non habetur consulem. Tum com. prætoriis scribitur in ed. Lamb. Paulo infra C habet populum R.—1 Pro esse Ern. conjecit et, probante Garaton. Mox Ms. Eif. et Teeg. omissunt suæ. Schntz. de sententia Ernesti, delevit nobilissimæ.—2 Non in x 3. Deinde in C ψ, et Franc. 1. est in Plancio: in x 3. in Plancium.—3 In σ fuisset. Paulo infra Ms. Dresd. dedit potuisse evelli.—4 Verbum est in C deest. Porro et, post judices, in H omittitur. Voc. patriæ x 3. abest.—5 In C et Ms. Dresd. est infringere.

## NOTÆ

<sup>1</sup> *Calidium adjungis]* Q. Metellus, qui Numidiens dictus est, cum urbe cedere, quam in L. Saturnini, tribuni plebis, leges jurare maluisset; postea, imperfecto Saturnino, lege Q. Ca-

lidii restitutus est A. U. C. 654.

<sup>m</sup> *Prætoriis comitiis]* Præatoria comitia dicuntur, in quibus prætores eliguntur.

ejecerunt, qui prætor finitimo,<sup>n</sup> consul domestico bello,<sup>o</sup> rempublicam liberarat?<sup>6</sup> 71. At enim nimis ego magnum beneficium Plancii facio,<sup>7</sup> et, ut aīs, id verbis exaggeo: quasi vero me tuo arbitratu, et non mco, gratum esse oporteat. Quod istius tantum meritum? inquit; an quia te non jugulavit?<sup>8</sup> immo vero, quia jugulari passus non est.<sup>9</sup> Quo quidem tu loco; Cassi, etiam purgasti inimicos meos, mæque vitæ nullas ab illis insidias fuisse dixisti.<sup>9</sup> Posuit hoc idem Laterensis. Quamobrem de isto paulo post plura dicam: de te tantum requiro,<sup>g</sup> utrum putes odium in me mediocre inimicorum fuisse? quod fuit ullorum unquam<sup>r</sup> barbarorum tam immane ac tam crudele in hostem? an fuisse<sup>10</sup> in iis aliquem aut famæ metum, aut poenæ, quorum vidisti toto illo anno<sup>11</sup> ferrum in foro, flammam in delubris, vim in tota urbe versari? nisi forte existimas, eos idcirco vitæ meæ pepercisse, quod de<sup>12</sup> reditu meo non timerent; et quenquam putas fuisse tam excordem,<sup>h</sup> qui,

*f Ejecerunt in exilium.**g Interrogo.**h Stultum.*

Statim infra, voc. quam in H  $\sigma$  x 1. deest: et C omisit illum.—6 Verba qui ... liberarat T absunt.—7 *Plancio facio* est in Ms. Erf. et Græv. *Plancio*, omisso *facio*, legitur in  $\sigma$ , x 1. 3. aliis MSS. nonnullis, et edd. vett. ante Lamb. In MSS. quibusdam *magnum beneficium jacto scilicet me debere*. Mox, verbum *id*, ante *verbis*, in Franc. 1. deletur. Pro *exaggeo* C habet *exagregō*:  $\sigma$  *aggro*.—8 In C T est *vigilavit*, et paulo post in C *vigilari*. Tum pro *tu*, ante *loco*, x 3. habet *in*. Deinde in C neque *vitæ*: in  $\psi$  neque *vitæ*.—9 Post *dixisti* Lamb. addidit verbum *comparatas*. Tum T dedit *Laterenensis*. Verbum *plura*, ante *dicam*, H et Ms. Dresd. abest.—10 In Ven. Junt. Lamb. Grut. hic locus ita legitur: *Quod fuit ullorum tantum? requiro utrum putes odium unquam barbarorum tam immane ac tam crudele in hostem? an fuisse, &c.* J. F. Gronovius maluit legi sic: *Quod fuit ullorum tantum odium unquam barbarorum, tam immane, &c.* Pro *iis* C dedit *his*.—11 In H  $\psi$  est *toto fere anno*. Mox octo MSS. Oxon. et edd. vett. omittunt verbum *forte* post *nisi*.—12 Præpositio *de* in  $\sigma$  deest. Deinde ex auctoritate MSS. Erf. et Teeg. Orellius edidit *nihil timerent*. Paulo post, Gryph. Lamb. et Grut. dederunt

## NOTÆ

<sup>n</sup> *Finitimo bello*] L. Opimius prætor Fregellanos excidit. Vide Agr. II. § 89.

<sup>o</sup> *Domestico bello*] De bello loquitur, quod C. Gracchus excitabat in re-publica.

<sup>q</sup> *Jugulari passus non est*] Cicero-

nem a Clodianis jugulari non passum esse Plancinu ait; nam ejus vitæ insidiabantur.

<sup>r</sup> *Quod fuit ullorum unquam*] Odium amplificat, quo Ciceronem ejus hostes prosequabantur.

vivis his,<sup>13</sup> stante urbe et curia, redditum me, si viverem, non putaret? Quamobrem non debet<sup>14</sup> is homo, et is ci- vis, prædicare, vitam meam, quæ fidelitate amicorum con- servata sit, inimicorum modestia<sup>15</sup> non esse appetitam.

xxx. 72. Respondebo<sup>16</sup> tibi nunc, Laterensis, minus fortasse vehementer, quam abs te sum provocatus; sed profecto nec considerate minus, nec minus amice: nam primum illud fuit asperius, me, quæ de Plancio dicerem,<sup>17</sup> mentiri, et temporis causa<sup>s</sup> fingere. Scilicet homo sa- piens<sup>t</sup> excogitavi, quamobrem viderer maximis beneficij vinculis obstrictus, cum liber essem et solutus.<sup>18</sup> Quid enim? mihi ad defendendum Plancium parum multæ, pa- rum justæ necessitudines<sup>i</sup> erant familiaritatis, vicinitatis,<sup>19</sup><sup>u</sup> patris amicitiae? quæ si non essent, vererer, credo,<sup>x</sup> ne tur- piter facerem, si hoc splendore et hac dignitate<sup>20</sup> hominem defenderem. Fingenda fuit mihi, judices,<sup>1</sup> causa peracute, ut ei, quem mihi debere oporteret, ego me omnia debere dicerem. At id etiam gregarii<sup>2</sup> milites<sup>y</sup> faciunt inviti, ut

<sup>i</sup> Necessariæ causæ.



ecquem putas: T quanquam putas.—13 His deest in C: qui Ms. delevit parti- culam et ante curia. Tum C ψ habent redditum.—14 C H ς x 1. et edd. ante Lamb. cuno Weiske et Orell. debes.—15 ψ, Ms. Teeg. Ven. utraque, Junt. et Crat. habent modestia: σ modestiam: x 1. molestiam.

CAP. XXX. 16 Respondeo in ψ. Tum in T est Laterenensis.—17 Dicere in ψ. Mox in C χ 3. legitur quamobrem viderem. Pro beneficij χ 3. dedit bene- ficiis.—18 In Franc. 1. est absolutus. Mox verba parum multæ in χ 3. omit- tuntur. Actutum pro erant C præbet essent.—19 In C est in civitatis. Verba patris ... vererer in T omittuntur. Pro vererer, credo, σ χ 3. edd. ante Lamb. et Grut. præbent vereor, credo: x 1. vereor.—20 C delevit verba hoc spl. . . . dignitate.—1 Pro judices, in χ 1. ψ, Erf. Teeg. Græv. Oliv. Schutz. et Orell. est videlicet. Mox peracute est in omnibus codd. et edd. ante Ern. qui e conjectura in textum admisit peracute. Schutz. dedit perastute. Statim post, Lambinus conjectit cur ei.—2 In ψ egregii. Mox in ed. Junt. est dent ci

#### NOTÆ

<sup>s</sup> Temporis causa] Objiciebat Late- rensis, ut honestam defendendi can- sani habere videretur Cicero, multa mentiri de Plancio.

<sup>t</sup> Homo sapiens] Ironia.

<sup>u</sup> Vicinitatis] Affert jam rationes quare teneatur defendere; quas su- mit ab antiqua necessitudine, a vicini-

tate (nam Atinas Arpius vicina erat, ubi natus erat Cicero), a patris ami- citia, &c.

<sup>x</sup> Vererer, credo] Ironia.

<sup>y</sup> Gregarii milites] Gregarii milites sunt qui nullum munus habent in exercitu.

coronam dent civicam,<sup>2</sup> et se ab aliquo servatos esse faintantur; non quo<sup>k 3</sup> turpe sit, protectum in acie, hostium manibus eripi, (nam id accidere, nisi forti viro, et pugnanti cominus,<sup>l</sup> non potest) sed onus<sup>m</sup> beneficij reformidant, quod permagnum est, alieno debere idem,<sup>4</sup> quod parenti. 73. Ego, cum ceteri vera beneficia, etiam minora, dissimulent, ne obligati esse videantur; [p. 275.] eo me beneficio obstrictum esse ementiar,<sup>5</sup> cui ne referri quidem gratia posse videatur? An hoc tu, Laterensis, ignoras? qui, cum mihi essem amicissimus, cum vel periculum vitæ tuæ mecum sociare voluisses, cum me in illo tristi et acerbo<sup>a</sup> luctu, atque discessu, non lacrymis solum tuis, sed animo, corpore,<sup>b</sup> copiis prosecutus essem, cum meos liberos, et uxorem, me absente, tuis opibus, auxilioque defendisses, sic mecum semper egisti, te mihi remittere atque concedere,<sup>b</sup> ut omne studium meum<sup>7</sup> in Cn. Plancii honorem

<sup>k</sup> Quod.<sup>l</sup> Propius.<sup>m</sup> Magnitudinem.

civicam: Lambinus dedit dent cuiquam civicam. Orellius e conjectura in tex-  
tum admisit dent civi civicam. Pro civicam, in C cui eam: in χ 3. cuneam.  
Tum fateamur legitur in C.—3 In Ms. C et ed. Lamb. non quod. Paulo  
infra, ante hostium, Orellius, cum Ms. Teeg. addidit præpositionem ex.  
Pro eripi χ 3. habet arripi. Tum rivo in C deest. Porro in σ est oppugnanti:  
in χ 3. conpugnanti: in C ψ pugnanti quo minus.—4 χ 3. id. Mox pro vera,  
quod in χ 1. omittitur, H dedit viri. Deinde et minora est in C H.—5 In C  
est instruētum esse amentior: σ χ 1. 3. Ms. Teeg. Franc. I. ed. Rom. Ven.  
1480. 1483. et Junt. enm Orellio, dederunt amentior: H et Ms. Diesd. men-  
tior. Pro cui in C est cuius. In ψ est me referri: in σ ne referre. Tum pro  
videatur χ 1. habet videant. Infra, verbum ignoras C abest.—6 Corde est in  
χ 3.—7 Meum non agnoscit χ 1. Deinde pro honorem, quatuor codd. Oxon.  
Teeg. ed. 1480. et Lamb. enm Weiske, habent honore. Tum pro in me meri-  
tum C præbet immeritum. Post etiam, σ χ 1. 3. Ms. Erf. Teeg. Græv. Oliv.

## NOTÆ

<sup>2</sup> Dent circam] Corona civica erat  
quærcæa; caue ob servatum civem  
in prælio militi dabatur in præmium.

<sup>a</sup> Illo tristi et acerbo] Vult innuere  
Cicero, Laterensem sibi auctorem fu-  
isse, ne abiaret in exilium, sed manu  
eum inimicis decertaret; enmque si-  
bi operam suam et auxilium pollici-  
tum esse.

<sup>b</sup> Te mihi remittere atque concedere] Vult significare Cicero, quod saepe  
Laterensis sibi dixerit, se contentum  
esse, ut gratiam sibi minorem refer-  
ret, dummodo Plancio majorem re-  
ferat. Ex Laterensis autem senten-  
tia, ostendit beneficia quæ a Plancio  
acepit majora esse maximis illis quæ  
sibi Laterensis contulit.

consumerem, quod ejus in me meritum tibi etiam gratum esse dicebas. 74. Nihil autem me novi, nihil<sup>8</sup> temporis causa dicere, nonne etiam illa testis est oratio, quæ est a me prima habita in senatu? in qua cum perpaucis<sup>9</sup> nominatim egissem gratias, quod omnes enumerari nullo modo possent, scelus autem esset quenquam præteriri,<sup>10</sup> statuissemque eos solum nominare, qui causæ nostræ duces et quasi signiferi<sup>c</sup> fuissent; in his<sup>n</sup> Plancio gratias egi. Recitetur<sup>11</sup> oratio, quæ propter rei magnitudinem dicta de scripto est: <sup>d</sup> in qua ego homo astutus<sup>e</sup> ei me dedebam,<sup>12</sup> cui nihil magnopere deberem, et hujus tanti officii servitutem astringebam<sup>f</sup> testimonio sempiterno. Nolo cetera, quæ a me mandata<sup>13</sup> sunt literis, recitare: prætermitto, ne aut proferre videar ad tempus,<sup>14</sup> aut eo genere uti literarum, quod meis studiis aptius, quam consuetudini judiciorum, esse videatur.

<sup>n</sup> Inter hos.

\*\*\*\*\*

et Orell. præbent *ipxi*: in C est *gratum etiam esse*.—8 Pro *nihil* in H ψ legitur vel: χ 3. *delevit nihil*. Paulo post σ habet *tristis est oratio*.—9 In C pro *paucis*. Actutum idem Ms. præbet *egisse*: H ψ *egissemus*. Tum in C est *quod cas* *enumerari*: in σ *quod omnes enumerare*.—10 *Præteriti* in C χ 3. Voc. *solum* in H deest. Tum *nominari* legitur in ψ. Pro *causæ nostræ* C dedit *esse nostros*.—11 *Reciteturque* in octo MSS. Oxon. et edd. vett. quibusdam. Deinde propter ejus magn. scribitur in MSS. Oxon. et edd. vett. ante Græv. cum Oliv. Tum *dictu descripta* est in C ψ: *dicta descripta* in Franc. 2. et ed. 1472.—12 MSS. quidam et edd. vett. *dedam*: H et Franc. I. *debebam*: C S T σ χ 1. ψ *debeam*. Mox pro *deberem*, in MSS. nonnullis, Naug. Man. Cam. legitur *debeam*. Tum *adstringam* est in σ χ 1. 3. ψ, Ven. Junt. Crat. et Grut.—13 In H *dicta*. Tum *prætermitto illa* legitur in septem Oxon. MSS. Crat. Lamb. Grut. Græv. Oliv. et Weiske.—14 Lambinus conjectit *videar diem*: J. F Gronovius et Schütz. legi maluerunt *videar ante tempus*. Paulo post *aut ego* est in C: *aut eo uti genere* legitur in ed. Junt. Denique pro *ap-tius* C habet *apertius*.

#### NOTÆ

<sup>c</sup> *Et quasi signiferi*] Per signiferos, designat auctores redditus sni, a quibus, invitis Clodianis omnibus, ab exilio revocatus est. Translatio est a re militari; nam signiferi sunt qui signa portant.

<sup>d</sup> *Dicta de scripto est*] Legendo, non memoriter pronuntiando, habuit hanc

orationem post redditum.

<sup>e</sup> *Homo astutus*] Ironia.

<sup>f</sup> *Servitutem astringebam* [*astringam*] Id est, me servitute astringam testimonio orationis scriptæ; quæ cum recitata dintus conservetur, conservabit memoriam sempiternam illius testimonii.

**XXXI. 75.** Atque etiam clamitas,<sup>15</sup> Laterensis: ‘Quousque ista dicas? nihil in Cispio profecisti:<sup>g</sup> obsoletæ<sup>16</sup> jam sunt preces tuæ.’<sup>h</sup> De Cispio miliine tu objicies,<sup>17</sup> quem ego, de me bene meritum, quia, te teste, cognoveram,<sup>18</sup> i te eodem auctore defendi? et ei dices, ‘Quousque,’ quem negas, quod pro Cispio contenderit,<sup>19</sup> impetrare potuisse? Nam istius verbi,<sup>k</sup> ‘Quousque,’<sup>20</sup> hæc poterat esse invidia: datus est tibi<sup>l</sup> ille: condonatus ille: non facis finem:<sup>m</sup> ferre non possumus. Ei quidem, qui pro uno laborarit, et ipsum id<sup>n</sup> non obtinuerit, dici, ‘Quousque,’ irridentis magis est, quam reprehendentis: nisi forte ego unus ita<sup>o</sup> me gessi in judiciis, ita et cum his et inter hos vixi, is in causis patronus, is in republica civis et sum et semper fui, solus ut a te constituar, qui nihil a<sup>p</sup> judicibus

\*\*\*\*\*

**CAP. XXXI.** 15 In  $\sigma$   $\chi$  3. *calamitas*. Item in T est *Laterenensis*. Mox pro *Cispio* quinque Oxon. MSS. Franc. 1. et al. *Scipio*: ed. 1472. *Cyprio*: edd. quædam *Crispia*, et sic in seqq.—16 *Absolutæ* omnes MSS. et edd. præter Ern. Weiske, Schutz. et Orell. qui habent *obsoletæ*, ut est in Ms. Teeg. sic quoque conjectit Manutius.—17 *Mihi videtur objicies* Franc. 1. 2. ed. 1472. Ven. Mediol. et Junt.: *mihi videlicet objicies* Ascens. Crat. Herv. *mihine tu videlicet objicies* Lamb. in ed. 1584. *mihi igitur objicies* Ms. Teeg, unde Orell. conjectit *mihi igitur tu objicies*.—18 Ex auctoritate Ms. Teeg. Orellius dedit *cognoram*.—19  $\sigma$   $\chi$  1. 3.  $\psi$ , Ms. Erf. Franc. 1. al. Ven. 1480. 1483. Mediol. Junt. Crat. *contenderim*: unde Græv. conjectit, *Et mihi dices, Quousque, quem negas quod pro Cispio contenderim*, &c. Franc. 2. et ed. 1472. præbent *quid negas, quod pro Cyprio contenderim*.—20 Voc. *Quousque* C abest. Tum in cod. Ambr. est *poterat hæc*. Pro *condonatus*  $\psi$  habet *condemnatus est*.—1 Schutz. e conjectura Lamb. dedit *et id ipsum*. In C  $\sigma$   $\chi$  3. particula *et*, in C T  $\chi$  3. pronomen *id* desunt.—2 *Ista* in C. Particula *et*, ante *cum*, deletur in H  $\sigma$ . Pro *hos* C habet *eos*; qui Ms. cum  $\sigma$   $\psi$  pro *is* dedit *his*.—3 In

#### NOTÆ

<sup>g</sup> *Cispio profecisti*] Cispinus tribunus plebis fuit, cum Cicero redit ab exilio; qui ab eo defensus, condemnatus est. Id autem Laterensis quasi probro vertit Ciceroni.

<sup>h</sup> *Obsoletæ [absolutæ] jam sunt preces tuæ*] Objicit quod nihil profuerunt preces Ciceronis apud judices. Legit Manutius, *obsoletæ sunt, quasi jam tritæ et consumtæ*.

<sup>i</sup> *Te teste, cognoveram*] Rejicit Cicero calumniam illam objectam a Late-

Delph. et Var. Clas.

Cicero.

rensi in eundem Laterensem: nam ait Cicero, eo impellente et suadente, Cispii defensionem suscepisse.

<sup>k</sup> *Istius verbi*] Istius verbi, ‘quousque,’ alienam et ineptam usurpatiōnem arguit a personarum differentia. Hoe autem verbo usus fuerat Laterensis.

<sup>l</sup> *Datus est tibi*] Prosopopœia, qua loquenter adversarium fingit.

<sup>m</sup> *Non facis finem*] Cavillari Ciceronem Laterensis videbatur, quod non

6 HH

debeam unquam impetrare. 76. Et mihi lacrymulam Cispiani judicii objectas: <sup>n</sup> sic enim dixisti: 'Vidi ego tuam lacrymulam.' Vide, quam me <sup>4</sup> verbi tui pœniteat: non modo lacrymulam, sed multas lacrymas, et fletum cum singultu videre potuisti. An ego, qui meorum lacrymis, me absente, commotus, simultates, quas mecum <sup>5</sup> habebat, deposuisset, meaque salutis non modo non oppugnator (ut inimici mei putarant) sed etiam defensor suisset, hujus in <sup>6</sup> periculo non dolorem meum significarem? 77. Tu autem, Laterensis, qui tum lacrymas meas gratas esse dicebas, nunc easdem vis invidiosas videri.

xxxii. Negas, tribunatum Plancii quicquam attulisse adjumenti dignitati meæ: atque hoc loco (quod verissime facere potes) L. Racilii, <sup>7</sup> fortissimi et constantissimi viri, divina in me merita commemoras. Cui quidem ego, sicut in Plancio,<sup>8</sup> nunquam dissimulavi me plurimum debere, semperque præ me <sup>9</sup> feram.<sup>o</sup> Nullas enim sibi ille neque contentiones, neque inimicitias, neque vitæ dimicationes, nec pro republica, nec pro me defugiendas putavit. Atque utinam,<sup>10</sup> quam ego sum in illum gratus, tam licu-

<sup>o</sup> Patefaciam.



<sup>x</sup> 3. est in *judicio et a.* Mox pro Cispiani C Scipianam: <sup>s</sup>  $\chi$  1. 3. <sup>v</sup> Crispiani. —4 Omisit verbum me Ms. Teeg. Voc. modo, post Non, in  $\chi$  3. omittitur. Tum pro singultu in C est singluctu. —5 Pronomen mecum C abest. In  $\chi$  3. est mecum habebam. Paulo infra, in H <sup>s</sup>  $\chi$  1. meæ salutis: in H conjunctiva particula et ponitur post salutis. Mox pro putarant, C H T  $\chi$  1. 3. habent putarent. —6 Præpositio in H abest. Deinde nam dolorem scribitur in  $\chi$  3. Ms. Teeg. dedit non signif. dolorem meum? Pro Laterensis T habet Late-renensis.

CAP. XXXII. 7 In T L. Lacullei.—8 Præpositio in deest in eisd. vett. nonnullis ante Grnt. cum Weiske: sicut Plancio Lamb. Orellins e conjectura in textum admissit sicut Cu. Plancio.—9 Verba præ me in T omituntur. C quoque delevit voc. neque ante inimicitias. Verba in. neque vita dim. nec T absunt. Tum neque pro rep. legitur in C. Deinde pro defugiendas in Franc. 1. est fugiendas: in C nec diffugiendas putavi.—10 In  $\chi$  3. uter. Pro

#### NOTÆ

faceret finem nempe defendendi quos volebat, licet Cispio salutem non obtinisset.

<sup>n</sup> *Lacrymulam objectas*] Objecerat Laterensis Ciceroni, quod, condem-

nato Cispio, lacrymas præ invidia et dolore profudisset: immo fatetur se multas effundisse.

<sup>o</sup> *Racilii*] Racilius tribunus plebis fuit cum Plancio.

isset, per hominum vim, et injuriam populi Romani,<sup>11</sup> ei gratiam referri! Sed, si non eadem contendit in tribunatu Plancius; existimare<sup>12</sup> debes, non huic voluntatem defuisse, sed me, cum jam Plancio deberem, Racili beneficiis fuisse contentum. 78. An vero putas, judices idcirco<sup>13</sup> minus mea causa facturos, quod me esse gratum criminoris? [p. 276.] an, cum populus Romanus<sup>14</sup> illo senatusconsulto, quod in monumento Marii<sup>p</sup> factum est, quo mea salus omnibus<sup>15</sup> est gentibus commendata, uni Cn. Plancio gratias egerit,<sup>16</sup> (unus enim fuit de magistratibus<sup>q</sup> defensor salutis meæ, cui senatus pro me gratias agendas putavit<sup>r</sup>) ei ego a me referendam gratiam non putem? Atqui, hæc cum vides,<sup>s</sup> quo me tandem animo in te putas<sup>t</sup> esse, Laterensis? ullum esse tantum periculum, tantum labore, tantam contentionem,<sup>v</sup> quam ego non<sup>w</sup> modo

<sup>p</sup> Tantas injurias.

.....

gratus  $\chi$  1. dedit ingratus. Paulo infra, in  $\chi$  3. per hominum vita.—11 Ms. Teeg. (confirmans Garaton. et Weiskii conjecturam) et Orell. sic habent hunc locum: *populo Romano ei gratiam referre: nonnulli* MSS. *habent injuriam P. R.* Ms. Pith. *injuriari rei p.*—12 In C est *æstimare*. Paulo infra, Ms. Erf. Teeg. Græv. Schütz. et Orell. legunt *cum tantum jam. Voe. jam in C omittitur. Prænomen M. ante Racili est in MSS. et edd. quibusdam. Non nullæ edd. vett. præbent beneficio pro beneficiis.*—13 Pro *idcirco* H dedit non:  $\psi$  *idcirco non.* In Ms. Erf. hic locus sic se habet: *An vero putas, idcirco minus libenter judices mea causa facturos.* Porro in ea causa legitur in  $\tau\chi$  3. Mox in  $\chi$  3. est *gratus criminoris.*—14 Ex auctoritate Ms. Teeg. Orellius sic locum edidit: *An cum Patres illo sen. &c.* Garaton. conjectit legendum *Patres conscripti*, probante Orell. H habet *populi R.*—15  $\tau\chi$  1. 3.  $\psi$ , et Oliv. omnium. Statim infra pro est in H  $\psi$  eset.—16 Ex auctoritate Ms. Teeg. Orellius dedit *egerint: ceteri egerit.* Mox in  $\chi$  3. est *ei fuit: voc. fuit* deest in H. Paulo infra, post *de magistratibus*,  $\chi$  3. MSS. Gruteri et Grævii, edd. ante Ald. tum Grut. Græv. et Orell. dederunt aut *pro magistratibus.* Garaton. conjectit legendum *de magistratibus, prove magistratibus.*—17 Pantagathus legebat *putaratur:* Ern. conjectit *putaret.* Mox pro a me in H  $\psi$  scribitur *nunc.*—18 Atque hæc cum vides Erf. Atqui eum cum vides edd. vett. Lamb. Græv. Oliv. et Weiske. Pro *hæc cum  $\tau\chi$  1. 3. atque cum: H. tum.*—19 Ex auctoritate Ms. Teeg. Orellius dedit *in te animo putas: in C est animo in te putas.* Tum T præbet *Laterenensis.* Paulo post *ullum*, H  $\chi$  1.  $\psi$ , et Franc. 1. *nullum.*—20 Negativa particula *non* in Franc. 1.

## NOTÆ

<sup>p</sup> In monumento Marii] Per monumentum Marii intelligit illud templum Virtutis, quod a Mario exstructum est. Neque enim in alio loco quam consecrato haberi senatum fas

erat.

<sup>q</sup> Unus fuit de magistratibus] Plancius quæstor erat in Macedonia, id eoque magistratu fungebatur.

pro salute tua, sed etiam pro dignitate defugarem? Quo quidem etiam magis sum, non dicam miser,<sup>1</sup> (nam hoc quidem abhorret a virtute verbum<sup>2</sup>) sed certe exercitus:<sup>3</sup> non quia multis deboe, (leve<sup>3</sup> enim onus<sup>4</sup> beneficij gratia) sed quia saepe concurrit,<sup>5</sup> propter aliquorum de me<sup>4</sup> meritorum inter ipsos contentiones, ut eodem tempore in omnes verear ne vix possim gratus videri. 79. Sed ego<sup>5</sup> hoc meis ponderibus examinabo,<sup>6</sup> non solum quid cuique debeam, sed etiam<sup>6</sup> quid cujusque intersit,<sup>7</sup> et quid a me cujusque tempus poscat. XXXIII. Agitur studium tuum, vel etiam, si vis, existimatio,<sup>7</sup> laus, ædilitas; at Cn. Plancii salus,<sup>8</sup> patria, fortunæ. Salvum tu me esse cupisti: hic<sup>8</sup> fecit etiam, ut esse possem. Distineor tamen et di- vellor dolore, et in causa dispari offendit te a me, doleo: sed, medius fidius, multo citius<sup>9</sup> meam salutem pro te ab- jecero, quam Cn. Plancii salutem tradidero<sup>10</sup> contentioni tuæ. 80. Etenim, judices, cum<sup>10</sup> omnibus virtutibus me affectum esse cupiam, tamen nihil est, quod malim, quam

<sup>1</sup> Exagitatus.      <sup>2</sup> Compensatio.      <sup>3</sup> Contingit.

<sup>4</sup> Ponderabo apud me.      <sup>5</sup> Quisque requirat.      <sup>6</sup> Deseruero.

omittitur. Actutum in C est *disfugarem*: in Ms. Teeg. *defugerim*.—1  $\zeta$  x 1. 3. dederunt miser natura. Pro nam hoc in CHSψ, est *natura*: in T nam.—2 Verbum *hoc*, ante quidem, omisit Ms. Teeg. Pro *verbum* CHS T  $\zeta$  x 1. *verbi*. In Ven. Junt. et Lamb. ita locus hic editur: *natura quidem abhorret a virtute verbi*.—3 In  $\zeta$  lene. Tum ex auctoritate Ms. Teeg. Orellius dedit *leve enim est onus, &c.*—4 E Ms. Teeg. Orell. legit *concurrunt*, propter ali- quorum bene de me, &c. Pronomen *me* in x 3. deest. Mox *inter ipsas* in x 3. ψ. Verba in omnes omisit H.—5 Voc. *ego* H abest: item a Lamb. 1566. probante Garaton. Ms. Teeg. habet *ego haec*. Voc. *hoc* omisit ψ.—6 x 3. de- levit *etiam*. Tum in C est *quod cujusque*: in  $\zeta$  x 1. *quid cumque*.

CAP. XXXIII. 7 In C *existimatio*. Tum Ms. Erf. Teeg. Dresl. alii codd. cum ed. 1472. Ven. 1480. 1483. Junt. et Orell. habent *laus ædilitatis*. Verba *ædilitas . . . salus* desunt in T. Mox in T legitur *fortuna*.—8 In C est *hoc*: in Franc. 1. 2. legitur *hic etiam fecit*. Pro *Distincor* in C et Franc. 1. est *Distractor*.—9 In  $\zeta$  *cujus*. Actutum, *objecero* in Lamb. Grav. Oliv. et Weiske. Vid. Nott. Varr.—10 x 3 omisit *cum*. Panlo infra, Ms. Teeg. et alii, ed. 1480. Junt. Lamb. atque Orell. habent *cupio*, *tum*: alii MSS. et edd. vett.

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Abhorret a virtute verbum*] Miser dicitur, qui ab omni virtute destitutus est.

<sup>2</sup> *Plancii salus, &c.*] Patria et hono- ribus Plancius carebit, si damnetur.

me et gratum esse, et videri. Hæc est enim<sup>11</sup> una virtus non solum maxima, sed etiam mater virtutum omnium reliquarum. Quid est pietas, nisi voluntas<sup>12</sup> grata in parentes? qui sunt boni cives, qui belli, qui domi<sup>y</sup> de patria bene merentes, nisi qui patriæ beneficia meminerunt?<sup>13</sup> qui sancti, qui religionum colentes, nisi qui meritam Diis immortalibus gratiam justis honoribus, et<sup>14</sup> memori<sup>x</sup> mente persolvunt? Quæ potest esse jucunditas vitæ, sublatis amicitiis? quæ porro amicitia potest esse inter ingratos?

**81.** Quis est<sup>15</sup> nostrum liberaliter educatus, cui non educatores, cui non magistri sui, atque doctores, cui non locus ille mutus ipse, ubi altus<sup>a</sup> aut doctus<sup>16</sup> est, cum grata recordatione in mente versetur?<sup>17</sup> Cujus opes tantæ esse possunt, aut unquam fuerunt, quæ sine multorum amicorum officiis stare possint? quæ certe, sublata memoria et gratia, nullæ<sup>18</sup> extare possunt. Evidem nil tam proprium hominis existimo, quam non modo beneficio, sed etiam benevolentiae significatione<sup>19</sup> alligari: nihil porro tam inhumanum, tam immane, tam ferum,<sup>20</sup> quam committere, ut beneficio non dicam indignus, sed victus, esse videare.

<sup>y</sup> In pace.<sup>x</sup> Grata.<sup>a</sup> Nutritus.

nonnullæ cupiam, tum. Pro cupiam, T s x 3. habent cupio: pro tamen, C T ψ tum. Mox in x 3. scribitur quod malū.—11 C delevit enim. Verbum una in T deest.—12 In x 3. voluptas.—13 Grævius conjectit hunc locum ant ita legendum: Qui sunt boni cives? nisi qui belli, qui domi de patria bene merentes patriæ beneficia meminernut? aut distinguendum: Qui sunt boni cives, qui belli, qui domi de patria bene merentes? nisi qui, &c. Pronomen qui, ante patriæ, in x 3. deletur. Deinde in Ms. Dresd. scribitur religionem colentes. Actutum pro meritam in C est merita.—14 Particula et C abest. Tum memori mentem est in C.—15 In s enim: in x 3. Quis est vestrum.—16 Orellius, ex auctoritate Ms. Teeg. sic edidit: cui non locus ipse mutus ille, ubi altus (alitus Teeg.) aut doctus est. In Junt. Lamb. Grut. et Weiske, hic locus sic se habet: cui non locus ille mutus, ubi ipse altus aut (atque ed. 1480. Junt.) doctus: Grav. cui non locus ipse ille mutus, ubi ipse alitus aut doctus. Pro cui non locus C habet ejus locum non. Mox præpositio cum in C deest.—17 C versatur: Franc. l. versentur. Deinde tanto esse scribitur in C. Verba aut unquam fuerunt omittuntur in x 3.—18 Nullæ Erf. Teeg. Grav. Ern. et Schatz. nulla ceteri. Tum C x 3. delent verba quæ . . . possunt. Panlo infra, Evidem nihil Erf. Teeg. Grav. et Orell. Tum in x 3. est proprium homini.—19 In ψ omni significatione.—20 Feruum in C. Garaton. conjectit nihil porro tam inhumanum, tam feruum. Pro committere in x 3. est omittere.

82. Quæ cum ita sint, jam<sup>1</sup> succumbam, Laterensis, isti tuæ orationi;<sup>2</sup> in eo ipso,<sup>3</sup> in quo nihil potest esse nimium, quoniam ita] tu<sup>2</sup> vis, nimium me gratum esse concedam; petamque a vobis, judices, ut eum beneficio complectami-ni,<sup>4</sup> quem qui reprehendit, in eo reprehendit, quod gratum præter modum dicat esse. Neque enim<sup>3</sup> ad negligendam meam gratiam debet valere, quod dixit idem, vos nec no-centes, nec litigiosos<sup>4</sup> esse, quo minus me apud vos valere oporteret.<sup>4</sup> Quasi vero in amicitia mea non haec præsidia (si qua forte sunt in me) parata semper amicis esse maluerim, quam necessaria. Etenim ego de me tantum audeo dicere, amicitiam meam voluptati pluribus, quam præsidio fuisse: meque<sup>5</sup> vehementer vitæ meæ pœniteret, si in mea familiaritate locus esset nemini, nisi litigioso, aut nocenti.

xxxiv. 83. [p. 277.] Sed hoc nescio quomodo<sup>6</sup> fre-quenter in me congesisti, saneque in eo creber fuisti, te idcirco in ludos<sup>u</sup> causam conjicere noluisse,<sup>7</sup> ne ego, mea

<sup>b</sup> Fatebor quod dicis.

<sup>c</sup> Gratitudine.

<sup>d</sup> Afficiatis.

Mox pro dicam  $\chi$  3. habet dico.—1 Voc. jam in C deest. T habet *Laterensis*. Post, in Ms. Erf. Teeg. Græv. et Orell. est *isti tuo criminis: meque in eo ipso, in quo, &c.* Pall. decem et ed. vet. *isti tuo ore nimio, in quo, &c.* sic Grut. et S. Vict. nisi quod habent *nimioque*. Pro *tua orationi* in octo MSS. Oxon. *tuo ori:* in Ms. Dresd. *tuo nimio.* Pro *in eo C S ψ nimioque in eo:* H *nimio in eo.*—2 In  $\chi$  3. *ut.* Tum verba *quoniam . . . nimium me in C de-leutur.* Pronomen *me* quoque omittitur in omnibus edd. præter Ald. Crat. Lamb. Grut. Ern. Weiske, et Schutz. Præpositio *a ante robis* in  $\chi$  3. deest. Paulo infra, verba, *in eo reprehendit*, non sunt in C. Tum idem Ms. dedit *gratiam.*—3 Post enim, verbum illud additur in Ms. Erf. Teeg. Græv. et Orell. Deinde pro *ad negligendum* in H  $\varsigma \psi$  *id ad negligentium.* Mox in  $\chi$  1. est *nec religiosos.*—4 Weiske conjectit *oportere.* Infra, si *que* est in Ms. Erf. Teeg. Græv. et Orell.—5 In  $\varsigma$  *neque.* Mox voc. *nemini post esset deest* in Ms. Pith.

CAP. xxxiv. 6 In  $\chi$  3. est *quo.* Pro *congesisti* MSS. nonnulli et edd. *conjecisti.*—7 Ms. Pith. dedit *illusos causam convincere voluisse:* Pal. sex, *illusos tamen convincere nolusti:* al. *in locos causam conjicere noluisse:* edd.

#### NOTÆ

<sup>t</sup> *Nec nocentes, nec litigiosos]* Duo hic perstringit iudiciorum genera; publicum, in quo de nocentium; pri-vatum, in quo de privatorum causis agitur.

<sup>u</sup> *In ludos [locos]* Locos communes

intelligit, qui ab oratore amplifican-di gratia assumuntur, cum a causa sua digreditur: refellit autem quod objecerat Laterensis, Ciceronem pa-ratos locos habere.

consuetudine, aliquid de thensis,<sup>x</sup> misericordiae causa,<sup>y</sup> dicere; quod in aliis ædilibus ante fecisset. Non nihil egisti hoc loco: nam mihi eripuisti ornamentum<sup>z</sup> orationis meæ. Deridebor,<sup>8</sup> si mentionem thensarum fecero, cum tu id prædixeris: sine thensis autem quid potero dicere? Hic etiam addidisti, me idcirco mea lege<sup>a</sup> ex isto ambitu traxisse,<sup>b</sup> ut miserabiliores epilogos<sup>c</sup> possem dicere. Non<sup>d</sup> vobis videor cum aliquo declamatore, non cum laboris et fori discipulo disputare? 84. Rhodi<sup>b</sup> enim, inquit,<sup>e</sup> non fui: me vult fuisse: sed fui, inquit, Nicææ<sup>c</sup> (putabam in Vaccæis dictorum) bis [in Bithynia].<sup>f</sup> Si

\* Conclusiones.

---

nonnullæ in locos communes causam conjicere noluisse. Pro in ludos, C habet in locis: H deficit illusos: S T  $\sigma$  x 1. 3.  $\psi$  illusos. Pro causa in T est tum. Pro conjicere, H S  $\psi$  convincere: T conficere. Tum in eodem Ms. nolusti. Panlo infra, præpositio a additur ante mea in H. Præpositio ante post ædilibus in Franc. 1. deest.—8 In H est Derideor. Deinde pro thensarum in C est thenseum: in x 3.  $\psi$  thesaurum. Tum C habet sed sine thensis. Statim post, voc. autem in C deest.—9 Orellius, ex auctoritate Ms. Ambr. dedit lectio nem, quam olim conjectit Garaton. me idcirco mea lege exilio ambituum sanxisse. Schlutz. e conjectura dedit me idcirco meam istam legem de ambitu tulisse. In Lamb. 1566. totus hic locus ita legitur: *Hic etiam dixisti, addidisse me idcirco meæ legi, 'Nisi ex testamento præstata die.'* In x 1. est ea lege. Pro isto, in CHS x 1. 3.  $\psi$ , Ven. Crat. Herv. Cam. est illo. Tum in H  $\psi$  miserabilis epilogos. Deinde pro dicere, in ed. Manut. Steph. et Lamb. est elicere.—10 Num in ed. 1472. Nonne est in ed. Weiske. Pro cum CT x 3.  $\psi$  causa. Verbum discipulo omittitur in octo MSS. Oxon. Edd. vett. ante Lamb. hunc locum sic ediderunt: Non (Num Ven. et Junt.) robis videtur cum al. decl. non causa laboris et fori dise. &c. Lamb. sic habet: Non robis videtur cum al. decl. non cum oratore dise. &c. Pro rideor Ms. Teeg. cum Orellio, habet videtur. MSS. et edd. nonnullæ: non causa laboris et fori disputare: Franc. 1. non cum causa laboris et fori disputare.—11 H S  $\sigma$  x 1. omittunt inquit. Pronomen ego, post hoc voc. additur in Orell. ex auctoritate MSS. Ambr. et Teeg. Pro verbo fui post sed T habet fuit.—12 Lambinus, quem sequitur Orellius, sic locum hunc edidit in ed. 1584. sed fui, inquit (putabam in Vaccæis dic-

## NOTÆ

<sup>x</sup> De thensis] De iis dictum est in orat. De Harsp. Resp. § 21. not.

<sup>y</sup> Misericordiae causa] Id est ad mouendam judicibus misericordiam.

<sup>z</sup> Ornamentum] Ex locis communibus repetitur ornamentum, quo res ornate dicuntur.

<sup>a</sup> Mea lege] Legem consul tulit Cicero, qua decem annis exilium contra

reos ambitus angebat.

<sup>b</sup> Rhodi] Postquam Sex. Roscium defendit Cicero, Athenas venit; inde totam Asiam peragravit: postea Rhodum venit, seque ad eundem, quem Romæ Molonem audiverat, applicuit, ut fusi scribit in Claris Orationibus.

<sup>c</sup> Nicææ] Nicæa urbs est Bithyniæ.

locus habet reprehensionis ansam aliquam,<sup>f</sup> nescio cur severiorem Nicæam<sup>13</sup> putas, quam Rhodum: si spectanda causa est, et tu in Bithynia summa cum dignitate fuisti, et ego Rhodi non minore. Nam, quod<sup>14</sup> in eo me reprehendisti, quod nimium multos defenderic; utinam et tu, qui potes,<sup>d</sup> et ceteri, qui defugient, vellent<sup>15</sup> me labore hoc levare! Sed sit vestra diligentia,<sup>e</sup> qui in causis ponderantis<sup>g</sup> omnes fere repudiatis, ut ad nos pleræque<sup>16</sup> confluant,<sup>h</sup> qui miseris et laborantibus nihil negare possumus. 85. Admonuisti etiam, quod in Creta fuisses,<sup>f</sup> aliquid<sup>17</sup> in petitionem tuam dici potuisse: me id perdidisse.<sup>i</sup> Uter<sup>18</sup> igitur nostrum est cupidior dicti? egone, qui, quod dici potuit, non dixerim; an tu, qui etiam ipse in te dixeris?

<sup>f</sup> Dat aliquam causam reprehensionis.

<sup>g</sup> Eligendis.

<sup>h</sup> Deferantur.

<sup>i</sup> Non dixisse.

.....

turum) bis Nicæa in Bithynia: in ed. 1566. omittitur bis. In Ven. Junt. et Græv. sed fui, inquit: (putabam in Vaccæis [Nicæis Junt.] dicturum) bis in Bithynia. In Grut. sed fui, inq. Nicæis (put. in Vaccæis dicit) bis in Bith. Beierns conjectit vel vix in Bith. vel quis in Bith.? Pro in Vaccæis, Puccius conjectit in Vaccei pratis. Alii MSS. et edd. sed fui, inquit, (put. in Nicæis dict.) bis in Bith. Franc. 1. sed fui, inquit, Nicæis, put. in Vaceris dicturum, omisis aliis. Franc. 2. et ed. 1472. sed fui, inquit, put. in Vaceris dict. bis in Bith. Verbum putabam non est in χ 1. Tum pro Vaccæis in C ψ raccis, in H niceis, in T χ 3. vacreis, in χ 1. racciis, in Ms. Dresd. Vaccæis. Deinde Chabet Bithy-  
miam: T Bithimia. Paulo infra, pro ansam, C τ χ 3. ψ, MSS. alii et edd. vett. nonnullæ habent causam.—13 Pro Nicæam, C in terra: ψ Viceam: ψ Vaccæam. Tum in H expetenda causa.—14 In χ 3. est Namque. Actutum in MSS. H, Ambr. et Teeg. legitur defendere. Paulo post, quid potes est in ψ.—15 In χ 3. vellet. Tum H habet labore isto. Porro in ψ vestra negligentia. Præpositionem in ante causis omisit Ms. Teeg.—16 MSS. quidam plerique. Pro negare χ 1. ψ denegare.—17 Pro aliquid in omnibus edd. præter Ern. et Schintz. legitur dictum aliquid. In H S χ 1. 3. et Franc. 1. est dictum aliquid: in T dictum aut. Paulo post, plerique MSS. et edd. fere omnes in petitione tua, præter Ern. Schutz. et Orell. qui e conjectura Lambini, et ex anoritate Ms. Teeg. habent in petitionem tuam. Verba me id perdidisse omittuntur in T χ 3.—18 In C Utinam. Pro nostrum C T habent noster. Infra in Franc. 1.

#### NOTÆ

<sup>d</sup> Qui potes] Videtur carpere Laterensem, qui cum possit multos defendere, neminem defendit.

<sup>e</sup> Vestra diligentia] Ironia.

<sup>f</sup> In Creta fuisses] Cum Saturnino in Creta fuit Laterensis, ut supra

dictum est.

<sup>g</sup> Aliiquid [dictum aliquid] Facetum nempe et ridiculum dictum omisso Ciceronem dixerat Laterensis, quo contra eundem Laterensem uti poterat, dum petebat ædilitatem.

Tecum aiebas de tuis rebus gestis<sup>b</sup> nullas literas misisse, quod mihi meæ, quas ad aliquem misissem,<sup>i</sup> obfuissent: quas ego mihi obfuisse non intelligo: reipublicæ video prodesse potuisse.

XXXV. 86. Sed sunt<sup>z</sup> hæc leviora: illa vero graviora atque magna, quod meum discessum,<sup>k</sup> quem sæpe defleras, nunc quasi reprehendere et subaccusare<sup>l</sup> voluisti: dixisti enim, non auxilium mihi, sed me auxilio defuisse.<sup>k</sup> Ego vero fateor, mehercule,<sup>z</sup> quod viderim mihi auxilium non deesse, idcirco me illi auxilio pepercisse: qui<sup>z</sup> enim status, quod discrimen, quæ fuerit in republica tempestas illa, quis nescit?<sup>z</sup> Tribunicius me terror,<sup>l</sup> an consularis furor movit? decertare mihi ferro magnum fuit cum reliquiis eorum, quos ego<sup>s</sup> florentes atque integros sine ferro viceram? Consules post hominum memoriam teterimi atque turpissimi, sicut<sup>z</sup> et illa principia, et hi recentes rerum exitus declararunt, (quorum alter exercitum perdidit,<sup>m</sup> alter vendidit<sup>n</sup>) emtis<sup>z</sup> provinciis,<sup>o</sup> a senatu, a repub-

<sup>k</sup> Ut i noluisse illo auxilio.



legitur dici potuerit.—19 In C H T  $\zeta \psi$  Tu. Deinde  $\chi$  3. habet *ullas literas*. Denique pro mihi, ante obfuisse, in T legitur inde.

CAP. XXXV. 20 Verbum sunt non est in H. Actutum, ex auctoritate Ms. Teeg. Orellius habet illa vera gravia. Paulo infra  $\chi$  1. in eum discessum Pro sæpe in C legitur semper.—1 In C  $\chi$  3. accusare. Pro me ante auxilio in C scribitur mehercule.—2 Pro mehercule, in H S T  $\zeta \chi$  3. Ms. Teeg. Barb. Junct. Lamb. 1566. et Orell. inseritur me: Ms. Dresd. omisit hoc verbum. Porro pronomen me ante illi non est in T  $\chi$  3. Ms. Teeg. edd. vett. quibnsdam et Orell. —3 In T  $\chi$  3. Franc. 1. et edd. nonnullis est Quis. Pro status Gulielmins conjectit flatus.—4 In C nescis. Tuni pro me ante terror in  $\chi$  1. est ne.—5 Pionomen ego in C omittitur.—6 In C sic.—7 Gulielmins conjectit enti.

#### NOTÆ

<sup>b</sup> De tuis rebus gestis] Dixerat Laterensis nullas literas de rebus misisse, quas nempe vel in Creta vel Cyrenis gesserat, ne sibi nocerent, ut Ciceroni noeneret, quas ille scriperat.

<sup>i</sup> Ad aliquem misissem] Forte per illas literas, aut alias intelligit, quas quaestor in Sicilia Romam, ant consul ad Pompeium in Asiam misit.

<sup>k</sup> Discessum] Discessum Ciceronis in exilium reprehenderat Laterensis:

ei jam respondet.

<sup>l</sup> Tribunicius me terror, &c.] Per tribunicium terorem, Clodi tribuni plebis, et furiosorum in se consulum Pisonis et Gabini odium intelligit, a quibus abire in exilium compulsa est, ne quid tumultus in republ. excitaretur.

<sup>m</sup> Quorum alter exercitum perdidit] Piso consul, cum Macedoniam provinciam obtineret, concisum a Thra-

lica, a bonis omnibus defecerant: qui exercitibus,<sup>p</sup> qui armis, qui opibus<sup>q</sup> plurimum poterant, cum, quid sentirent, nesciretur, furialis illa vox,<sup>r</sup> nefariis stupris, religiosis altaribus effeminata, secum<sup>s</sup> et illos et<sup>t</sup> consules facere, acerbissime personabat. Egentes in locupletes, perdit in bonos, servi in dominos armabantur. 87. Aderat mecum senatus, et quidem veste mutata;<sup>u</sup> quod pro me uno post hominum<sup>v</sup> memoriam publico consilio<sup>w</sup> susceptum est. Sed recordare, qui tum fuerint consulum nomine<sup>x</sup> hostes; qui soli in hac urbe senatum senatui<sup>y</sup> parere<sup>z</sup> non siverunt, edictoque suo non luctum patribus conscriptis, sed luctus indicia<sup>z</sup> ademerunt. Aderat mecum cunctus eques-ter ordo; quem quidem in concionibus saltator ille,<sup>j</sup> [Cati-

<sup>i</sup> Pro se.<sup>m</sup> Sententia senatus.

\*\*\*\*\*

Tum pro a republica χ 3. habet r. p. Mox H et Ms. Teeg. exercitu. Paulo infra in χ 3. est pluribus poterant.—8 In octo Ms. Oxon. copulativa particula et omittitur ante consules. Garaton. verba et consules deleri censebat. Ac-tutum pro acerbissime, Schutz. e Lambini conjectura dedit acerrime, probante Ern. in Ms. S est acerbissimos. Pro in locupletes ψ habet illocupletes.—9 Voc. hominum non est in χ 3. Tum in H legitur jam publico.—10 Parere in ψ deest. Paulo post omnes Ms. et edd. habent siverint . . . ademerint præter Ern. et Schutz. qui dederint e conjectura siverunt . . . ademerunt. Pro patribus conscriptis in ψ est patres conscripsit. Deinde pro indicia C T judicia.

## NOTÆ

cibus exercitum perdidit.

<sup>n</sup> Alter vendidit] Gabinius, accepta a Ptolemæo rege peccnia, ducto ex-ercitu e Syria in Ægyptum, eundem, injussu senatus, in regnum restituit.

<sup>o</sup> Emissis provinciis] Emerant a Clo-dio provincias. Nam Macedoniam Pisoni, Gabinio Syriam lege lata de-dit, sed eo consilio ut ipsum in per-dendo Cicerone adjuvarent.

<sup>p</sup> Qui exercitibus] Designat Cæsa-rem, qui cum exercitu erat in Italia.

<sup>q</sup> Qui opibus] Pompeium et Cras-sum intelligit. De his diceatur in oratione pro Sextio.

<sup>r</sup> Furialis illa vox] Loquitur de Clo-dio, qui iu sacris Bonæ Dæe habitu muliebri deprehensus est, quo acce-

dere viris nefas fuit.

<sup>s</sup> Veste mutata] Vestis mutabatur in publico luctu, ut in Ciceronis exilio factum est.

<sup>t</sup> Consul nomine] Nomine consu-les erant Piso et Gabinius, sed hostes revera patriæ.

<sup>u</sup> Senatum senatui] Non permise-runt senatum parere sno senatuscon-sulto. Nam senatusconsultum fac-tum fuit, ut Cicero publico præsidio juvaretur.

<sup>v</sup> Luctus indicia] Ad significandum dolorem vestis mutatio fiebat. Ad vestem communem redire senatum jussérunt consules, enī eam pro Ci-cerone senatus mutavit.

<sup>w</sup> Saltator ille] Gabinium saltato-

linæ]<sup>a</sup> consul, proscriptionis denuntiatione<sup>b</sup> terrobat: at<sup>c</sup> tota Italia convenerat; cui quidem belli intestini et vastitatis metus inferebatur. XXXVI. Hisce ego auxiliis studentibus<sup>d</sup> atque incitatis<sup>e</sup> uti me, Laterensis, potuisse confiteor: sed erat non jure, non legibus, non disceptando<sup>f</sup> decertandum: nam profecto, præsertim tam bona in causa, nunquam, quo<sup>g</sup> ceteri sæpe abundarunt, id mihi ipsi auxilium meum defuisset: armis fuit, armis, inquam, fuit dimicandum: [p. 278.] quibus a servis, atque a servorum ducibus cædem fieri senatus et bonorum, reipublicæ exercitiosum fuisset. 88. Vinci autem improbos a bonis, fateor fuisse præclarum, si finem eum<sup>h</sup> vincendi<sup>i</sup> viderem; quem profecto non videbam. Ubi enim præsto fuisset<sup>j</sup> mihi aut tam fortis consul, quam L. Opimius?<sup>k</sup> quam C. Marius?<sup>l</sup> quam L. Flaccus? quibus ducibus improbos cives respublica vicit<sup>m</sup> armatis: aut, si minus fortis,<sup>n</sup> attamen

<sup>a</sup> *Comminatione.*<sup>b</sup> *Farentibus.*<sup>c</sup> *Verbis.*

-----

Post cunctus  $\chi$  3. addit verbum *senatus*. Tum pro *concionibus* C T  $\varsigma$   $\chi$  3. præbent *contentionibus*.—11 Schutz. e sententia Ern. delet *Catilinæ*. Actutum in  $\varsigma$  est *perscriptionis*: in  $\psi$  *præscriptionis*.—12 Voc. at omittitur in ed. Manut. Lamb. et Weiske. Pantagathus conjectit ac.

CAP. XXXVI. 13 Galielminus maluit legi *tubentibus*, hand improbante Grutero. Paulo infra in T est *Laterenensis*.—14 In C est *nusquam que*. Verbum *sæpe* ante *abundarunt* omittitur in edd. ante Græv. cum Weiske. Tum in  $\psi$  est *abundare*. Mox *ipxi* non est in C: quinque MSS. Oxon. Ms. Teeg. ed. Rom. et Ven. præbent *ipsum*. Verbum *meum* post *auxilium* deest in H, Crat. Naug. Cam. ut volebat Weiske.—15 *Si finem tum in C*  $\chi$  3. Ms. Erf. et Teeg. Tum verba *quem pr. non vid.* non leguntur in Ms. Pith. et Teeg. Cod. Garaton, in margine habebat. Uncis inclusit Orellins.—16 In  $\psi$  *fuissent*: unde Garaton, præfert *fuissent . . . fortes consules*.—17 In  $\varsigma$  *vidit*. Mox

## NOTÆ

rem vocat, qnem et saltatricem contra Pisoneum vocat; ignominiosum autem fuit apud Romanos veteres, si cui objecta esset saltatio.

<sup>z</sup> *Incitatis*] Auxiliis potuit uti paratis ad suam salutem defendendam Cicero, sed noluit.

<sup>a</sup> *Si finem eum vincendi*] Si vidisset fore ut improbi a bonis vincerentur, iis nsus auxiliis fuisset; sed id nou

videbat fieri posse, propter improborum civium potentiam.

<sup>b</sup> *L. Opimius*] L. Opimius consul contra Græchum, Marius contra L. Saturninum, L. Flaccus contra Suliam pugnaverunt, facta a senatu protestate; <sup>c</sup> viderent nempe consules, ne quid respub, detrimenti caperet? At his consulibus carnit Cicero.

<sup>c</sup> *Aut, si minus fortes*] Conqueritur

tam justi, quam P. Mucius, qui arma, quæ privatus P. Scipio sumserat, ea, Ti. Graccho interemto, jure optimo sumta esse defendit? Esset igitur pugnandum cum<sup>18</sup> consulibus: nihil amplius dico, nisi illud; Victoriæ nostræ graves adversarios paratos, interitus nullos ultores esse videbam.<sup>19</sup> 89. Hisce ego auxiliis salutis meæ si idcirco defui, quia nolui<sup>20</sup> dimicare; fatebor, id quod vis, non mihi auxilium,<sup>1</sup> sed me auxilio defuisse. Sin autem, quo majora studia in me bonorum fuerunt, hoc iis magis consulendum et parcendum putavi; tu id in me reprehendis, quod Q. Metello<sup>4</sup> laudi datum est, hodieque est, et semper erit maximæ gloriæ? quem, ut potes<sup>2</sup> ex multis audire, qui tum affuerunt, constat, invitissimis viris bonis, cessisse;<sup>3</sup> nec fuisse dubium, quin contentione et armis superior posset esse. Ergo ille cum suum, non cum<sup>4</sup> senatus factum<sup>5</sup> defenderet, cum perseverantiam sententiæ suæ, non salutem reipublicæ retinuissest; tamen, quod illud voluntarium vulnus accepit,<sup>5</sup> justissimos omnium Metello-

pro sumserat Ms. Erf. et Teeg. habent cuperat.—18 In χ 3. ut. Tnm in loco amplius, C ψ aliud.—19 Esse ultores videbam ed. Lamb. in ed. 1584.—20 In C volui. Tum pro fatebor in T χ 3. fateor.—1 Auxilium mihi in ed. Lamb. Mox χ 3. præbet hujus iis magis.—2 In eodem Ms. legitur putes.—3 MSS. nonnulli et edd. vett. ante Græv. legunt invitissimis viris constat bonis cessisse, nisi quod in Crat. et Grut. est invitissimis. Passeratius tamen legit invitissimis viris constat tribunis cessisse: in σ χ 1. 3. ψ est invitissimis.—4 Voc. cum non legitur in C. Tum senatus non est in χ 3. Mox et persev. in eodem Ms. scribitur.—5 In Franc. 1. et aliis nonnullis MSS. et edd. vett. cum Græv. ita locus hic legitur: tamen ob illam quod (quo multi eodd. qua Ven.) illud vol. vul. accepit: Junt. Nang. et Grnt. ita edidere: tamen ob illam constantiam, qua illud vol. vul. accepit: Cod. Lambini, tamen ob illam, qua illud vol. vul. acc. constantiam: verbum constantiam tamen Orellio ex interpolatione videtur esse: qui dicit in nullo cod. nunc noto, nisi Puccii, extare. Orellius, e Garaton. conjectura, dedit tamen quum illud vol. vul. acc. Idem conjectit quoque tamen hora illa, qua illud vol. vul. acc. Voc. tamen in H deest. Pro quod sex Oxon. MSS. habent quo. Tum in loco accepit, C præbet acceperit.

## NOTÆ

quod ne justos quidem consules haberit. Id autem dicit in odium Pis sonis et Gabinii.

<sup>4</sup> Q. Metello] Agit de illo Metello, qui tempore Saturnini, maluit abire

in voluntarium exilium quam in ejus leges jurare.

<sup>5</sup> Cum suum, non senatus factum] Omnes senatores, Metello excepto, in Saturnini leges coacti juraverant.

rum<sup>f</sup> et clarissimos triumphos gloriæ laude<sup>g</sup> superavit, quod et illos ipsos improbissimos cives interfici noluit, et, ne quis<sup>h</sup> bonus interiret in eadem cæde, providit; ego, tantis periculis propositis, (cum, si victus essem, interitus reipublicæ, si vicisem, infinita dimicatio pararetur) committerem, ut idem<sup>i</sup> perditor reipublicæ nominarer, qui servator fuisse? XXXVII. 90. Mortem me timuisse dicis.<sup>j</sup> Ego vero ne immortalitatem quidem contra rempublicam accipiendam putarem, nedum emori cum pernicie reipublicæ vellem. Nam, qui pro republica<sup>k</sup> vitam dediderunt, (licet me despere dicatis) nunquam, mehercule, eos mortem potius, quam immortalitatem assecutos putavi.<sup>l</sup> Ego vero, si tum<sup>h</sup> illorum impiorum ferro ac manu concidisse, in perpetuum respublica civile praesidium salutis suæ perdidisset. Quin etiam, si me<sup>m</sup> vis aliqua morbi, aut natura ipsa consumisset; tamen auxilia posteritatis essent immunita, quod peremptum esset mea morte id exemplum, qualis futurus in<sup>n</sup> me retinendo fuisse senatus populusque Romanus. An, si unquam in me vitæ cupiditas fuisse,<sup>o</sup>



Actutum pro justissimos, in χ 1. justissimus: in ψ justissimis.—6 In C et laude, confirmans Garaton, conjecturam. Verbum *illos ante ipsos* in χ 3. omittitur. Mox in C *si interf. voluit*.—7 In ψ aliquis. Paulus infra copulativa particula et additur ante *si vicisem*.—8 C ipse. Mox idem Ms. habet nominarem: H nominaretur. Verba *ego . . . dicas* in *si* omittuntur.

CAP. XXXVII. 9 In H est porro reip. Stalini post, Ms. Erf. Teeg. Græv. Schutz. et Orell. ediderunt: Crat. et Lamb. reddiderunt: Franc. I. et Pith. cum Weiske dederunt: edd. nonnullæ tradiderunt. Tum in *si despere dicitis*, 10 In H *ψ consecutos putavi*: in χ 3. *assculos putavit*. Paulus post in C *si cum*: in χ 3. *si tam*. Deinde aut manu legitur in *ψ*.—11 Pronomen *me* in χ 3. deest. Infra, in C essent immunita: in *ψ* essent immutata. Porro in H *peremptum esse*. Verbum *esset* non est in χ 3.—12 C omisit *in*. Garaton. suspic. legendum esse in *me restituendo*.—13 In Ms. Teeg. *si unq. rite cup. in*

## NOTÆ

<sup>f</sup> *Omnium Metellorum*] Metelli plurimi triumphaverunt, et ex devictis nationibus nominati sunt, ut Macedonicus, Numidicus, Dalmaticus, Balearicus, Creticus.

<sup>g</sup> *Mortem me timuisse dicis*] Respondet alteri objectioni, mortem videlicet Ciceronem timuisse; sed hanc re-

fellit ab honesto; quia licet honestum esset mori, tamen honestius fuit vivare periculum, et reip. consulere.

<sup>h</sup> *Ego vero, si tum*] Contendit e republ. fuisse ut tum viveret, tum ad saltem illins, tum ad posteritatis exemplum.

ego mense Decembri<sup>i</sup> mei consulatus, omnium parricidarum<sup>q</sup> tela commossem? quæ, si viginti quiessem dies,<sup>14</sup> in aliorum jugulum<sup>k</sup> consulum recidissent. Quamobrem, si vitæ cupiditas contra rempublicam est turpis,<sup>15</sup> certe multo mortis cupiditas mea turpior fuisse cum pernicio civitatis.

91. Nam quod<sup>16</sup> te in republica liberum esse gloriatus es, id ego et fateor et lætor, et tibi etiam in hoc gratulor: quod me autem negasti, in eo neque te, neque quenquam diutius patiar errare. XXXVIII. Nam, si quis idcirco aliquid de libertate<sup>17</sup> mea deminutum putat, quod non ab omnibus eisdem,<sup>l</sup> a quibus antea solitus sum dissentire,<sup>18</sup> dissentiam; primum, si bene de me meritis gratum me præbeo, non desino<sup>19</sup> incurrere in crimen hominis nimium memoris nimiumque grati; sin autem, sine ullo reipublicæ detrimento, respicio etiam<sup>20</sup> aliquando salutem tum meam, tum meorum; certe non modo non sum reprehendendus, sed

<sup>q</sup> Conjuratorum.

\*\*\*\*\*

*me fuisse: in C est si me ung. Tum in eodem Ms. ego mensi.—14 Si XX dies quiessem Junt. Mox pro jugulum, in χ 1. 3. ψ, Erf. Teeg. aliis codd. non nullis, Ald. Crat. et Orell. legitur vigilium. χ 3. quoque dedit recidisset.—15 In C turpe.—16 In C T σ χ 1. quod esse. Pro republica ψ dedit remp. Verbum esse post liberum in C deletur. Nam quod te esse in rep. lib. es glor. Ms. Teeg. Nam quod esse te in rep. lib. glor. es quatuor MSS. Oxon. et Junt. Paulo infra, Ms. C omisit verba in hoc. Denique pro gratulor ψ habet congratulor.*

CAP. XXXVIII. 17 In C ψ dignitate. Præpositio a ante quibus in C omititur. Tum ψ dedit ante.—18 Verbum dissentire suspectum Ern. Actutum in C est primus si: in χ 3. primum, sibi. Tum pronomen me ante meritis deest in Franc. 1.—19 Lamb. conjectat legendum non deboeo. Paulo post in H ψ est etiam crimen. Tum pro memoris in χ 3. est meroris.—20 Voc. etiam in H deest: aliquando abest ab Ms. Erf. Hic locus sic editur in Ms. Teeg. sin au-

#### NOTÆ

<sup>i</sup> *Mense Decembri] Hoc mense conjuratio Catilinæ deprehensa est, cum Ciceronis periculo.*

<sup>k</sup> *In aliorum jugulum] Si expectas set adhuc viginti dies, recidissent in caput Silani et Murenæ, qui Calendis Januariis novi consules magistratum inibant, et ea a se Cicero de-*

pulisset.

<sup>l</sup> *Non ab omnibus eisdem] Arguitur levitatis a Laterensi Cicero, quod mox sentiat cum quibusdam, mox dissentiat. Certe amicus fuit Pompeio et Cæsari, postea vero inimicus. Sed illius mutationis rationem edocet.*

etiam, si ruere<sup>r</sup> vellem, boni viri me, ut id ne facerem,<sup>1</sup> ro-  
garent. 92. Res vero ipsa publica, si loqui posset, ageret  
mecum,<sup>m</sup> ut, quoniam sibi servissem semper, nunquam mihi;  
fructus<sup>2</sup> autem ex sese non, ut oportuisset, laetus et uberes,  
sed magna acerbitate permixtos,<sup>3</sup> tulisse;<sup>s</sup> ut jam mihi  
servirem, consulerem meis: [p. 279.] se non modo satis  
habere a me, sed etiam vereri, ne parum mihi pro eo, quod  
tum a me<sup>4</sup> haberet, reddidisset. 93. Quid, si horum ego  
nihil cogito? et idem sum in republica, qui sui semper?  
tamenne tu<sup>5</sup> libertatem requires<sup>t</sup> meam? quam tu ponis in  
eo, si semper cum iis, quibuscum aliquando contendimus,  
depugnemus: quod est longe secus. Stare enim omnes  
debemus, tanquam in orbe aliquo reipublicæ, qui quo-  
niā<sup>n</sup> versatur,<sup>6</sup> eam diligere partem, ad quam nos illius  
utilitas salusque converterit. XXXIX. Ego autem Cn.  
Pompeium,<sup>7</sup> non dico auctorem, ducem, defensorem salutis  
meæ, (nam hæc privatim fortasse officiorum memoriam et

<sup>r</sup> Cadere.<sup>s</sup> Accepissem.<sup>t</sup> Desiderabis.

\*\*\*\*\*

tem aliquando sine ullo reip. detr. resp. etiam sal.—1 In ed. Junt. boni viri, ut  
ne id fac. me rog. Pro ne χ 1. habet non.—2 χ 3. omisit fructus: verbum  
autem non est in H.—3 Post permixtos C addit fuisset. Mox idem Ms. dedit  
consulem meis. Statim post, pro se in χ 3. est sed.—4 In S ς χ 1. est quod  
cum a me: in Ms. Teeg. quam tum a me, unde Orellius conjectit quantum a me.  
In Ms. H, et Junt. quod a me: Guliel. susp. quod ortum a me, probante Grut.  
Ern. maluit legi quod cum a me: Garaton. conjectit quod tamdiu a me. Verba a  
me non sunt in T χ 3. Tum Quod si in H T, Ms. Teeg. cum aliis MSS. et edd.  
vett. Actntum pronomen ego non est in χ 3.—5 Septem Oxon. MSS. Franc.  
L. et alii MSS. cum Ven. Crat. Herv. Lamb. et Orelli. omittant tu: ed. Junt.  
habet tunc libertatem, omissio tamen. Statim post, in H est requiras.—6 In  
Ms. Erf. qui quomodo versatur: edd. vett. nonnullæ qui quoniam versetur: Ma-  
nentius conjectit qui quoniam versetur. Pro diligere in C H diligere. Tum partem  
debemus in ed. Junt. Crat. Herv. Ita conjectit Schutz.: Stamus enim omnes  
(vel Stare enim omnes) videmur tan. in orbe ul. reip. qui quoniam versatur, eam dilig-  
partem debemus.

CAP. XXXIX. 7 In H Pompeio. Tum ς omisit v. ducem. Paulo infra, pro  
querunt in H est querit. Ex anctoritate Ms. Teeg. Orellius dedit officiorum  
memoriam querunt, et gratiam. Verba pertinet . . . . republika non sunt in χ 3.

## NOTÆ

<sup>m</sup> Ageret mecum] Prosopopœia pa-  
tric Ciceronem alloquientis.

<sup>n</sup> Qui quoniam] Id est, qui quia fa-  
cile rotatur. Objecrat Laterensis

Ciceronem facile mutari. Respondet,  
eleganti similitudine navis, mutavis-  
se sententiam secundum reipub. util-  
itatem.

gratiam quærunt<sup>\*</sup>) sed dico hoc, quod ad salutem reipublicæ pertinet: ego eum non tuear, quem omnes in republica principem esse concedant?<sup>8</sup> ego C. Cæsar is laudibus desim,<sup>x</sup> quas primum populi Romani, nunc etiam senatus, cui me semper<sup>9</sup> addixi, plurimis atque amplissimis judiciis<sup>y</sup> videam esse celebratas? Tum, hercule, me confitear, non judicium aliquod habuisse de reipublicæ utilitate, sed hominibus<sup>10</sup> amicum aut inimicum fuisse. 94. An, cum videam navem secundis ventis cursum tenentem suum, si non eum<sup>11</sup> petat portum, quem ego aliquando probavi, sed alium non minus tutum atque tranquillum; cum tempestate pugnem periculose potius, quam illi, salute præsertim proposita,<sup>12</sup> obtemperem et paream? Neque enim inconstantis puto, sententiam, tanquam aliquod navigium atque cursum, ex reipublicæ tempestate moderari. Ego vero hæc didici, hæc vidi,<sup>13</sup> hæc scripta legi: hæc de sapientissimis et clarissimis viris, et in hac republica, et in aliis<sup>14</sup> civitatibus, monumenta nobis, literæ, prodiderunt: non semper easdem sententias ab iisdem,<sup>15</sup> sed, quascumque reipublicæ status, inclinatio<sup>z</sup> temporum, ratio concordiae postularet, esse defendendas.<sup>16</sup> Quod ego et facio, Latorensis, et semper

\* Postulant.

x Non laudem Cæsarem.

y Mutatio.

11

Pro republica ψ habet remp.—8 Concedunt omnes MSS. et edd. præter Ern. qui e conjectura dedit concedant. Paulo post, in C laudibus desum. Statim, pro quas, C x 3. Steph. cod. Garaton. cum Barb. habent qui. Deinde in H est populus Romanus.—9 In C est non me cui semper senatus. Pro addixi in x 3. addi. Mox pro videam in Junt. legitur videram. Tum in C esse celebrationem.—10 In x 3. omnibus.—11 In σ x 1. Ven. Ald. Crat. Grut. legitur si non ea eum. Pronomen ego, post quem, desideratur in Franc. I.—12 Salutem præsertim propositam in C. Tum pro paream, in eodem Ms. legitur peream. Sequens periodus. Neque .... moderari, (ex Orat. pro Balb. c. XXVII.) omittitur in octo MSS. Oxon. cum Orellio.—13 In C est hoc didici, hoc vidi. Pro didici in x 3. dici. Porro C omisit verba hæc scripta legi.—14 In C aliis multis. Tum pro literæ, legebatur Pantagathus literarum, probante Ursino. Mox præpositio per in ψ additur ante easdem.—15 In C H ab eisdem. Panlo post, in septem Oxon. MSS. et Franc. I. legitur indignatio temporum: in T inclinatio temporis.

## NOTÆ

<sup>o</sup> Plurimis atque amplissimis judiciis] quindecim, stipendia, et legatos de-  
Cum Cæsar bellum in Gallia gereret, cem mittendos decrevit.  
senatus ei supplicationem dierum

faciam; libertatemque,<sup>17</sup> quam in me requiris, quam ego neque dimisi unquam, neque dimittam, non in pertinacia, sed in quadam moderatione positam putabo.

XL. 95. Nunc venio ad illud extreum, quod<sup>18</sup> dixisti, dum Plancii in me meritum verbis extollerem, me arcem facere ex cloaca,<sup>19</sup> lapidemque<sup>19</sup> e sepulcro venerari pro Deo: neque enim mihi insidiarum periculum ullum, neque mortis fuisse. Cujus ego temporis rationem explicabo brevi,<sup>20</sup> neque invitus; nihil enim ex meis est temporibus,<sup>q</sup> quod minus pervagatum,<sup>i</sup> quodque minus aut mea commemoratione celebratum sit, aut hominibus auditum atque notum. Ego enim, Laterensis, ex illo incendio legum,<sup>r</sup> juris, senatus, bonorum omnium, cedens, cum<sup>z</sup> mea domus ardore suo deflagrationem urbi atque Italiae toti minaretur, nisi quievissem; Siciliam petivi animo,<sup>s</sup> quæ et ipsa erat mihi, sicut domus una,<sup>t</sup> conjuncta, et obtinebatur<sup>u</sup> a C. Virgilio;<sup>v</sup> quocum me uno vel maxime cum ve-

—16 Ex anctoritate Ms. Teeg. Orellius dedit *defensas*.—17 In C H *liberatem*. Statim post *quam* Orell. admisit *tu*, ex anctoritate Ms. Teeg. Mox pronomen *ego* in *s* deest. Denique *x* 3. omisit *unquam*.

CAP. XL. 18 Ms. Teeg. dedit *in quo*, probante Orell. Tum in C legitur *quod dixi dum: in ed.* Junt. *quod dixisti quum*. Pro *meritum* C habet *meritis*. Deinde pronomen *me* in *x* 3. omittitur. Tum *e cloaca* est in Ms. Teeg.—19 In H *s x 1. ψ lapidem*. Statim post, *ex sep. ed.* Junt. Mox *pro ullum* in *x* 3. est *nullum*.—20 Lamb. conjectit *breviter*.—1 In *marg.* Lamb. 1584. scribitur ‘al. *pervulgatum*.’ Actutum, post *mea voc. celebratione* additur in C H *s x 1. ψ*. Tum *pro celebratum* in H S *commemoratum*: in *x* 3. *celebratur*. Porro in T est *Laterenensis*.—2 In C *tum*: idem Ms. paulo post *lahet urbis*. In *x* 1. est *nisi quiessem*.—3 Pro *animo* Pantagathus olim dedit a *Vibone*: postea ita emendavit, *Sic. petii eo animo*. Mox *ipsa* in C, *erat* in *s* desunt.—4 In T ob-

#### NOTÆ

<sup>r</sup> *Arcem succere ex cloaca*] Dixerat contra Ciceronem Laterensis, cum ex re humili et abjecta magnam facere, et rem contemnendam plus æquo commendare, dum extollit Plancii beneficium.

<sup>q</sup> *Meis temporibus*] Tempora Ciceronis fuerunt, quibus ab improbris civibus vexatus est.

<sup>r</sup> *Ex illo incendio legum*] Incendium metaphorice tempus Clodianum vo-

Delph. et Var. Clas.

cat, quo statim post profecionem in exilium domus sua deflagrit; vel quo, nullus erat Romæ locus legibus, juri, senatni, bonis civibus, propter tribunatum Clodii.

<sup>s</sup> *Erat mihi sicut domus una*] In Sicilia quæstor fuerat, sibique devinxerat Siculos, quos contra Verrem defenderat.

<sup>t</sup> *A C. Virgilio*] C. Virgilius prætor erat in Sicilia, qui licet Ciceronis

Cicero.

tusta amicitia, tum mei fratriis collegia,<sup>u</sup> tum respublica sociarat.<sup>s</sup> 96. Vide nunc caliginem temporum illorum. Cum ipsa pæne insula mihi sese obviam ferre vellet; prætor<sup>6</sup> ille (ejusdem tribuni plebis concionibus, propter eandem reipublicæ causam, sœpe vexatus) nihil amplius dico, nisi<sup>7</sup> me in Siciliam venire noluit. Quid dicam? C. Virgilio, tali civi et viro, benevolentiam in me, memoriam communium temporum, pietatem,<sup>8</sup> humanitatem, fidem defuisse? Nihil, judices, est eorum: sed, quam tempestatem nos vobiscum non tulissemus, metuit, ut eam ipse posset<sup>9</sup> opibus suis sustinere. [p. 280.] Tum, consilio repente mutato, iter<sup>10</sup> a Vibone Brundisium<sup>x</sup> terra petere contendi; nam maritimos<sup>11</sup> cursus præcludebat hyemis magnitudo. **XLI.** 97. Cum omnia illa<sup>12</sup> municipia, quæ sunt a Vibone Brundisium,<sup>x</sup> in fide mea,<sup>y</sup> judices, essent;



tinebam: in  $\psi$  opprimebatur. Statim post, a C. Virginio in ed. Lamb. 1584. In C H est a C. Virgilio, quo tum.—5 Ex auctoritate MSS. Erf. et Teeg. (probante Garaton.) Orellius hunc locum ita edidit: *vel maxime cum vetustas, tum amicitia, cum mei fratriis collegia, tum reip. causa sociarat.* Pro *cum vetusta*, in C S  $\varsigma$   $\chi$  1. 3.  $\psi$ , *tum vetustatum*: in H *cum vetustatum*. Franc. 1. habet *tum vetusta*. Pro *collegia* in  $\chi$  3. *collega*. Tum *verbum sociarat* in  $\chi$  3. deletur: in C est *sociaret*. Mox pro *Vide* in  $\chi$  3. legitur *Vidi*.—6 C H T  $\varsigma$   $\chi$  1. *pater*. Tum in C est *eius de tribuni*: in  $\chi$  1. *ejusdem tribus*. Mox in eodem MS. *propter eam*.—7 Ms. II omisit *nisi*. Præpositio *in ante Siciliam* deest in  $\chi$  1.—8 *Pietatem* non est in C. Mox pro *judices*, in septem Oxon. MSS. cum aliis nonnullis et edd. vett. legitur *videlicet*. Panlo infra, in  $\chi$  3. est *ros robiscum*: in C  $\psi$  *nos nobiscum*.—9 Lamb. in ed. 1566. ita dedit: *metuit, ne eam ipse non posset*. Pro *ut C habet utique*: *pro ipse C ipsum, H ipse non*; *pro posset*  $\varsigma$   $\chi$  1. 3.  $\psi$  *non posset*.—10 Iterum ed. Lamb. De Ern. suspicione Schütz. delevit voc. *iter*. Tum in C S *Dibone*. Pro *petere* in C legitur *patere*. Ita Pantagathus hunc locum emendavit: *Tum, cons. rep. mut. terra Vibone Brundisium petere contendi*.—11  $\chi$  3. omisit *verba terra . . . maritimos*. Denique in H est *præcluserat*.

CAP. XLI. 12 Voc. *illa* omittitur in Franc. 1. Tum in C est *Dibone*.

#### NOTÆ

opera sæpius usus esset, eum tamen insulæ aditu prohibuit.

<sup>u</sup> *Mei fratriis collegia*] Virgilins Quinti Ciceronis collega fuit in prætura.

<sup>s</sup> *A Vibone Brundisium*] Vibo oppidum est Lucaniæ ad fretum, quod

prius Hippo dicebatur, ut ait Pomp. Mela, lib. II. Brundisium vero oppidum est in Calabria, portu celebre, quo ex Italia in Epirum navigatur.

<sup>y</sup> *In fide mea*] A quo tempore Cicero in Sicilia fuit quæstor, se patrum semper Siculorum exhibuit.

iter mihi tutum,<sup>13</sup> multis minitantibus, magno cum suo metu præstiterunt. Brundisium veni, vel potius ad mœnia accessi.<sup>14</sup> Urbem unam mihi amicissimam declinavi, quæ se vel potius excindi, quam, e suo complexu ut eriperer, facile pateretur. In hortos me M. Lenii<sup>15</sup> Flacci<sup>z</sup> contuli; cui cum omnis metus, publicatio honorum, exilium, mors proponeretur, hæc perpeti, si acciderent, maluit, quam custodiam mei capititis dimittere. Hujus<sup>16</sup> ego, et parentis ejus, prudentissimi atque optimi senis, et utriusque filii manibus,<sup>17</sup> in navi tuta ac fideli collocatus, eorumque preces et vota de meo reditu exaudiens, Dyrrachium,<sup>18a</sup> quod erat in fide mea, petere contendi. 98. Quo cum venissem, cognovi, (id quod audieram) refertam esse Græciam<sup>19</sup> sceleratissimorum hominum<sup>b</sup> ac nefariorum; quorum impium ferrum ignesque pestiferos<sup>c</sup> meus ille consulatus e manibus extorserat:<sup>20</sup> qui antequam de meo adventu audire potuissent, (cum tantum abessent<sup>1</sup> aliquorum dierum viam) in Macedoniam, ad Planciumque perrexi. Hic vero simul



Deinde H omisit verbum *judices*.—13 *Tunc iter mihi tutum* Ms. Teeg. *tunc mihi iter tutum* ed. 1480. et Junt. *tunc iter tutum* HS, ed. Rom. Ven. et Crat. *tum iter tutum* C x 1. ψ : *tunc michi tutum* T x 3.—14 Ms. Teeg. omisit verbum *accessi*. Paulo infra Weiske e conjectura dedit *potius vel excundi*, probante Orellio. Schutz ita edidit e conjectura : *qua se vel excundi, quam, e suo comp. ut erip. facilius pateretur.* Pro *qua* e in σ *qua est*.—15 In C Leni. Mox in endem Ms. legitur *mors præponeretur*. *Tum in* χ 3. *si haec acciderent.*—16 Ms. Teeg. *Cujus.* Pro *ego et in* χ 3. *est ergo ut.*—17 In Ms. Erf. Teeg. ed. Græv. et Orell. *optimi senis, et fratris, et utriusque filiorum* (Erf. *filiī*) *manibus:* edd. vett. ante Græv. eum Weiske *optimi senis, et utriusque filiorum manibus:* Schutz *optimi senis et fratris utriusque filiorum manibus, improbaute Orellio.*—18 In C x 3. *Durachium.*—19 In C *Graciam.* *Tum pro hominum in* ψ *virorum.*—20 In H *extorserat.*—1 Ex auctoritate Ms. Teeg. Orellius legit *tamen abessent*, ut est quoque in C: *ceteri, cum Lamb. et Oliv. tum abessent.* ψ *dedit abesset.* *Tum pro aliquorum, in tribus eodd.* Oxon. Erf. Teeg. Lamb.

## NOTÆ

<sup>z</sup> *In hortos M. Lenii Flacci*] Flacci villa hortis erat nobilis.

<sup>a</sup> *Dyrrachium*] Dyrrachium est urbs in Epiro contra Calabriam, Epidamus olim; ab Epidamo, rege barbarorum, condita et nominata.

<sup>b</sup> *Sceleratissimorum hominum*] Eos

indicat qui fuerant e Catilinæ coniuratione.

<sup>c</sup> *Ignesque pestiferos*] Romam illi conjurati flammis excendere voluntarant, a quibus per Ciceronem erupta est.

atque me mare transisse cognovit, (audi, audi,<sup>2</sup> atque attende, Laterensis, ut scias, quid ego Plancio debeam, confiteare-que<sup>3</sup> aliquando, me, quod faciam, et grata, et pie facere; huic, quae pro salute mea fecerit, si minus profutura sint,<sup>4</sup> obesse certe non oportere :) nam, simulac me Dyrrachium attigisse audivit, statim ad me, lictoribus dimissis,<sup>5</sup> insig-nibus abjectis, veste mutata, profectus est. 99. O<sup>6</sup> acer-bam mihi, judices, memoriam temporis illius et loci, cum hic in me incidit,<sup>7</sup> cum<sup>8</sup> complexus est, conspersitque la-crymis, nec loqui præ mœrore potuit! o rem, cum auditu crudelem, tum visu nefariam!<sup>9</sup> o reliquos omnes dies noctesque eas, quibus iste a me non recedens, Thessalonicanam<sup>10</sup> me, in<sup>8</sup> quæstoriūque<sup>8</sup> perduxit! Hic ego nunc de præ-tore Macedoniæ nihil dicam amplius, nisi, eum et civem optimum semper, et mihi amicum fuisse;<sup>9</sup> sed eadem ti-muisse, quæ ceteros: Cn. Plancium fuisse<sup>10</sup> unum, non qui minus timeret; sed, si<sup>11</sup> acciderent ea, quæ timerentur,

.....

Græv. Oliv. Lall. Weiske et Orell. legitur *aliquot*.—2 Omiserunt alterum audi Steph. in contextu, Lamb. et Weiske. Paulo infra, in T est *Laterenensis*. Deinde χ 1. habet *qui ego*.—3 In C consideraque: in T *confiteare*. Paulo post in C T *quid faciam*. In edd. vett. nonnullis, cum Lamb. et Weiske, hic locus ita editur: *aliquando, quod faciam me et grata, &c.* Ed. Junt. omisit *co-pulativam partielam et*.—4 In C essent: in σ sunt. Mox pro *lictoribus* C ha-bet *litoribus*. Tum in ψ est *insig. adjectis*. Dein in T *profecta est*.—5 O deest in χ 3. Actutum verbum *judices* non est in C. Infra, pro *hic in me* ψ dedit *mihi in me*.—6 Voc. *cum omittitur in σ σ* χ 1. 3. Ms. Tceg. Lamb. Oliv. et Weiske. Actutum Franc. 1. habet *adspersitque*. Deinde in χ 3. ne *loqui*. Pro *cum auditu* in C H, Franc. 1. et ed. Schntz, *tum auditu*.—7 χ 3. omisit *verba O . . . nefariam*. Mox O *reliquas* legitur in χ 1. et edd. ante Lamb. Seq. verbum, *omnes*, in ψ deest. Deinde in Franc. 1. est *a me iste*.—8 H omisit *præpositionem in*. Tum Ms. C et Junt. habent *in quæstoriū*. In T est *perduxi: in ψ produxit*. Paulo post, χ 3. legit *de præt. Macedone*.—9 In H verbum *fuisse* deest.—10 Verba *sed . . . fuisse* non sunt in T χ 3. Non, ante *qui*, χ 1. abest.—11 E conjectura Ursini Lamb. in ed. 1584. dedit *sed qui, si*.

## NOTÆ

<sup>d</sup> *Lictoribus dimissis*] Ex hoc loco patet quæstores in provincia lictores habuisse, sed senos tantum; quos ho-noris causa dimisit, cum Ciceroni obvius venit.

<sup>e</sup> *In me incidit*] Plancius accessit ad eum cum magna amoris significa-

tione.

<sup>f</sup> *Thessalonicanum*] Urbs Macedoniæ fuit Thessalonica.

<sup>g</sup> *Quæstoriū*] Quæstoriū domus quæstoris, sicut prætorium domus prætoris dicitur.

mecum ea subire et perpeti vellet. 100. Qui, cum ad me<sup>12</sup> L. Tubero,<sup>b</sup> meus necessarius, qui fratri meo legatus suisset, decedens ex Asia venisset, easque insidias, quas mihi paratas ab exilibus conjuratis audierat,<sup>13</sup> animo amicissimo detulisset; in Asiam me ire (propter ejus provinciae mecum<sup>14</sup> et cum meo fratre necessitudinem) comparantem, non est passus: vi me, inquam,<sup>15</sup> Plaucius, et complexu suo retinuit, multosque menses a capite meo non discessit, abjecta quæstoria persona, comitisque sumta.

XLI. 101. O excubias<sup>i</sup> tuas,<sup>16</sup> Cn. Planci, miseras! o flebiles vigilias! o noctes acerbas! o custodiam etiam mei capitis infelicem! si quidem ego tibi vivus<sup>17</sup> non prosum, qui fortasse mortuus profuissem. Memini enim, memini, neque unquam obliviscar<sup>18</sup> noctis illius, cum tibi vigilanti, assidenti, mœrenti, vana quædam miser,<sup>19</sup> atque inania, falsa spe inductus, pollicebar; me, si essem in patriam<sup>20</sup> restitutus, præsentem tibi gratiam relaturum: sin autem vitam mihi sors<sup>j</sup> ademisset, aut vis aliqua major redditum



*Pro subire in C est subiret.—12 In C a me et.—13 In H conjurationis: in ψ con-jurationis auderet. Tum ante animo, verba ad me adduntur in Ms. Teeg.—14 In σ χ 1. 3. Ms. Erf. Franc. 1. et edd. ante Grut. legitur metum: in C H S T me tum. Sequens verbum, et, in T deest. Pro comparantem in ed. Lamb. est comparatam. In edd. vett. nonnullis hic loens ita editur: propter ejus pro-vincia metum, et cum meo fratre necis insidias comparatas.—15 In Franc. 1. est vi me, vi me, inquam, probante Græv. Orellius maluit legi vi me, vi, inquam. Paulio infra, in σ est abjectit quæstoria. Posterius verbum in C omittitur. De-nique pro comitisque in σ comitiisque.*

CAP. XLII. 16 Verbum tuas hand agnoscit C: qui Ms. cum T χ 3. et ed. Junt. paulo infra omittit etiam ante mei.—17 In χ 3. minus. Mox prosim est in ed. Rom. Ven. Crat. et Nang. Verba ego... mortuus desunt in Ms. C. Tum pro profuissem in H ψ defuisse: in T fuisse. —18 In H σ χ 1. obli-visor. Ante noctis pronomen tue inseritur in σ χ 1. ψ, codd. nonnullis Steph. ed. Rom. Ven. et Junt. In χ 3. scribitur meæ noctis. Deinde pro vigilanti in C est rigilatim: pro mœrenti in ψ meriti.—19 In H varia quædam miser: in C ψ vana quædam misera. Tum C H habent atque inani.—20 In χ 1. ψ in pa-tria. Mox pro gratiam, Ms. Erf. Teeg. et Græv. habent gratias, probante Grutero. Tum in T est si autem: in C sin mihi. Statim post, vitam in σ, mihi in C omittuntur.—1 In quatuor Oxon. MSS. Erf. Teeg. Lamb. Lall.

## NOTÆ

<sup>b</sup> L. Tubero] Tubero Ciceronis propinquus fuit, nam eum ita appellat in oratione pro Ligario.

<sup>i</sup> O excubias] Perorationem incipit per vehementem exclamacionem ad commiserationem excitaundam.

peremisset; hos, hos (quos enim ego tum alios animo intuebar?) omnia<sup>2</sup> tibi illorum laborum præmia pro me persoluturos. Quid me aspectas? quid mea promissa repetis? quid meam fidem imploras? nihil tibi ego tum de meis opibus pollicebar, sed de horum<sup>3</sup> erga me benevolentia<sup>3</sup> promittebam: [p. 281.] hos pro me lugere, hos gemere, hos decertare pro meo capite, vel vitæ periculo velle videbam: de eorum desiderio,<sup>4</sup> luctu, querelis quotidie aliquid tecum simul audiebam: nunc timeo, ne nihil tibi, præter lacrymas, queam reddere, quas tu in meis acerbitatibus plurimas effudisti. 102. Quid enim possum aliud,<sup>5</sup> nisi mœrere? nisi flere? nisi te cum mea salute complecti? salutem tibi iidem dare possunt, qui mihi reddiderunt. Huc exsurge tamen,<sup>1</sup> quæso:<sup>6</sup> retinebo et complectar: nec me solum deprecatorem fortunarum tuarum,<sup>7</sup> sed comitem sociumque profitebor: atque (ut spero) nemo erit tam crudeli animo, tamque inhumano, nec tam immemor,<sup>8</sup> non dicam meorum in bonos meritorum, sed bonorum in me, qui a me mei servatorem capitis divellat, ac distrahat. Non ego meis ornatum beneficiis a vobis deprecor,<sup>m</sup> judices,<sup>9</sup> sed

\*\*\*\*\*

Oliv. et Orell. legitur *fors.* Mox voc. *hos* hanc repetitum est in Franc. 1. Tum H omisit enim. Pro *alios* C T χ 3. *aliquos*: H *alio*.—2 Ante *omnia* H inseruit et. Dein in C χ 1. est per me persol. Pro *mea* *promissa* χ 3. dedit *me in fidei*. Verbum *tibi* ante *ego* non est in H. Porro in C H T 5 χ 1. et Franc. 1. scribitur *eorum erga me*.—3 In Ms. Erf. hic loens ita datur: *sed de horum ego benevolentia*: in edd. vett. cum Lamb. *sed horum erga me benevolentiam*: al. *sed horum ego benevolentium*. Mox 5 χ 1. omittunt verba *ros* *gemere*. Tum in ψ *vel jure periculo*.—4 In Ms. Erf. Teeg. Lamb. Weiske, et Orell. legitur *de horum des.* Pro *desiderio* in C est *considero*. Paulo infra ψ habet *propter lacrymas*.—5 In χ 3. *aliquid*. Verba *cum mea salute* delevit Schutz. Deinde in C est *qui me redd*.—6 In Ms. Erf. Teeg. Paris. Græv. Lall. Schutz. et Orell. legitur *Te tamen*, (*exsurge, quæso*) *ret.* &c. In ed. Lamb. Nunc, *exsurge tamen quæso*. In Franc. 1. *Huc tandem exsurge, quæso*. Pro *Huc* χ 3. dedit Nec.—7 *Tuarum* in C deest: in χ 1. est *meorum*. Tum ψ omittit *ut* *dicit Nec*.—8 In H est *neque tan memor*: in 5 nec *immemor*. Statim post, in edd. vett. ante Lamb. *meorum non dicam*. Deinde H omittit verbum *capitis*.

#### NOTÆ

<sup>k</sup> *Sed de horum*] *Judicium*, qui sedent in hoc iudicio, benevolentiam ait Plancio se pollicitum fuisse, quam summam in se cognoscebat.

<sup>1</sup> *Exsurge tamen*] Scdebat rens in minori subsellio prope suum oratorem.

<sup>m</sup> *Deprecor*] Non cupit precando

custodem salutis meæ: non opibus contendō, non auctoritate, non gratia; sed precibus, sed lacrymis, sed misericordia: mecumque<sup>10</sup> vos simul hic miserrimus et optimus obtestatur parens, et pro uno filio duo patres<sup>11</sup> deprecamur. 103. Nolite, judices, per vos, per fortunas vestras, per liberos vestros,<sup>12</sup> inimicis meis, his præsertim, quos ego pro vestra salute suscepī, dare lætitiam, gloriantibus vos<sup>13</sup> (jam oblitos mei salutisque ejus, a quo mea salus conservata est) hostes extitisse: nolite animum meum debilitare tum luctu, tum etiam metu<sup>14</sup> commutatae vestræ voluntatis erga me: sinite me, quod vobis fretus huic sæpe promisi, id a vobis ei persolvere. 104. Teque, C. Flavi,<sup>14°</sup> oro et obtestor, (qui meorum consiliorum in consulatu socius, periculorum particeps, rerum, quas gessi, adjutor fuisti; meque non modo salvum semper, sed etiam ornatum, florentemque esse voluisti) ut mihi per hos<sup>15</sup> conserves eum, per quem me tibi et his conservatum vides. Plura ne dicam, tuæ me etiam<sup>16</sup> lacrymæ impediunt vestræque, judices, non solum meæ: quibus ego, magno in metu meo, subito inducor

<sup>z</sup> Per vos.



—9 In χ 3. judicibus.—10 In C H mecum. Tum & χ 1. 3. ψ, edd. vett. ante Græv. eum Weiske, non habent hic ante miserrimus. Porro in χ 1. legitur duos patres.—11 E conjectura Garaton. Orellius dedit per, vos, fortunas, per liberos vestros: Erf. et Græv. per vos, per fortunas, per liberos vestros: edd. vett. ante Græv. per vos, per fortunas vestras, per liberos, omisso restros: quam lectionem recepit Weiske, nisi quod habet et per liberos. Actutum iis præsertim scribitur in Ms. Teeg. Junct. Steph. Lamb. Weiske et Orellio.—12 Voc. vos non est in & χ 1. Post oblitos ed. Lamb. inseruit esse. Tum pro salutisque in quinque MSS. Oxon. Teeg. ed. 1472. Ven. 1480. 1483. eum Orellio, est salutis.—13 Pro etiam metu in C est teste. Verbum metu non est in ψ. Pro vestræ C habet metu. Dein in ψ est restræ voluntates.—14 E conjectura Garaton. Orell. dedit C. Flare. Mox pro consulatu in χ 1. est senatu.—15 In C per eos: qui Ms. paulo infra omisit et post tibi. Pro conservatum in & est consulatum: in ψ servatum. Ante rudes Ms. C inseruit esse.—16 In C tuæ e

#### NOTÆ

absolvi Plancium, quasi suis beneficiis civem ornatum, sed custodem salutis suæ.

<sup>n</sup> Duo patres] Plancius pater, et ipse Cicero, ratione nempe officii et

aetatis ejus parens, pro Plancio filio deprecantur.

<sup>o</sup> C. Flari] Flavius huic præsidebat judicio.

in spem, vos eosdem<sup>17</sup> in hoc conservando futuros, qui fureritis in me; quoniam istis vestris lacrymis de illis recor-dor, quas pro me sæpe et<sup>18</sup> multum profudistis.



*et.—17 Vos in eosdem legitur in C: qui Ms. pro qui fureritis dedit qui futuris.  
—18 Ms. C omisit et. Pro multum Garat. conjectit multas. Denique in χ 1.  
est multum profudisti: in χ 3. multum profugisti.*

## M. TULLII CICERONIS

### P R O P. S E X T I O †

#### ORATIO XXXII.

---

#### ARGUMENTUM.

P. Sextius tribunus plebis fuit, P. Lentulo Spinthiere et Q. Metello Celer consulibus. Is cum esset Ciceronis et optimatum omnium amantissimus, totum tribunatum sum et ad Ciceronem restituendum et ad perniciousas leges impediendas contulit. Quæ res parum absuit, quin ei summam perniciem afferret. Nam cum primo, senatusconsulto de revocando Cicerone facto, Fabricius tribunus pl. viii Kal. Febr. rostra condescendisset, ut ad' populum de eadem re ferret, operæ Clodianæ impetum in eum fecerunt, ut eum de rostris dejicerent; et orta utrimque pugna, magna cædes facta est: deinde cum Q. Metellus in templo Castoris cum populo ageret, et legem aliquam ad populum ferret, Sextiusque eam perniciosa existimans, descendisset, eique obnuntiavisset, iterum vis a Clodianis orta est, qua ipse pâne Sextius est deletus. Harum rerum culpam cum in Sextium conferre Clodiani cuperent, eum proximo anno lege Lutatia reum de vi fecerunt. In quo pericolo cum præter alios Hortensius et Cicero subvenissent, eumque orationibus defendissent, absolutus est judicem sententiis. Defensionis autem Ciceronianæ hæc est ratio, ut, qualis Sextius inde a pueritia, in primisque in tribunatu fuerit, commemoret, et quæcumque vis in foro et in templo Castoris versata sit, eam a Clodianis ortam esse ostendat. Et quoniam accensator Sextii quædam etiam in Ciceronem dixerat, in primisque, quænam esset illa optimatum natio, per ludibrium ex Cicerone quæsierat; hac occasione arrepta, fuse et graviter, qui sint optimates et populares, docet, et simul ostendit, populum Romanum etiam nunc in comitiis, concionibus, ludisque significare, magis sibi optimates quam populares placere.



† [*Pro P. Sextio*] Pal. 2. ac 9. item Erf. et Gembl. hunc hominem semper appellant *Sestium*; ut etiam liber S. Victoris: adeo ut sic rescribendum

1. 1. [Ed. Ald. p. 3.] **S**i quis antea, judices, mirabatur, quid esset, quod, pro tantis opibus<sup>1</sup> reipublicæ, tantaque dignitate<sup>2</sup> imperii, nequaquam satis multi cives forti<sup>3</sup> et magno animo invenirentur, qui auderent se et salutem suam<sup>4</sup> in discrimen offerre pro statu civitatis, et pro communi libertate; ex hoc tempore miretur potius, si quem bonum et fortem civem<sup>4</sup> viderit, quam si quem aut timidum, aut sibi potius, quam reipublicæ consulentem.<sup>5</sup> Nam, ut omittatis de uniuscujusque casu cogitando recordari, uno aspectu intueri potestis, eos,<sup>a</sup> qui cum senatu, cum bonis omnibus, rempublicam afflictam excitarint, et latrocinio domestico liberarint, mœstos, sordidatos,<sup>b</sup> reos, de capite, de fama, de civitate, de fortunis, de liberis dimicare;<sup>6</sup> eos autem, qui omnia divina et humana violarint, vexarint,<sup>7</sup> perturbarint, everterint, non solum alacres lœtosque volitare,<sup>b,c</sup> sed etiam voluntarios<sup>d</sup> fortissimis<sup>e</sup> atque optimis civibus periculum moliri,

<sup>a</sup> Cum tantæ sint opes reipublicæ, tantaque dignitas.

<sup>b</sup> Incedere alacriter et superbe.



videatur: ut fecit P. Victorius. Annotatum tamen Cl. Puteano scribendum *Sextio*, quoniam sit familiae plebeiae: *Sestium enim notare patriciam.*<sup>f</sup> *Grut.* ‘In Mediol. ed. legitur *Sextio*; sed in Franc. 1. *Sextio.*’ Græv. Vulg. *Sextio.*

**C**AP. I. 1 Dresd. *quod tantis opibus*, sine præpositione. Mox, C *dign. r.* (*i. e. Romani*) *imperii.*—2 H S χ, Ven. 1483. Junt. Lamb. *fortes.*—3 In ψ *de-* *suan.*—4 Dresd. *virum.*—5 Hervag. *consultum.* Mox, χ *ut omittamus.*—6 Ern. e conjectura cum Schutz. *dimicare.* Ceteri *dimicantes.*—7 Hervag. *vex., viol.*—8 T, Dresd. Franc. 1. Pall. Ms. Car. Steph. Ven. 1480. Hervag. Schutz. *omittunt voluntarios*, quod Orell. nucis inclusit. In ed. Junt. *volun-*

## NOTÆ

<sup>a</sup> *Intueri potestis eos]* Intelligit Sextini et Milonem: Sextum qui modo reus adducitur in judicium; Milonem, cui Clodius diem dixit, quod gladiatoriibus rempublicam obsedisset: non sperabat autem Clodius Milonem condemnatumiri, quia patronos magnos, et Pompeium maxime habebat; sed eum in judicium vocavit, ut per hanc causam, et Milonem oppugnaret, et patronos ejus vexaret.

<sup>b</sup> *Sordidatos]* Qui rei vocabantur in judicium, una cum amicis sordidis vestibus et maculatis aderant, quo judices ad misericordiam inflecterent.

<sup>c</sup> *Lætos volitare]* Læti dicuntur volitare, quia superbe incedunt.

<sup>d</sup> *Voluntarios]* Voluntarios, id est, nulla causa impulsos, sed sua voluntate adductos.

<sup>e</sup> *Fortissimis]* Pompeio insidias struxit Clodius, quia in gradibus palati per sicarinnū eum occidere volu-

de se nihil timere. 2. In quo cum multa sint<sup>9</sup> indigna, tum nihil minus est ferendum, quam quod jam non per latrones<sup>f</sup> suos,<sup>10</sup> non per homines egestate et scelere perditos, sed per vos<sup>g</sup> nobis, per optimos viros optimis civibus,<sup>11</sup> periculum inferre conantur: et, quos lapidibus,<sup>h</sup> quos ferro,<sup>i</sup> quos facibus,<sup>k</sup> quos vi, manu, copiis<sup>l</sup> delere non potuerunt, hos<sup>12 m</sup> vestra auctoritate, vestra religione,<sup>n</sup> vestris sententiis se oppressuros arbitrantur.<sup>13</sup> Ego autem, judices, quia,<sup>14</sup> qua voce mihi in agendis gratiis, commemorandoque eorum, qui de me optime sunt meriti,<sup>o</sup> bene-

\*\*\*\*\*

*tario.* Ern. conjectit Ciceronem scripsisse *ultra*, prob. Garaton.—9 C H S T X, Ven. 1483. Junt. Hervag. Ern. *sint.* Ceteri *sunt*.—10  $\psi$  *jam per latrones*, omissis vocibus *non et suos*.—11 *Pro viros*, x habet *cires*, et pro *civibus* Dresd. *viris*.—12 C *hoc*.—13 Dresd. *arbitrentur*.—14 *Quia*, auctoritate Ms. Hoto-

#### NOTÆ

it, qui cum sica deprehensus est.

<sup>f</sup> *Per latrones*] Latrones sive latruncoli dicebantur, quibus publice decretum indictumque bellum non fuerat, cum tameu hostiliter grassarentur.

<sup>g</sup> *Sed per vos*] Apud judices vocabant quasi reos capitis, quos cives optimos noverant.

<sup>h</sup> *Quos lapidibus*] De semetipso loquitur: cum enim, mutata veste, ut reus sordidatus, populo supplicaret, Clodius illi omnibus vicis occurrebat, stipatus hominibus contumeliosis, qui petulanter mutationem vestis, et habitum ejus exagitabant, multisque locis luto et lapidibus in eum conjectis, supplicationes impediabant.

<sup>i</sup> *Quos ferro*] Plutarchus refert, cum senatus freqnens mutandam vestem pro Cicerone censuisset, Clodium tunc fuisse in curia cum armis, et senatores non paucos e senatu, vestibus discisis, et clamore sublatto, se propriusse.

<sup>k</sup> *Quos facibus*] Domum Ciceronis incendit Clodius, et Milonis aedes oppugnavit.

<sup>l</sup> *Quos vi, manu, copiis*] Cum lex de Cicerone revocando ferretur ad populum, acceptis a fratre Appio gladiatoriis, impetu in multitudinem facta, multos vulneravit Clodius, multos occidit. In foro tribuni vulnerati sunt, et Q. Cicero inter cadavera tanquam mortuus jacuit. Vide Dion. lib. xxxix. et Plut. in Cic.

<sup>m</sup> *Hos*] Arbitrati sunt illi cives seditionis, se, vocando in judicium, perdituros Milonem et Sextium. Unde Sextius ab Albinovano de vi accusatus est lege Lutatia: quæ nempe a Q. Lutatio Catulo consule cum Mario, A. U. C. 651. lata est, ut de seditionis civibus quotidie, etiam diebus festis, iudisque publicis quareretur: Milo vero a Clodio adeste curvilli ad judicium vocatus est.

<sup>n</sup> *Vestra religione*] Jurati judices sententiam ferebant: quare teneri religione censebantur.

<sup>o</sup> *Optime sunt meriti*] Octo tribuni plebis, inter quos potissimum fuit Sextius, legem de Ciceronis reditu promulgarunt ex senatusconsulto.

ficia,<sup>15</sup> esse utendum putabam, ea nunc uti cogor in eorum periculis depellendis; iis potissimum vox hæc serviat,<sup>16</sup> quorum opera et mihi, et vobis, et populo Romano restituta est. II. 3. Et, quanquam a Q. Hortensio,<sup>17</sup> p clarissimo viro atque eloquentissimo, causa est P. Sextii perorata, nihilque ab eo prætermissum est,<sup>18</sup> quod aut pro republica conquerendum fuit, aut pro reo disputandum; tamen aggrediar ad dicendum, ne mea propugnatio ei potissimum defuisse videatur, per quem est perfectum, ne ceteris civibus deesset.<sup>19</sup> Atque ego sic statuo, judices, a me<sup>20</sup> in hac causa, atque hoc extremo dicendi loco,<sup>9</sup> pietatis potius, quam defensionis; querelæ, quam eloquentiae; doloris, quam ingenii partes esse susceptas. 4. Itaque, si aut acris egero, aut liberius, quam qui ante me dixerunt; peto a vobis, ut tantum orationi meæ concedatis, quantum et pio dolori et justæ iracundiaæ concedendum putetis: neque enim officio<sup>1</sup> conjunctior dolor ullius esse potest, quam hic meus, susceptus<sup>2</sup> ex hominis, de me optime meriti, periculo: neque iracundia magis ulla<sup>3</sup> laudanda,

manni et Pariss. addiderunt Lallem. Ern. Schntz. Ceteri omittunt.—15 Beneficio omnes MSS. et edd. præter Franc. I. Barb. Græv. Ern. et Schntz. qui habent beneficia. Vid. Nott. Varr. In Dresden. commemorando eorum, qui optimi de me sunt meriti beneficio: in ed. Hervag. optime de me. Mox, putari C T. Franc. I. putati et ψ.—16 Lamb. scrit.

CAP. II. 17 C T ψ ab Hortensio. In Franc. I. Dresden. Quæ quang. ab Hortensio. Mox, x causa est Sextii peror. Franc. I. Dresden. causa est publice peror.—18 Ern. censem est delend.—19 ψ deessem.—20 Verba a me aliunt a Franc. I. Dresden. quatuor Oxon. MSS. et edd. vett. quæ exhibent, judices in hac causa atque in exercitatione dicendi a me locum pietatis pot. quam def. querelam, quam eloquentiam. In Franc. I. et Dresden. atque exercitatione (Dresd. cætione) dicendi locum. Tum, Franc. I. querelam quam eloquentiam: C H T x ψ. Dresden. querelam quam eloquentiae. Pro hoc extremo C x ψ exercitio; H in exercitio; T in exercitatione. Porro, locum H: a me locum C T x ψ.—1 Neque off. H S x: Nunquam off. C T ψ, Franc. I. Neque enim unquam Crat. Mox, H dolor illius: C T ψ, Franc. I. Dresden. et edd. vett. dolor ullus.—2 In Franc.

## NOTÆ

<sup>p</sup> A Q. Hortensio] De eo jam dictum in Divin. in Verrem.

<sup>q</sup> Hoc extremo dicendi loco] Cum plures ad eandem causam agendum oratores assumehantur; extremus di-

cendi locus semper Ciceroni relictus est: unde de se in Oratore sic testatur; ‘in quo ut viderer excellere, non ingenio, sed dolore, assequebar.’

quam ea, quæ me <sup>4</sup> inflammat eorum scelere, qui cum omnibus salutis meæ <sup>5</sup> defensoribus bellum esse sibi gerendum judicaverunt. 5. Sed, quoniam singulis criminibus <sup>7</sup> ceteri responderunt, dicam ego de omni statu P. Sextii,<sup>6</sup> de genere vitæ, de natura, de moribus, de incredibili amore in bonos, de studio conservandæ salutis communis atque otii; contendamque, si modo id consequi potero,<sup>7</sup> ut in hac confusa atque universa defensione,<sup>8</sup> nihil a me, quod <sup>8</sup> ad vestram quæstionem; nihil, quod ad reum; nihil, quod ad rempublicam pertineat, prætermissum esse videatur. [p. 4.] Et, quoniam in gravissimis temporibus civitatis, atque in ruinis eversæ atque afflictæ reipublicæ, P.<sup>9</sup> Sextii tribunatus est a fortuna ipsa collocatus; non aggrediar ad illa maxima atque amplissima, prius quam docuero, quibus initis ac fundementis <sup>10</sup> hæ tantæ summis in rebus laudes excitatæ sint.

III. 6. Parente P. Sextius natus est, judices, homine, ut plerique meministis, et sapiente, et sancto, et severo; qui, cum tribunus plebis primus <sup>11</sup> inter homines nobilissimos <sup>12</sup> temporibus optimis factus esset, reliquis honoribus non tam uti voluit, quam dignus videri. Eo auctore duxit honestissimi et spectatissimi viri, C. Albini, filiam; <sup>x</sup> ex qua

<sup>c</sup> Magistratibus.

1. et Dresd. deest susceptus, non improb. Grævio.—3 χ non habet ulla.—4 ψ ne caret.—5 Junt. meæ sal. et mox gerendum sibi.—6 H Sestii.—7 Junt. assequi pot. Pro confusa χ causa.—8 H nihil quod ad me.—9 χ prænomen omittit.—10 In ψ init. aut fund. Mox, exortæ sunt H S χ, edd. Rom. Ven. 1480. 1483. Junt.

CAP. III. 11 C ψ temp. opportunis. Pro factus χ ψ statutus.—12 ψ etiam

#### NOTÆ

<sup>r</sup> Sed quoniam singulis criminibus]

Propositionem hic facit totius orationis, in qua non tam de criminibus objectis, quoniam jam ab aliis oratoribus et Hortensio maxime refuta sunt; quam de tota ejus vita et moribus dicendum statuit.

<sup>s</sup> Confusa atque universa defensione]

Confusam defensionem vocat, quia non est ejus criminis propria, sed generalim ad omnem Sextii vitam

pertinet.

<sup>t</sup> Primus] Qui longe plura ceteris suffragia in sortitione magistratum tulerat, primus omnium renuntiabatur.

<sup>u</sup> Inter homines nobilissimos] Quamvis esset e plebeis Sextius, tamen fuit e familia consulari. Refert enim Livius lib. vi. Lucium Sextium de plebe primum consulem factum esse.

<sup>x</sup> Albini filiam] Albinius senator

bic est puer, et nupta<sup>12</sup> jam filia. Duobus his gravissimæ antiquitatis viris sic probatus fuit, ut utriusque eorum et carus<sup>13</sup> maxime et jucundus esset. Ademit Albino socii nomen<sup>14</sup> mors filiae, sed caritatem<sup>15</sup> illius necessitudinis et benevolentiam non ademit. Hodie sie hunc diligit,<sup>16</sup> ut vos<sup>17</sup> facillime potestis ex hac vel assiduitate ejus, vel sollicitudine et molestia, judicare. 7. Duxit uxorem,<sup>18</sup> patre vivo, optimi, at calamitosissimi<sup>2</sup> viri filiam, C. Scipionis. Clara in hoc P. Sextii pietas extitit,<sup>19</sup> et omnibus grata, quod et Massilium<sup>a</sup> statim profectus est,<sup>20</sup> ut soecrum videre consolarique posset, fluctibus reipublicæ<sup>b</sup> expulsum, in alienis terris jacentem, quem in majorum suorum<sup>c</sup> vestigiis stare oportebat;<sup>1</sup> et ad eum filiam ejus ad-

---

nupta. Mox, in C T, Franc. Dresd. Pal. 3. 4. 5. 8. Car. Steph. Crat. his deest. Tum, gravissimis habent C H S χ ψ, Franc. I. Dresden, et edd. pleraque ante Grut. Lambinus edidit gravissimis ac sanctissimis viris.—13 C ψ et Car. Steph. utrique eorum ut et carus, nisi quod ψ uterque.—14 Alb. ceterum nomen Gembl. et Ms. Vict. Alb. ceterorum nomen Pal. 9.—15 H caritatis. Mox, Lamb. benevolentie.—16 χ si hunc dil. Excidisse h. l. quædam censem Ern. Verba Hodie sic hunc dil. Schutz. uncis inclusi.—17 ψ et ros. Tum, H S χ possitis.—18 Schutz. conjectit legend. Alteram duxit ux. ‘Patre vivo] Hoc quorsum pertineat, non intelligo, nisi forte ex aliquo libro veteri addi possit atque auctore.’ Græv. Tum, Ern. et Schutz. e conjectura Robortelli reepperunt opt. at calam. Ceteri opt. et calam. Ante filiam, quod in C deest, T ψ addunt Sumni. Denique, Hervag. Nang. Lamb. habent L. Scipionis.—19 ψ in hac, et H χ pietas extat. In C T deest copula ante omnibus.—20 H χ proiectus sine est. Mox, C possit. In ψ desunt verba proiectus . . . fluctibus

## NOTÆ

fuit, cuius ex filia natus est Sextius. Honestus porro dicebatur apud veteres illos Romanos, ut notat Asconius, vel qui dives et opulentus, vel qui non capite diminutus, aut infamis furerat.

<sup>2</sup> Ademit socii nomen] Ademit nomen socii filiae mors, quia novas nuptias contraxit Sextius, et uxorem accepit filiam Lucii Scipionis.

<sup>3</sup> Calamitosissimi] Calamitosus dicitur, quia desertus est a suo exercitu; et ejectus e patria Massilium venit; sive quod sibi timeret a Sulla, sive quod nollet redire Romanum pri-

vatus, ubi consul et imperator antea fuisset.

<sup>a</sup> Massilium] De hac urbe dictum est in orat. pro Font. § 3. not.

<sup>b</sup> Fluctibus reipublicæ] Allegoria sumta e nanfragio: significat autem bellum illud civile, quod Sullam inter et Marium exarsit.

<sup>c</sup> Majorum suorum] Sex ex illa clarissima familia fuere consulares; imperatores plurimi, qui suis victoriis et triumphis, non mediocriter nomen Scipionum, et Romanum, sed potissimum receptis Hispaniis, superato Hannibale, Antiocho devicto in Asia,

duxit, ut illo<sup>2</sup> insperato aspectu complexuque, si non omnem, at aliquam<sup>3</sup> partem mœroris sui deponeret; et maximis officiis et illius ærumnam, quoad vixit,<sup>4</sup> et filiae solitudinem sustentavit. Possum multa dicere de liberalitate, de domesticis officiis, de tribunatu militari,<sup>5</sup> <sup>d</sup> de provinciali in eo magistratu abstinentia;<sup>d</sup> sed mihi ante oculos obversatur reipublicæ dignitas, quæ me ad sese rapit,<sup>6</sup> hæc minora relinquere hortatur.

8. Quæstor hic<sup>e</sup> C.<sup>7</sup> Antonii, collegæ mei, judices, fuit sorte, sed societate consiliorum, meus. Impedior nonnullius officii, ut ego interpretor, religione,<sup>f</sup> quo minus exponam, quam multa ad me<sup>8</sup> detulerit,<sup>g</sup> quanto ante providerit. Atque ego de Antonio nihil dico, præter unum; nunquam illum in illo<sup>9</sup> summo timore ac periculo civitatis, neque communem metum<sup>b</sup> omnium, neque propriam non-

<sup>a</sup> *Moderatione.*

.....

reipublicæ. Paulo post, ψ omittit *terrīs*.—1 H oporteat.—2 H S χ ψ, Franc. edd. Rom. Ven. 1483. Junt. ille. Tum, *insp. affectu* MSS. nonnulli, Ven. 1480. Junt. Denique, C *amplexuque*.—3 C attamen aliq.—4 ψ quo adjunxit.—5 C T, Barb. Ald. Hervag. *de trib. militum*. Mox, pro verbis *in eo* χ *meo*. Tum, H *mag. et abst.*—6 *Ad rem rapit C: ad se rapit H S T*, Ven. 1483. Junt. Hervag.—7 C T ψ *p̄ænomeno* omittunt.—8 *Quanta ad me C H T*, Crat. Her. vag. Mox, χ *quanto prov.*—9 C H χ ψ, Car. Steph. Rom. Ven. 1483. *illum illo* sine *p̄æpositione*. Mox, pro *civitatis* C H χ ψ et Car. Steph. *societatis*. Tnm, C *nunquam comm.* et H *nec propr.* Postea, in H *tollere* deest. A Ms.

## NOTÆ

excisis Sagunto et Carthagine, illustrarunt.

<sup>d</sup> *De tribunatu militari*] Tribunorum fuit inter milites jns dicere, ex enbiis signum dare, vigilias, exercitia, munitiones, et alia id genus curare, legionisque pedites ita regere, ut nullus aliis plus posset, nec unus uni parti p̄æsset, et alter alteri; sed integræ legioni singuli: non simul tamen, sed per statas vices bini.

<sup>e</sup> *Quæstor hic*] Quæstores in comitiis creabantur. Hic autem Sextius, ut ait in Vatinium, omnium suffragiis factus est. Creati vero quæstores provincias sortiebantur. Huic

obtigit consularis provincia Macedonia, quam Antonius, Ciceronis collega in consulatu, administravit.

<sup>f</sup> *Religione*] Summa necessitudo esse debuit quæstori inter et pro consulem, ut dictum est in I. et III. Verr.

<sup>g</sup> *Quam multa ad me detulcrit*] Sextius multa retulit Ciceroni; nempe de Autonio, qui, repetundarum accusatus, defensus ab eo est.

<sup>b</sup> *Communem metum*] Antonius, referente Plutarcho, creditus est vulgo, propter aris alieni magnitudinem, propensissimus fuisse ad Catilinæ sequenda consilia. Unde sequenti-

nullorum de ipso suspicionem, aut inficiando tollere, aut dissimulando sedare voluisse. In quo collega sustinendo atque moderando,<sup>10</sup> si meam in illum indulgentiam, conjunctam cum summa custodia reipublicæ,<sup>11</sup> laudare vere solebatis; par prope laus P. Sextii esse<sup>12</sup> debet, qui suum ita<sup>13</sup> consulem observavit, ut et illi quæstor bonus, et vobis<sup>14</sup> omnibus optimas civis videretur. IV. 9. Idem, cum illa conjuratio ex latebris<sup>i</sup> atque ex tenebris erupisset, palamque armata volitaret, venit cum exercitu<sup>15</sup> Capuam;<sup>k</sup> quam urbem, propter plurimas belli opportunitates, ab illa impia et scelerata manu attentari<sup>e</sup><sup>16</sup> suspicabamur: et inde M. Aulanum, tribunum militum Antonii, Capua<sup>l</sup> præcipitem ejicit, hominem perditum, et non obscure Pisauri,<sup>m</sup>

<sup>e</sup> Invadi.



T absunt verba *nihil dico ... sedare voluisse*, et a Franc. *Atque ego de Antonio ... sedare voluisse*.—10 χ sust. aut mod. Dein, Grævius e Franc. et Dresd. edidit meam indulg. in illum.—11 Cum summo studio reip. S χ. edd. ante Ald. cum Lamb. Mox, in χ deest rere.—12 C non habet esse.—13 Ita suum Ven. 1483. Junt. Lamb.—14 ψ nobis.

CAP. IV. 15 Franc. et Dresd. verba *cum exercitu* omittunt.—16 Pro *attentari* C S χ *temptari*; H et Pall. aliquot *tentari*; ψ *ut tentati*, sed in marg. ‘al. *tentari*’ Tum, C *suspicabamus*; S χ ψ et al. *conspiciebamus*; al. *conspicabamus*. Verba *et inde* MSS. multi omittunt. Pro M. Aulanum S, Erf. Gembl. Lamb. C. Menulanum; T *meculanum*; χ C. Metulanum; Pall. 3. 4. 5. me Aulanum; Ms. Vict. C. Mevlulanum; ed. P. Manut. M. Aulanum; Ven. 1483. Junt. C. Mevlulanum; Pal. 8. *Meaulanum*, ascriptumque, ‘al. M. Au-lum’ Pantagathus M. Aulanum, qui post nomen Antonii addit *castra*, pro eo quod in MSS. est *Capua*. Pro *militum* T et Franc. 1. *militie*. Porro, H, Franc. 1. *Antronii*; et C T, Franc. 1. *Caput*. Denique, *projicit* χ, Ven. 1483. Junt. *egit* alii.—17 ψ *Pasauri*. Mox, H in illa alia *conj*. Verba hominem

## NOTÆ

bus proxime verbis in eo sustinendo suam laudat indulgentiam.

<sup>i</sup> *Cum illa conjuratio ex latebris*] Id est, cum patefacta fuisset conjuratio, deprehensis conjuratorum literis, quæ in senatu leetæ sunt, et conjecti fuissent in vincula aliquot conjurati, Sextius reipublicæ conservandæ operam dedit.

<sup>k</sup> *Venit cum exercitu Capuam*] Refertur a Sallustio Q. Pompeium prætorem Capuam senatus decreto mis-

sum esse, ut pro tempore exercitum compararet. Cicero tamen aperte testatur Sextium habuisse exercitum, qui fortasse jnssu consulis Antonii ei datus est.

<sup>l</sup> *Capua*] Capua urbinm Campaniæ nobilissima. Hanc a Capy Samnitum duce dictam fuisse, Livius scribit; Virgilius vero a Capy Æneæ comite conditam fuisse et appellatam, in Æneid. refert.

<sup>m</sup> *Pisauri*] Pisaurus Piceni fluvius

et in aliis agri Galici partibus, in illa conjuratione versatum. Idemque C. Marcellum,<sup>n</sup> cum is non solum Capuam venisset, verum etiam se, quasi armorum studio, in maximam familiam <sup>o</sup> conjectisset, exterminandum ex illa urbe<sup>18</sup> curavit: qua de causa et tum conventus ille<sup>p</sup> Capuæ, qui, propter salutem illius urbis consulatu conservatam<sup>19</sup> meo me unum patronum adoptavit,<sup>q</sup> huic apud me P. Sextio<sup>20</sup> maximas gratias egit; et hoc tempore<sup>r</sup> iidem homines, nomine commutatc, coloni, decurionesque<sup>r</sup> fortissimi atque optimi viri, beneficium P. Sextii testimonio declarant,

\*\*\*\*\*

*perd. . . curarit in T, Franc. 1. et Dresd. desunt.—18 S χ ψ cum illa urbe.—19 χ servatam: Lamb. conservatae. Verba conservatum meo, me inaurata statua donarat: me unum, &c. ex orat. in Pisone margini Ms. ap. Ursin. ascripserat vir doctus. A Dresd. T, et Franc. 1. absunt verba qui propter sal. . . adoptavit.—20 Sextio Manutio suspectum est. In Franc. et Baib. huic P. Sextio apud me.—1 Quo quidem temp. H S χ ψ, et Car. Steph. et hoc quidem temp. Junt. Pro iidem homines C fidem hominis; H S χ homines. Tum, H S χ nemine comm. Pro nomine comm. . . . Sextii C habet tantum beneficiumque. In Franc. et Dresd. legitur, Et hoc tempore fidem hominis beneficiumque testi-*

## NOTÆ

est, a quo Pisaurum Umbriæ civitas nominata est, quam alluit.

<sup>n</sup> *C. Marcellum]* De quo in orat. 1. in Catil.

<sup>o</sup> *In maximam familiam]* Sallustius narrat gladiatoriū familiā senatus decreto missas Capuam, et in alia municipia distributas fuisse, ne, si in urbe remanerent, assumerentur a conjuratis contra rempublicam. Marcellus autem simulatione addiscendae militaris exercitationis se illis tradidit: nam revera tradebant se multi gladiatoriibus addiscendae militaris exercitationis causa.

<sup>p</sup> *Conventus ille]* ‘Conventus,’ inquit Festus, ‘uno modo intelligitur, cum a magistratibus judicij causa populus congregatur.’ Id autem in præfecturis Italæ potissimum siebat, tum etiam in provinciis. In provinciis autem urbes, ac potissimum metropoles constituebantur, ad quas e locis vicini vadimonia præmitteban-

tur, ut retores cum aliquot equitum Rom. consilio jus de controversiis dicerent.

<sup>q</sup> *Patronum adoptavit]* Præter magistratus, fuerunt patroni coloniarum. Hos Romulus in rempub. induxit: ut enim cives patricios plebeiorum tutores constituit, sic colonis ac sociis populi Rom. quos vellent, ex civibus Rom. sibi patronos diligenti copiam fecit, quorum opera in civitate intererentur, si quid esset, quod sua interesset, ac Romæ eu randum esset.

<sup>r</sup> *Decuriones]* Antequam Capuam deducta esset colonia a Cæsare, illius urbis conventus senatus dicebatur: sed tandem qui illum conflabant, sicut in reliquis coloniis et municipiis, decuriones nominati sunt.

<sup>s</sup> *P. Sexti]* Filius Sextii prætextatus aderat patris judicio. Moris autem fuit, ut scribæ darentur recitanda, quæ proprie ad judicium perti-

periculumque<sup>2</sup> decreto suo deprecantur. 10. Recita, quæso, P. Sexti,<sup>3</sup> quid decreverint Capuæ decuriones; [p. 5.] ut jam puerilis<sup>3</sup> tua vox possit [aliquid] significare inimicis nostris, quidnam, cum se corroborarit,<sup>4</sup> effectura esse videatur. (*Decretum decurionum.*) Non recito decre-  
tum officio aliquo expressum vicinitatis, aut clientelæ, aut hospitii publici,<sup>5</sup> aut ambitionis, aut commendationis<sup>5</sup> gratiæ; sed recito memoriam perfuncti periculi, prædicatio-  
nem<sup>6</sup> amplissimi beneficii, vicem<sup>7</sup> officii<sup>f</sup> præsentis, tes-  
timonium præteriti temporis. 11. Atque illis temporibus  
iisdem,<sup>8</sup> cum jam Capuam metu Sextius liberasset,<sup>9</sup> urbem  
senatus atque omnes boni, deprehensis atque oppressis  
domesticis hostibus, me duce, ex periculis maximis extrax-  
issent;<sup>9</sup> ego literis eum Capua arcessivi cum illo exercitu,  
quem tum secum habebat. Quibus hic literis<sup>10</sup> lectis ad  
urbem confestim incredibili celeritate advolavit. Atque, ut  
illius temporis<sup>11</sup> atrocitatem recordari possitis, audite li-  
teras, et vestram memoriam ad timoris præteriti cogita-

<sup>f</sup> Relationem gratiæ.



monio declarant, ceteris omnibus omissis.—2 H S T χ, Car. Steph. Ven. 1483. Junt. Lamb. et Orell. *periculum*, sine copula. Pro *deprecantur* Ms. Hotomanni habet *testantur*.—3 MSS. plerique et edd. ante Grut. *virilis*. Vid. Nott. Varr. Mox, Schutz, de sententia Ernesti aliquid delevit. Tum, χ assignare inimicis vestris. Steph. *nostris* omittit.—4 Pro *corroboraret* C T *corroboraret*; χ *corroborari* et. Dein, C H et *effectura*. Postea, χ *Decreta Decurionem*. In Franc. et Dresd. legitur, *Quidnam cum se corroboraret effecta esse videantur decreta decurionum.*—5 H χ *commendationis*.—6 Dresd. *prædicatorem*.—7 Lamb. et Schutz. *vocem*.—8 In C T, Franc. Dresd. deest *iisdem*. Pro *cum χ exhibet cui*, et paulo post *liberavit*.—9 Naug. *detraxissent*. C T, Franc. Dresd. non agnoscunt voces *urbem ... extraxissent*. Mox, pro *eum χ ψ*, Car. Steph. Ven. 1483. Junt. habent P. *Sextium*. Postea, in C T, Franc. Dresd. desunt verba *cum illo exerc.*, *quem tum secum hab.*—10 A Franc. 1. C T absunt *hic literis*. In C, Dresd. Franc. 1. omittuntur verba *Atque ut illius temporis ... periculo suo defendisset*, (§ 12.) sed in C *Sextius quoque omittitur*. In T desunt verba *advolavit*. *Atque ut illius temp. ... summa celeritate* (§ 12).—11 χ ψ *Atque*

## NOTÆ

nebant. At id ejus filio alteri (nam unus in epistola ad Brutum Lucius dicitur) legendum datum est.

<sup>t</sup> Aut hospitii publici] De hospitiis dictum est in orat. pro Roscio Am.

§ 5.

<sup>u</sup> *Liberasset*] Revocaverat Capua M. Aulannum et Marecellum, a quibus seditionis periculum Capuæ metuendum erat.

tionem<sup>12</sup> excitate. (*Literæ Ciceronis,<sup>x</sup> consulis.*) v. Hoc adventu<sup>13</sup> P. Sextii, tribunorum plebis novorum,<sup>y</sup> qui tum,<sup>14</sup> extremis diebus consulatus mei, res eas, quas gesseram, vexare cupiebant, reliquique<sup>15</sup> coniurationis impetus et conatus sunt retardati. 12. Ac, posteaquam est intellectum, Catone,<sup>16</sup> tribuno plebis fortissimo atque optimo cive, rempublicam defendantem, per seipsum senatum populumque Romanum,<sup>17</sup> sine militum præsidio, tueri facile majestatem suam, et dignitatem<sup>18</sup> eorum, qui salutem communem periculo suo defendissent; Sextius, cum illo suo exercitu, summa celeritate est<sup>19</sup> Antonium consecutus.<sup>z</sup> Hic ego quid prædicem, quibus hic rebus consulem ad rem gerendam excitarit? quot stimulos<sup>20</sup> admoverit homini, studioso fortassis victoriæ, sed tamen nimum communem Martem bellique casum<sup>g</sup> metuenti? Longum est ea<sup>1</sup> dicere; sed hoc breve dicam. Si M. Petreii<sup>a</sup> non excellens

<sup>g</sup> *Periculum belli.*

\*\*\*\*\*

*ne illius temp.* Mox, pro audite H S χ ψ claudite.—12 Lamb. solus cognitio- nem. Titulum sequentem omittit Junt.

CAP. V. 13 I: H S χ ψ deest adrentu.—14 ψ qui cum.—15 Lamb. solus reliquaque.—16 Orell. jubet legi M. Catone. Mox, ed. Rom. et Lamb. optimo civi. In H optimo civi Romano defendantem: χ optimo civi R. defendantem.—17 ψ senatus populusque Rom.—18 Facile maj. suam, dign. Ven. 1483. facile cum maj. suam, tum dign. Junt. et Orell.—19 Franc. Dresd. et cum illo suo exerc. eadem celeritate est: Rom. Ven. 1480. 1483. Junt. Ald. Hervag. Orell. cum illo suo exerc. summa est celeritate. In H χ suo deest. Pro summa C et ψ exhibent eadem. Mox, χ Hoc ego.—20 Ms. Ursini, ed. Hervag. Cam. Lall. quos stimulos, prob. Garaton. Tum, C amoverit. Pro verbis homini studioso . . . metu- enti, quæ a C T, Franc. I. Dresd. absunt, in C hominis tantum legitur. Pro bellique casum χ ψ habent bellicosum, et pro metuenti H χ ψ intucuti.—1 Sex

#### NOTÆ

\* *Literæ Ciceronis*] Lectæ sunt hic illæ literæ, quæ a consule Cicerone ad Sextium Capnam missæ sunt.

<sup>y</sup> *Tribunorum plebis novorum*] Intel- ligit tribunos, qui magistratum v Idus Septembbris inierant, in quibus Q. Metellus Nepos fuit, qui Ciceroni concessionandi potestatem ademit. Sal- lustius significat Bestiam ex iis finisse tribunis: ‘Constituerat ut L. Bestia, tribunus plebis, concione, habita, que- reretur de actionibus Ciceronis, belli-

que gravissimi invidiam optimo consuli imponeret.’

<sup>z</sup> *Antonium consecutus*] Antonius vi- debatur quidem Catilinæ favere; quare enim tergiversantem Sextius, qui cum suis copiis ad eum advenerat, et M. Petreins, legatus, ad dimi- candum eum Catilina compulerunt.

<sup>a</sup> *M. Petreii*] Cum Antonius pedi- bns æger esset, ac adesse prælio non posset, exercitum Petreio commisit. Sallust.

animo et amore reipublicæ, non præstans in republica virtus,<sup>2</sup> non summa auctoritas apud milites, non mirificus usus<sup>3</sup> in re militari extitisset, neque<sup>4</sup> adjutor ei P. Sextius ad excitandum Antonium, cohortandum, impellendum fuisset; datus illo in bello esset hyemi locus,<sup>5</sup> neque unquam Catilina,<sup>6</sup> cum e pruina Apennini,<sup>7</sup> atque e nivibus illis emersisset, atque æstatem integrum nactus, Italiae calles et pastorum stabula præclara<sup>8</sup> cepisset,<sup>9</sup> sine multo sanguine, ac sine totius Italiae vastitate miserrima<sup>10</sup> concidisset.<sup>11</sup>

<sup>4</sup> Non finis impositus esset bello hyeme.



Oxonn. MSS. et edd. vett. omittunt ea, quod Orell. uncis inclnsit. Gryph. habet omnia. Mox, breve dictu Lamb. brevi dicam Junt. Crat. et Orell.—2 Non exc. animo et amore reip. virtus Ascens. Crat. Græv. non exc. animus amore [Schutz, in amore] rep., non præstans in rep. virtus Lamb. et Schutz, non exc. animus, non præstans in rep. virtus Junt. Orell. Ceteri ut Ern. Gulielmius conjectit legend. non exc. animus et amor rep. non præstans, &c. Orell. malit non exc. animus in rem publicam, non præstans virtus. Verba Si M. Petreii . . . extitisset absunt a C T, Dresd. Franc. 1. et ed. pr.—3 Pro neque C T ψ, Franc. 1. Dresd. et ed. pr. habent nisi, et pro ei P. C P. H T ψ, Pal. 9. rep. S x r. p. Franc. 1. Dresd. et ed. pr. rei P. Mox, ad exc. Anton. ad coh. fuisset datus Franc. 1. Dresd. et ed. pr. ad exc. Anton., coh. accusandum, impell. fuisset; datus x ψ, Car. Steph. Ven. 1483. Junt. Lamb. et Orell. In C T, Franc. 1. Dresd. et ed. pr. impellendum deest. Grnterus suspicabatur Ciceronem scripsisse, adjutor ei Publius ad exc., coh. accusandum, impell.—4 C H S T x datus illo in bello nequaquam Catil. ψ datus illo in bello neq̄ q Catil. Franc. 1. Dresd. et ed. pr. datus unquam Catil. Mox, C Apenn. et niv.—5 Stab. præclara cepisset Ven. 1483. Junt. stab. prædari cepisset Ms. Ursini; Naug. Gryph. Schutz. et Orell. Verba atque æstatem . . . cepisset in C et T omittuntur.—6 Verba ac sine totius Italiae vast. mis. absunt a C T, Franc. 1. Dresd. et ed. pr. sed in Pal. 9. legitur ac sine totius Italiae vicissitate mis. Dein,

#### NOTÆ

<sup>b</sup> Mirificus usus] Amplius annis 30. tribunus, præfectus, aut legatus, aut prætot, summa cum gloria, iu exercitu fuerat Petreius. Sallust. in Catil.

<sup>c</sup> E pruina Apennini] Sic Apenninum descripsit M. Vitrinius Pollio, II. 10.

<sup>d</sup> Montis Apennini primæ radices ab Tyrrheno mari in Alpes, et in extremis Etruriæ regiones oriuntur. Ejus vero montis jugum se circumagens, et media curvatura prope tangens oras maris Adriatici, pertingit circuitionibus contra fretum. Itaque crite-

rior ejus curvatura, quæ vergit ad Etruriæ Campaniæque regiones, apri- cis est potestatibus; namque impetus habet perpetuos a solis cursu: ulterior autem, quæ est proclinata ad Supernu Mare, septemtrionali re-gioni subjecta, continetur umbrosis et opacis perpetuitatibus.<sup>12</sup>

<sup>e</sup> Stabula præclara [prædari] E pas-torum stabulis prædam abstulisset ad alendum suum exercitum Catilina.

<sup>f</sup> Concidisset] Catilina concidisset.

13. Hunc igitur animum ad tribunatum attulit P.<sup>7</sup> Sextius; ut quæsturam<sup>8</sup> Macedoniae<sup>f</sup> relinquam, et aliquando ad hæc propiora veniam: quanquam non est omittenda singularis illa integritas provincialis, cuius ego<sup>9</sup> nuper in Macedonia vidi vestigia non pressa leviter ad exigui prædicationem temporis, sed fixa ad memoriam illius provinciae<sup>10</sup> sempiternam. Verum hæc ita prætereamus, ut tamen intuentes et respectantes<sup>11</sup> relinquamus. vi. Ad tribunatum, quia ipse ad sece jamdudum vocat, et quodammodo absorbet<sup>12</sup> orationem meam, contento studio<sup>i</sup> cursuque veniamus. 14. De quo quidem tribunatu ita dictum a Q. Hortensio,<sup>13</sup> ut ejus oratio non defensionem modo criminum videretur continere, sed etiam memoria digna esset,<sup>14</sup> uti et reipublicæ capessendæ auctoritatem disciplinamque præscriberet.<sup>k</sup> Sed tamen, quoniam tribunatus<sup>g</sup> quidem totus P. Sextii nihil aliud, nisi meum nomen causamque sustinuit,<sup>15</sup> necessario mihi de iisdem rebus esse

<sup>i</sup> *Totis viribus.*

<sup>k</sup> *Præscriberet rationem regendæ reipublicæ cum auctoritate.*

S X ψ cecidisset.—7 C non habet prænomen.—8 In S X praturum. Verba et aliquando ad hæc propiora veniam Franc. Dresd. et ed. pr. omittunt.—9 X quanvis ego.—10 ψ sed fixam ad mem. illam prov.—11 H respirantes.

CAP. VI. 12 C H X observat. Tum, ψ contempto studio: Franc. I. Dresd. contendentes studio. Porro, S X veniam.—13 H dictum u. Q. Hortensio est: Junt. et Orell. dictum est a Q. Hort. Tum, H S ψ ut ejus oratio defensionem modo criminum non videretur continere. In Pal. 9. deest criminum. Pro verbis *De quo . . . nihil aliud* C T habent *Qui tribunatus. quoniam nihil aliud.*—11 H S X ψ, Ven. 1483. Junt. Ciat. Hervag. [hæ duæ uti et reip.] omittunt esset, ut etiam et ante reip. Lambinus e conjectura Turnebi dedit sed etiam memoriam dignam reip. . . . præscribere: Schütz. e conjectura Ernesti recepit sed etiam reip. . . . præscribere. Orell. et delevit ante reip. In Ms. Ursini legitur sed etiam memoria dignam in rep. capessenda dignitatem. Pantagathus correxit sed etiam memoria dignitatem. Nonnulli ap. Turneb. legi volunt sed etiam memoria dignam in rep. capessenda. H S X quoque habent præscribere; ψ rescribere. A Franc. I. Dresd. et ed. pr. absunt verba *De quo quidem trib. . . . præscriberet.* Sed tamen. In iisdem legitur qui tribunatus quoniam nihil aliud. Car. Steph. et Naug. omittunt quidem.—15 C T, Franc. Dresd. et al. conti-

## NOTÆ

<sup>f</sup> *Ut quæsturam Macedoniae*] Cum Antonius viciisset Catilinam, non statim Romanam rediit, sed proconsul in Macedoniam profectus est cum Sextio quæstore suo.

<sup>g</sup> *Sed tamen, quoniam tribunatus*] U agat de tribunatu Sextii, utitur præmitione ad conciliandos sibi judicces.

arbitror, si non subtilius disputandum, at certe,<sup>16</sup> judices, dolentius deplorandum. Qua in oratione si asperius in quosdam homines invehi vellem, quis non concederet, ut eos, quorum sceleris furore<sup>17</sup> violatus essem, vocis libertate perstringerem? Sed ut agam moderate,<sup>18</sup> et huic potius tempori serviam, quam dolori meo; [p. 6.] si qui occulte a salute nostra<sup>19</sup> dissentunt, lateant: si qui fecerunt aliquid aliquando, atque iidem nunc tacent et quiescent; nos quoque simus oblii: si qui se offerunt<sup>20</sup> insolenter et insectantur; quoad ferri poterunt, perferemus; neque quemquam offendet oratio mea,<sup>1</sup> nisi qui se ita obtulerit, ut in eum non invasisse, sed incurrisse videamur.<sup>2</sup>

15. Sed necesse est, antequam de tribunatu P. Sextii dicere incipiam, me totum, superioris anni, reipublicæ<sup>3</sup> naufragium<sup>b</sup> exponere: in quo colligendo, ac reficienda salute<sup>4</sup> communi, omnia reperientur P. Sextii dicta, facta, consilia



*nuit.*—16  $\chi$  aut certe. In C T et edd. vett. paucis *judices* deest. Tum, H S  $\chi$  dolenter *depl.* Postea, C *Qua orat.* H  $\chi$  *Qua in ratione.*—17 *Quorum scelere furore* C T  $\chi$   $\psi$  et edd. vett. sed T *furore* omittit. In ed. Junt. *quorum scelere ac furore.* Grævins e Dresd. recepit *quorum scelere et furore.* In Franc. 1. et ed. pr. *quorum scelere violatus essem et furore.*—18 *Sed ut quam mod.* C H S  $\chi$   $\psi$ , Pal. 2. 9. Ven. 1480. 1483. *sed quam mod.* T, Franc. 1. Pall. plerique, ed. 1472. Med. *sed inquam mod.* Junt. *sed agam* e Ms. Hotomianni recepit Lambinus, quem Orell. sequitur. Dein, *hujus potius tempori* C H S T, duo MSS. Lambini, cum Lamb. Oliv. et Orell.—19  $\psi$  a sal. *vestra*, et Lamb. *dissenserunt.*—20 *Pro offerunt* Lamb. *habet offerent;* Franc. 1. Dresd. Pall. 1. 3. 4. 5. 8. ed. pr. et Junt. enm Orell. *efferunt;* S  $\chi$ , Pal. 9. Gembl. Erf. *offendunt.* Tum, ab MSS. omnibus et edd. vett. abest *insolenter*, quod Orell. uncis inclusit. In MSS. quibusdam copula quoque deest. Porro, *insequuntur* habent S  $\chi$ , Erf. Pall. 1. 4. 9. Gembl. ed. Med. Rom. Ven. 1480. 1483. *insectantur* Pall. 1. 4. Franc. 1. *insectanter* Pall. 3. 5. 8. *insectabuntur* Lamb. Grævins conjectit Ciceronem scripsisse *si qui se offerunt insolenter, quoad ferri pot. &c.* In Ms. Bergeri *perferri.*—1  $\chi$  non agnoscit *mea.*—2 *Pautagathins ut in me non invas., sed incurrisse videatur.* Vir doctus in marg. ed. Lamb. ap. Orell. *incucurrisse.* A Franc. 1. Dresd. et ed. pr. absunt verba *Sed necesse est . . . repugnantibus amicissimus, et a C T Sed necesse est . . . salutis inimici.*—3 Erf. et Car. Steph. in rep. Ernesto *reipublicæ suspectum est.*—4 In H S  $\chi$  *reficiendo saluti.*

## NOTÆ

<sup>b</sup> *Reipublicæ naufragium]* Loquitur de tribunatu Clodii, et de sua ejecione in exilium, et utrumque per naufragium exprimit, quia et ipse

Clodius contra leges omnes tribunus factus est, cum esset e patricio genere, et Cicero ejectus in exilium est.

versata. VII. Fuerat ille annus in reipublicæ magno motu,<sup>5</sup> et multorum timore, tanquam<sup>6</sup> intentus arcus in me unum, sicut vulgo ignari rerum loquebantur; re quidem vera in universam rempublicam, traductione ad plebem<sup>7</sup> i furibundi hominis ac perditæ, mihi irati,<sup>k</sup> sed multo acrius<sup>8</sup> otii<sup>l</sup> et communis salutis inimici. Hunc vir clarissimus<sup>9</sup> mihique, multis repugnantibus, amicissimus, Cn. Pompeius, omni cautione,<sup>l</sup> fœdere,<sup>10</sup> execratione devinxerat, nihil in tribunatu contra me esse<sup>11</sup> facturum. At ille nefarius,<sup>m</sup> ex omnium scelerum colluvione natus, parum se<sup>12</sup> fœdus violaturum est arbitratus, nisi ipsum cantorem<sup>13</sup> n alieni

<sup>l</sup> Pacis.

\*\*\*\*\*

CAP. VII. 5 H S ψ, Rom. Ven. 1480. 1483. Junt. annus tanquam in rep. [edd. R. P.] judices quam in magno metu [S motu]: χ annus in r. p. tanquam in r. p. judices, magno metu: Naug. annus tanquam in rei p. magno metu. <sup>4</sup> Pall. omnes hic mire mutilati sunt a librariis, præter nonnum; is exhibet annus tan in rep. videlicet quam in magno motu, sine illo tanquam; neque aliter S. Victoris, quano quod is in repub. judices, quam in magno metu; quod et in codice scripto Henrici Stephani, nisi quod is motu.' Gruter.—6 In H et S deest tanquam. Mox, H ψ acrius.—7 Pro plebem χ habet ferrum.—8 'Si acrius verum est, post esse debere videtur otio et saluti communi: ut inimici sit adjективum; nam substantive dictum non fert adverbium acrius: nisi quis malit sed multo magis.' Ern.—9 Pro verbis *Hunc vir clarissimus* C habet vir clarissimus hunc tribunum; H *Hunc tribunum vir clarissimus*; T gener. Pompeius hunc tribunum mihi vir utique clarissimus. Tum, H S χ ψ mihi, sine copula. Pro verbis mihique ... Pompeius, quæ in T deest, C mihi tantum habet. Pro repugnantibus χ repugnationibus.—10 Franc. I. Dresd. et ed. pr. Cn. Pompeius hunc tribunum mihi vir utique clarissimus omni [ed. pr. omnium] cautionum fædere. Tum, χ ψ exercitatione derinx. Dresd. execrationem derinx.—11 In H S χ esse omittitur. Mox, pro nefarius H S χ sceleratissimus, sed in H supra lin. nefarius.—12 Se non est in χ. Dein, Ms. Bergeri arbitratus est, ut Paulagathus volebat. In C H S χ et edd. vett. est omittitur.—13 Cautiorem H χ ψ: cautione

#### NOTÆ

<sup>1</sup> Traductione ad plebem] Erat Clodius e patricio genere: patriciis vero non patebat aditus ad tribunatum; quare se ab homine plebeio Fonteio videlicet voluit adoptari, legem Cæsare ferente. Id autem Clodius fecit, ut certius Ciceroni noceret.

<sup>k</sup> Mihi irati] Iratus fuit Ciceroni Clodius, quod cum accusaretur in operta Bonæ Deæ muliebri habitu irrepsisse, daretque testimonium Cassinii scholæ, se eodem die Interamnæ fuisse, productus est ab accusa-

tore Cicero, qui testatus est se cum Clodio eodem illo die collocutum diu fuisse. Corruptis pecunia iudicibus absolutus, cœpit de Cicerone perniciose cogitare.

<sup>l</sup> Cautione] Cautio proprie est scriptura aut syngrapha, quæ ad majorem securitatem fœneratoribus tribuitur.

<sup>m</sup> Ille nefarius] In plenissimam et brevissimam Clodii vituperationem incurrit.

<sup>n</sup> Cautorem] Pompeio Clodius promiserat, se nihil Ciceroni nociturnum.

periculi suis propriis periculis terruisset.<sup>o</sup> 16. Hanc tetram immanemque belluam,<sup>p</sup> vinctam auspiciis,<sup>q</sup> alligata more majorum,<sup>r</sup> constrictam legum sacratarum<sup>s</sup> catenis, solvit subito [legum] consul,<sup>t</sup> vel, ut ego arbitror, exoratus,<sup>u</sup> vel, ut non nemo putat,<sup>v</sup> mihi iratus,<sup>w</sup> ignarus quidem certe et imprudens impendentium tantorum sceleurum ac malorum: qui tribunus<sup>x</sup> plebis felix in evertenda republica fuit nullis suis nervis. Qui enim in ejusmodi vita<sup>y</sup> nervi esse potuerunt hominis, fraternis flagitiis,<sup>y</sup> sororiis stupris,<sup>z</sup> omni inaudita libidine<sup>a</sup> infamis? 17. Sed



Franc. 1. cautionem ed. pr. -In T alieni deest. Mox, 'Suis propriis] An alterum delendum?' Ern. Verba Hanc tetram ... qui tribunus plebis absunt a C T, Franc. Dresd. et ed. pr.—14 χ ψ victam ausp. Tum, H alligata: ψ obligatam. Paulo post, χ ψ legum sacrarum.—15 Legum curia Ms. Turnebi: legum cura ed. Hervag. legum vinculis consul Manut. Pantagathus conjectit solvit laqueo legum consul. Schutz, de sententia Ernesti legum delevit. Vid. Nott. Varr.—16 ψ exhortatus.—17 Ern. e conjectura cum Schutz, edidit putat. Ceteri putaret. Garaton. suspicabatur legend. putabat, vel delend. putaret. In χ deest mihi. Pro iratus H habet juralus; χ miratus. Tum, ψ gnarus.—18 In ejus vita C T et ed. pr. in vita Franc. Dresd.—19 H χ

## NOTÆ

<sup>o</sup> *Periculis terruisset]* Clodius voluit ex insidiis interficere Pompeium per sicarium, qui in vestibulo curiæ cum sica deprehensus est.

<sup>p</sup> *Tetram immunemque belluam]* Clodius belluam appellat, quia legum omnium vincula et religiones disrupt, ut tribunus fieret beneficio Cæsaridis, qui ei favere videbatnr.

<sup>q</sup> *Vinctam auspiciis]* Vetabant auspicia ne e patriciis fierent plebeii; quia ad patricios tantum auspicia habere pertinebat.

<sup>r</sup> *Alligata more majorum]* Non ventit lex illa e patriciis transire ad plebeios, sed nos tantum majorum, qui legis vim obtinet.

<sup>s</sup> *Legum sacratarum [sacrarum]* Leges sacrae dictæ sunt, aut quia, qui earum aliquam violabat, sacer alicui Deorum putabatur, inquit Festus; aut quia juramento, quod sacram est,

sancitæ erant.

<sup>u</sup> *Mihi iratus]* Iratus Ciceroni Cæsar fuit, quia questus erat de republica, cum Antonium collegam suum in iudicio defendit, Cæsare et Bibulo coss.

<sup>x</sup> *Qui tribunus]* Clodius non suis, sed improborum coss. Gabinii et Pisones viribns felix fuit, quorum ope omnia sua consilia improba ad extum perducere potuit.

<sup>y</sup> *Fraternis flagitiis]* Appium fratrems suum de possessione sui fundi absentem dejecit, ut ait ipse in orat. pro Milone.

<sup>z</sup> *Sororiis stupris]* Ex sororibus Clodii una nupsit Q. Marcio Regi, altera Q. Metello Celeri, tertia L. Lucullo. Dicitur duas priores Clodius violasse.

<sup>a</sup> *Inaudita libidine]* Solus arguitur irrepsisse in operata Bonæ Deæ, ut

fait profecto quædam illa reipublicæ fortuna<sup>2°</sup> fatalis, ut ille cæcus<sup>b</sup> atque amens tribunus plebis nanciseretur,<sup>i</sup> quid dicam consules? hoccine ut<sup>2</sup> ego appellem nomine eversores hujus imperii? proditores vestræ dignitatis?<sup>3°</sup> hostes bonorum omnium? qui ad delendum senatum, affligendum equestrem ordinem, exstinguenda omnia jura atque instituta majorum, se illis fascibus<sup>d</sup> ceterisque insignibus<sup>e</sup> summi honoris atque imperii ornatos<sup>f</sup> esse arbitrabantur? Quorum, per Deos immortales, si nondum<sup>g</sup> scelerata vulneraque inusta<sup>h</sup> reipublicæ vultis recordari, vultum atque incessum animis intueamini.<sup>j</sup> Facilius facta eorum occurrent<sup>k</sup> mentibus vestris, si ora ipsa oculis proposueritis.

VIII. 18. Alter<sup>f</sup> unguentis<sup>m</sup> affluens, calamistrata coma,<sup>g</sup> despiciens conscientios<sup>o</sup> stuprorum, ac veteres vexatores<sup>n</sup> ætatulæ suæ, puteali<sup>11<sup>h</sup></sup> et fœnectorum

<sup>m</sup> Odoribus.<sup>n</sup> Corruptores.

<sup>ψ</sup> fratri flag. et H S T ψ, Junt. sororis stup. Dein, somui inaud. Franc. I. Postea, libid. insani omnes MSS. et edd. vett. cum Grævio: libid. infami Junt.—20 Prof. in illa rep. fort. C T, Franc. Dresd. et ed. pr. pref. quædam illa republica fort. ψ. Tum, faciliis T, Franc. Dresd. et ed. pr.—1 H tribunatum plebis, et T nanciseretur.—2 H S T et Dresd. omittunt ut.—3 In H T χ nostræ dign.—4 H χ natos. Dein, H S T arbitratur: χ arbitrantur.—5 Pro nondum Pantagathus legi maluit unquam, et Ern. non.—6 χ ψ in ista.—7 Intuemini C H S χ ψ, ed. Rom. Ven. 1480. 1483. Junt. Lamb. et Orell. —8 T occurrerent. Mox, H S χ et ed. Hervag. oculis vestris propos.

CAP. VIII. 9 H S χ unguenti.—10 H conscientius. Pro stuprorum H furorum; χ furorum. Tum, H S reterum vexatorum: χ ψ veterum vexationum.—11 C χ

## NOTÆ

Pompeia, Cæsar's uxore, ad libidinem suam abuteretur.

<sup>b</sup> Ille cæcus] Clodium cæcum vocat, quia non consilio, sed effrenata quædam cupiditate consules ad perditioni rempublicam sibi comparavit.

<sup>c</sup> Proditores vestræ dignitatis] Alloquitur judices, qui ex omni ordinum gradu, senatorio scilicet et equestri, conflati erant; quos omnes videntur prodidisse, cum Cicero civis indennatus turpissime in exilium a consulibus ejectus est.

<sup>d</sup> Fascibus] Fasces fuerunt virga-

rum fascienti alligati securibus, qui consulibus præferebantur ad ostendendam sui magistratus potentiam.

<sup>e</sup> Ceteris insignibus] Alia consulim insignia fuerunt sella curulis eburnea, prætexta, &c.

<sup>f</sup> Alter] Gabinii descriptionem eleganter per hypotyposim et ethopœiam affert.

<sup>g</sup> Calamistrata coma] Arguit eum crines ferro calido vibratos et contortos habuisse. Calamistrum autem est, quasi acus ferrea, qua capilli crispantur.

gregibus inflatus<sup>i</sup> atque perculsus, olim, ne Scyllæo illo æris alieni in freto<sup>k</sup> ad columnam adhæresceret,<sup>l</sup> in tribunatus portum<sup>m</sup> perfugerat. Contemnebat equites Romanos, minitabatur senatui, venditabat se operis,<sup>n</sup> atque ab iis se ereptum,<sup>o</sup> ne de ambitu causam diceret,<sup>p</sup> prædicabat; ab iisdemque se, etiam invito senatu,<sup>q</sup> provinciam sperare dicebat: eamque nisi adeptus esset, se incolumem nullo modo fore arbitrabatur. 19. Alter,<sup>r</sup> o Dii boni!

<sup>o</sup> Operariis.

.....

<sup>ψ</sup>, Franc. Dresd. et edd. pr. putealis: H et margo Crat. puteolis. Dein, C T et Franc. fæneratoribus. Pro inflatus alii legi volunt infractus; alii infictus; alii infensis; Gniel. inflatus; Lamb. afflictus: Schutz. e conjectura Ernesti dedit jactatus. Porro, atque compulsus Pal. 9. Ms. Vict. MSS. ap. Lamb. cum Nang. et Lamb. 1566. Verba atque perculsus absunt a Ms. Hotomanni et plerisque Pall. In C T, Franc. Dresd. et ed. pr. desunt verba atque perculsus usque ad perfugerat. Pro ne Scyllæo χ ψ exhibent nesculcio; Alciatus in Parerg. ne Herculeo; Junt. ne Esculeio; Hervag. ne Herculeio. Postea, pro adhæresceret χ accresceret, et pro perfugerat S ψ, Junt. infugeret. Denique, T contemnebant. Pantagathius hunc locum ita correxit, Puteali et fæneratorum gregibus infensis æque atque compulsus olim, ne Scyllæo ... portum perfugere, sive, ut est in aliis, confugere. Garaton. conjectit, puteali et fæneratorum gregi subiratis, a quo compulsus olim ... perfugerat, contemnebat. Orell. legi malnit a puteali et fen. gregibus inflatus atque compulsus, &c. Vid. Nott. Varr.— 12 χ atque abisse ereptum: Ursinus legi jnbet atque ab iis iri se ereptum. In C T, Franc. Dresd. et ed. pr. verba minabatur senatui ... fore arbitrabatur

## NOTÆ

<sup>b</sup> Puteali] Puteal basilica fuit a Scribonio Libone exstrneta in comitio, ubi causæ fœnibres agebantur.

<sup>i</sup> Inflatus] Tnmebat videlicet circumseptus debitoribus, qui ab eo pecuniam exigere non audebant, quia magistratum gerebat, a quibus aliquin propter immensum æs alienum oppressus fuisset.

<sup>k</sup> Scyllæo illo æris alieni in freto] Æs alienum comparat cum Scylla et Charybdi: nam ut naves allisæ ad duos illos scopulos fluctibus hauriebantur; ita, qui alienum æs contraxerant, a creditoribus tanquam freto scopuloso sorbebantur. Porro Scylla et Charybdis duo sunt scopuli insanes naufragiis.

<sup>l</sup> Ad columnam adhæresceret] Adhæ-

resceret, id est, allideretur aut faceret naufragium. Intelligit Mænia columnam, ad quam trahabantur rei æris alieni, judicandi a triunviris capitalibus.

<sup>m</sup> Tribunatus portum] Nemo molestus esse poterat magistratum gerenti, rei privatae causa: quare tribunatus beneficio liber evasit a creditoribus suis.

<sup>n</sup> De ambitu causam diceret] Delatum nomen Gabinii fuerat, quod consulatum pecunia quæsiverat.

<sup>o</sup> Invito senatu] Venditabat Gabinius, etiamsi senatus ei provinciam denegaret, se tamen eam per tribunos plebis habiturum.

<sup>p</sup> Alter] Pisonem jam describit, consulum alterum.

quam teter<sup>r</sup> incedebat! quam truculentus! quam terribilis<sup>13</sup> aspectu! unum aliquem te<sup>14</sup> ex barbatis illis,<sup>9</sup> exemplum imperii veteris, imaginem antiquitatis,<sup>r</sup> columnen reipublicæ, dices intueri.<sup>15</sup> Vestitus aspere nostra hac purpura plebeia<sup>s</sup> ac pæne fusca; capillo ita horrido,<sup>r</sup><sup>16</sup> ut Capua,<sup>t</sup> in qua ipse tum, imaginis ornandæ causa,<sup>u</sup> duumviratum gerebat,<sup>x</sup> Seplasiam sublatus videretur. Nam quid ego de supercilior<sup>r</sup><sup>17</sup> dicam? quod tum hominibus non supercilium, sed pignus reipublicæ videbatur.<sup>18</sup> [p. 7.] Tanta erat gravitas in oculo, tanta contractio frontis, ut illo supercilio respublica, tanquam Atlante<sup>y</sup> cœlum,<sup>19</sup> niti

<sup>r</sup> Fædus.<sup>q</sup> Impexo.<sup>r</sup> Gravitate.

\*\*\*\*\*

omittuntur.—13 Edd. vett. *terribili*.—14 C T *te* omittunt. *Mox*, in  $\psi$  *barbaris*.—15 C T *dic. tu int.* *Tum*, Franc. Dresd. et edd. vett. cum Orell. *Vest. asper.* In T *Vest. asper ac nostra purp.*—16 H *capillo illo horrido.* Pro *in qua* idem Ms. habet *qua*;  $\chi \psi$  *qua*. Dein, H S  $\chi \psi$  *ipsa*. Porro, *imag. formandæ causa* S  $\chi \psi$ , edd. ante Lamb. et *duumvirum ger.  $\chi \psi$* . Vid. Nott. Varr. Pro *Seplasiam* H S  $\chi \psi$  *sapius jam*; et pro *sublatus*  $\chi$  *sublaurus*,  $\psi$  *sublautus*. *Verba Cupua in qua ... de superc. dicam* in C T, Franc. Dresd. et ed. pr. omittuntur.—17  $\chi$  *super illo*. Pro *quod tum* C T, Franc. Dresd. et ed. pr. habent *jam*.—18 C *videret*: T, Franc. et ed. pr. *videretur*.—19 Pro *verbis respublica tunquam Atlante cœlum* H *exhibit amentius ille*; S  $\chi \psi$ , Ven. 1483.

## NOTÆ

<sup>9</sup> *Ex barbatis illis*] Ex barba ait simelem fuisse Pisonem iis veteribus Romanis, qui rempublicam administrabant, aut antiquis illis philosophis, qui intonsa barba cultum corporis negligebant.

<sup>r</sup> *Imaginem antiquitatis*] Ridet Pisonem, qui cum colore fusco esset, referebat illas majorum imagines, quæ in familiis asservabantur.

<sup>s</sup> *Purpura plebeia*] Patricii ac senatores veste purpurea utebantur, cum lato clavo intecto; plebeii vero veste quidem purpurea, sed fusca, et crassioribus filis texta.

<sup>t</sup> *Ut Capua*] Ex urbe Capua videbatur sublatus Seplasiam. Huc antem missus fuerat duumvir, ut magistratum urbis gereret. Seplasia ve-

ro vicus fuit, ubi unguenta vendebantur.

<sup>u</sup> *Imaginis ornandæ [formandæ] causa*] Piso exercebat in illa urbe duumviratum, in quo sustinere personæ consulis dignitatem studebat, quam anno proxime sequenti obtinere debebat.

<sup>x</sup> *Duumviratum gerebat*] Qui Romæ consules, in coloniis duumviri dicebantur.

<sup>y</sup> *Atlante*] Atlas rex fuit Manritaniæ, astrologiæ deditus; qui, quia primus inter homines de sphæra disputationavit, dictus est humeris cœlum sustinere. Hinc poëtae fabulati sunt in montem fuisse conversum, quo cœlum sustinebatur.

videretur. 20. Erat denique<sup>20</sup> hic omnium sermo:<sup>21</sup> Est tamen<sup>22</sup> reipublicæ magnum firmumque subsidium: habeo quem opponam labi illi<sup>23</sup> atque cœno:<sup>24</sup> vultu, medius fidius,<sup>25</sup> collegæ sui libidinem levitatemque franget: habebit<sup>26</sup> senatus, in hunc annum quem sequatur: non deerit auctor et dux bonis. Mihi denique homines<sup>27</sup> præcipue gratulabantur, quod habiturus essem contra tribuum<sup>28</sup> plebis furiosum et audacem, cum amicum et affinem,<sup>29</sup> tum etiam

<sup>21</sup> Omnes de illo loquebantur.

aumentius ille. Tum, H S χ, Ven. 1483. niti tanquam rideretur. In ed. Junt. legitur ut illo supercilio niti resp. tanquam Atlantis humeris cælum rideretur. <sup>30</sup> Ut illo supercilio annus ille tanquam Atlante cælum niti rideretur] Omnes fere libri MSS. habent ut illo supercilio an mantus ille tanquam niti rideretur; mendosae, fateor; sed unde suspicari possis vulgatum esse mendosorem: nam neque est in lib. vet. respub. neque Atlante cælum, quod tamen proximum retinui, propter tanquam, quod est in libris illis. Hic igitur locus considerandus. Ego interea tamen ex illo toto an mantus ille feci annus ille, ejecta voce respub. quæ non reperitur in veteribus libris. Non dissimulabo tamen, quendam in suis notis hunc locum sic proferre, quasi certum sit ita in libris omnibus legi, ut illo supercilio tanquam Rhadamanthus illi niti rideretur, quam lectionem, ut dicam libere quod sentio, probare non possum.<sup>31</sup> Lamb. <sup>32</sup> Ut illo supercilio resp. tanquam Atlante cælum niti rideretur] Lectio fictitia, neque melior ea, quam substituit Lambinus. Primæ edd. habent ut illo supercilio aumentius ille niti tanquam rideretur; a qua nihil recedunt MSS. nostri; nam Pal. 9. exhibet ut illo supercilio vel augmentius anancius, ille niti tanquam rideretur: S. Victoris ut illo supercilio mantus ille niti tanquam rideretur. Videatur Turnebus Advers. xx. 3. nam ego hic nihil video, nisi latere anancium. Gruter. 'Turnebus conjicit pro mantius, quod est in veteribus libris, posse legi aut mortuus aut mancus.' Grav. Schutz. conjectit legend. ut illo supercilio consulatus ille tanquam niti vid. Wolf. legi maluit ut illo supercilio, quæ augurabantur illi, tanquam niti vid. Verba ut illo . . . rideretur absunt a C T, Franc. Dresd. et ed. pr.—20 In H S χ deest denique. Tum, χ sermone. In H χ est omittitur. Pro tamen. C T ψ, Franc. Dresd. ed. pr. Rom. Ven. 1480. 1483. habent tandem.—1 χ habeo quæ opp. et C T χ labei illi.—2 H T χ frangeret, et χ habebat: ψ habebis. Mox, ψ sequetur. Postea, H S χ ψ boni.—3 C T omnes. Dein, H S χ, Ven. 1483. Junt. Crat. congratulabantur: T gratulabuntur.—4 H S χ cum et am. et aff. C cum am. etiam aff.

## NOTÆ

<sup>20</sup> Est tamen] Id est, hic Piso.

<sup>21</sup> Labi illi atque cœno] Gabinium labem reipublicæ vocat, quod labefacturus erat rempublicam; cui ait Pisonem opponendum esse; quia quam comitus erat et calamistratus Gabinius, tam asper et horridus erat Piso.

<sup>22</sup> Medius fidius] Jusjurandum apud

Romanos usurpatum, de quo diximus in orat. pro Roscio Com.

<sup>23</sup> Contra tribunum] Clodium intelligit.

<sup>24</sup> Cum amicum et affinem] Affinis fuit Cicero Pisoni, quia filiam suam Pisou Crassipedi junxerat matrimonio.

fortem et gravem consulem. ix. Atque eorum alter<sup>o</sup> fefellit neminem. Quis enim clavum tanti imperii tenere, et gubernacula reipublicæ tractare<sup>s</sup> in maximo cursu ac fluctibus posse arbitraretur hominem emersum subito ex diuturnis tenebris lustrorum<sup>f</sup> ac stuprorum, vino, ganeis,<sup>g</sup> lenociniis, adulteriisque confectum? cum is præter spem in altissimo gradu<sup>h</sup> alienis opibus<sup>i</sup> positus esset, qui non modo tempestatem<sup>k</sup> impendentem intueri temulentus,<sup>l</sup> sed ne lucem quidem insolitam aspicere posset? 21. Alter<sup>l</sup> multos plane in omnes partes fefellit:<sup>m</sup> erat enim<sup>n</sup> hominum opinioni nobilitate<sup>m</sup> ipsa, blanda conciliatrix, commendatus. Omnes boni semper<sup>o</sup> nobilitati favemus, et, quia utile est<sup>o</sup> reipublicæ, nobiles homines esse dignos majoribus suis, et quia valet apud nos clarorum hominum et bene de republica meritorum memoria, etiam mortuorum. Quia tristem<sup>o</sup> semper, quia taciturnum, quia subhorridum atque incultum<sup>o</sup> videbant, et quod erat eo nomine,<sup>o</sup> ut in generata familie<sup>o</sup> frugalitas<sup>n</sup> videretur, favebant, gaude-

<sup>t</sup> Vinosus.<sup>u</sup> Ea familia.

CAP. IX. 5 ψ attrectare. Pro cursu Ern. conjectit astu legend.—6 Junt. ex diurnis lustrorum temp.—7 χ temulentis. Mox, ψ luce.—8 Alter multos plane fef. CT: Alter plane omnes fef. Junt.—9 In C deest enim. Tum, opinione Franc. Dresd. sex Oxonn. MSS. et edd. ante Viet. cum Griv.—10 In CT semper omittitur.—11 H utile esse. Paulo post, pro bene H S χ ψ et tres alii MSS. ac ed. vet. habent senex. Verba et quia utile ... etiam mortuorum non leguntur in C T, Franc. Dresd. et ed. pr.—12 Ante tristem C T addunt cum. In Franc. legitur, Et quod eum tristem: Dresd. Quia cum tristem: Junt. Et quia eum tristem.—13 Franc. et Dresd. quia subhorridum esse et incultum. Tum, ψ videbatur.—14 Quinque MSS. et ed. vet. familia, unde Gulielmus

## NOTE

<sup>e</sup> Eorum alter] Gabinium ab antecedentibus, sive ex repugnantibus describit.

<sup>f</sup> Lustrorum] In locis abditis et secretis, voluptatibus indulgebat.

<sup>g</sup> Ganeis] 'Ganeum,' ut inquit Festns, 'antiqui locum abditum, ac velut sub terra dixerunt.'

<sup>h</sup> In altissimo gradu] Altissimum gradum consulatum vocat, quia omnium magistratum erat maximus.

<sup>i</sup> Alienis opibus] Gratia et favore Pompeii pervenit ad consulatum.

<sup>k</sup> Tempestatem] Mala quæ impendebant e tribunatu Clodii, allegorice per tempestatem exprimit.

<sup>l</sup> Alter] Pisonis jam mores et vitam describit.

<sup>m</sup> Nobilitate] Erat Piso e Calpurniorum nobilissima et antiquissima familia, utpote patricia.

<sup>n</sup> Familiæ frugalitas] Piso Frugi

bant, et ad integratatem majorum spe sua hominem vocabant, materni generis oblii.<sup>o</sup> 22. Ego autem<sup>15</sup> (vere hoc dicam, judices) tantum esse in homine sceleris, audaciæ, crudelitatis, quantum ipse cum republica<sup>16</sup> sensi, nunquam putavi: nequam esse hominem,<sup>17</sup> et levem, et falsa opinione,<sup>p</sup> errore hominum, ab adolescentia commendatum, sciebam. Etenim animus ejus vultu,<sup>18</sup> q flagitia parietibus tegebantur: sed hæc obstructio<sup>19</sup> nec diurna est, nec obducta ita,<sup>20</sup> ut curiosis oculis perspici non possit. x. Videbamus genus vitæ, desidiam, inertiam:<sup>r</sup> inclusas ejus libidines, qui<sup>s</sup> paulo propius accesserant, intuebantur. Denique etiam sermonis ansas<sup>t</sup> dabat, quibus reconditos ejus sensus tenere possemus. 23. Laudabat homo doctus philosophos, nescio quos;<sup>r</sup> neque eorum tamen nomina poterat dicere: sed tamen eos<sup>u</sup> laudabat maxime, qui dicuntur præter ceteros esse auctores et laudatores<sup>v</sup> voluptatis; cuius,<sup>6</sup> s et quo tempore, et quo modo,<sup>t</sup> non quære-

<sup>x</sup> Occasiones.

\*\*\*\*\*

faciebat a familia. Pro frugalitas C T et Franc. nobilitas; tres alii MSS. integritas.—15 Autem non est in H S. Vere dicam legunt C T, Steph. Crat. Hervag. Naug. Lamb. et Orell. ego hoc vere dicam ed. Rom. Ven. 1480. 1483. Junt.—16 Lamb. conjectit legend. cum populo Romano.—17 C Neque enim hom. Franc. Dresd. Neg; enim hom. T Nequam enim hom. In ψ desunt verba et terem.—18 ψ vultus.—19 Franc. obstrusio.—20 C et Lamb. neque obd. ita.

CAP. x. 1 Barb. ed. Wald. et Grav. desid. et inertiam.—2 H quia.—3 Franc. causas.—4 Sed eos tamen ed. Rom. Ven. 1480. 1483. Junt. Crat. Hervag. Lamb. In ed. Junt. maxime deest. Pro verbis qui dicuntur H χ ψ, ed. Rom. Ven. 1480. 1483. Junt. habent quos novit. ‘Fortasse, quos novimus.’ Orell.—5 Verba et laudatores absunt a Dresd.—6 χ ψ quovis. In C T, Franc.

## NOTÆ

dictus est a singulare continentia. Bellum servorum in Sicilia confecit.

<sup>o</sup> Materni generis oblii] Piso hic habuit matrem homine Gallo natam, qui, cum Romam venisset, Pisoni Cæsonio filiam collocavit.

<sup>p</sup> Falsa opinione] Imbiberant homines bonam opinionem de Pisone, tum ob frontis severitatem, tum ob generis nobilitatem; at alias prorsus de eo habuit Cicero.

<sup>q</sup> Vultu] Vultu tristis et taciturnus videbatur.

<sup>r</sup> Philosophos nescio quos] Epicureos scilicet philosophos Piso sequebatur; sed tam stolido erat ingenio, ut vel eorum nomen appellare non posset.

<sup>s</sup> Cujus] Non intelligebat Piso, cum illi philosophi de voluptate loquebantur, eos non de corporis, sed de animi voluptate loqui.

<sup>t</sup> Quo tempore, et quo modo] Quo-

bat. Verbum ipsum<sup>u</sup> omnibus modis animi et corporis devorabat:<sup>7</sup> cosdemque præclare dicere aiebat, sapientes omnia sua causa facere: <sup>x</sup> rempublicam capessere hominem bene sanum non oportere: nihil<sup>8</sup> esse præstabilius otiosa vita, et plena, et conferta<sup>9</sup> voluptatibus: eos autem,<sup>10</sup> qui dicerent, dignitati esse serviendum, reipublicæ consulendum, officii rationem in omni vita, non commodi, esse ducendam, subeunda<sup>11</sup> pro patria pericula, vulnera excipienda, mortem oppetendam,<sup>12</sup> vaticinari<sup>y</sup> atque insannire dicebat. 24. Ex his assiduis ejus quotidianisque sermonibus, et quod videbam, quibuscum hominibus in<sup>13</sup> intiore aedium parte viveret, et quod ita domus ipsa fumabat,<sup>14</sup> ut multa ejus sermonis indicia redoleret,<sup>15</sup> statuebam sic, boni nihil ab illis nugis<sup>16</sup> expectandum, mali quidem certe nihil pertimescendum. Sed ita est, judices, ut, si gladium parvo puerō, aut si imbecillo seni aut debili<sup>17</sup> dederis, ipse impetu suo nemini noceat; sin ad nudum<sup>18</sup> vel fortissimi viri corpus accesserit, possit acie ipsa et<sup>19</sup> ferri viribus vulnerari: [p. 8.] ita cum hominibus enervatis atque exsanguibus<sup>y</sup> consulatus, tanquam gladius, esset

<sup>y</sup> Errare.

\*\*\*\*\*

Dresd. et ed. pr. desunt *cujus et quo temp. . . . non oportere*, sed addunt aiebat ante nihil.—7 *Derorat χ ψ*, Ven. 1483. *devorarat Junt.* *Verba animi et corporis* Ern. *delend. censebat*, Schulz. *etiam voces omnibus modis.* Orell. *notavit locum esse corruptum.*—8 *ψ aiebat nihil.* Post præstabilius C addit illius; H illis.—9 *Et conferta plena* ed. Rom. Ven. 1480. 1483. *et conf. ac plena* Junt. *et conf. et plena* Crat. *unde verba et plena suspecta* Garatono.—10 Pro autem χ, Ven. 1483. Junt. habent *hoc.*—11 C T ψ, Franc. Dresd. ed. pr. Car. Steph. Lamb. *adeunda.*—12 Franc. et Dresd. *appetendam.*—13 C S T carent præpositione. In χ aedium deest. *Pro riveret H S habent ageret;* χ ψ ageret; ne diu riveret.—14 C fundabat: ψ firmabat.—15 *Sermonibus χ; judicia ψ; et redolerent C H S T χ ψ,* et alii, atque edd. ante Manut. cum Lamb. et Orell.—16 Pro nugis C habet magis; H magis esse; S, Ven. 1483. Junt. *nugis esse.*—17 H χ, Ven. 1483. Junt. *imbecilli seni,* et Lamb. ac deb. *Tum, ψ dederitis.*—18 C si ad nud.—19 Pro et C H χ habent vel. Dein, *ferri viribus vulnerare*

#### NOTÆ

modo et quando capienda erat ejusmodi voluptas, non animadvertebat propter stoliditatem animi.

<sup>u</sup> *Verbum ipsum]* Ut pecus, solum voluptatis verbum amplectebatur.

<sup>x</sup> *Omnia sua causa facere]* Doctrina hæc Epicureorum fuit, ut omnia sua, non civium et reipublicæ causa facere debere dicherent.

<sup>y</sup> *Enervatis atque exsanguibus]* Piso-

datus; qui per se pungere neminem unquam potuissent,<sup>20</sup> hi summi imperii<sup>2</sup> nomine armati<sup>1</sup> rempublicam contruci-daverunt. Fœdus fecerunt cum tribuno plebis palam,<sup>2</sup> ut ab eo provincias acciperent, quas ipsi vellent; exercitum, et pecuniam,<sup>2</sup> quantam vellent, ea lege, si ipsi prius tribuno plebis afflictam et constrictam<sup>3</sup> rempublicam tradidissent: id autem fœdus<sup>4</sup> meo sanguine ictum sanciri<sup>2</sup> posse dicebant. 25. Qua re patesfacta,<sup>b</sup> (neque enim<sup>5</sup> dis-simulari tantum scelus poterat, nec latere) promulgantur uno eodemque tempore rogationes ab eodem tribuno de mea pernicie,<sup>c</sup> et de provinciis consulūm<sup>d</sup> nominatim.<sup>6</sup>

XI. Hic tum senatus sollicitus, vos equites excitati,<sup>7</sup> Italia cuncta permota, omnes denique omnium generum atque ordinum cives summæ reipublicæ<sup>e</sup> a consulibus atque a summo

<sup>a</sup> Consulatus.

<sup>a</sup> Reipublicæ periclitantis.

.....

Lamb. servoribus vulnerari Franc. Dresd. et ed. pr. In  $\chi$  ita deest.—20 Franc. pungere neminem; et C unq. potuisset.—1 Post armati  $\chi$  addit tamen. Tum, C T et ed. pr. trucidarunt: H S  $\chi$   $\psi$ , Franc. Dresden. trucidaverunt. Verba Fœdus fecerunt . . . auxilium arbitrabantur absunt a C T, Franc. Dresden. et ed. pr.—2 In H deest palam.—3 Ms. Henr. et Car. Stephani conscriptum; unde Henr. Steph. faciebat circumscriptum. H S  $\chi$   $\psi$  et edd. ante Lamb. non agnoscunt voces et constrictam.—4 In H S  $\chi$   $\psi$  legitur Id enim fœdus.—5 H S  $\chi$  omittunt enim.—6 Consules nom. H S  $\chi$ : consularibus nom.  $\psi$ : nom. consularibus Hervag. nom. consulum Ven. 1483. Junt.

#### NOTÆ

nem et Gabinium per illos enervatos intelligit, viros nempe deliciis fractos, reipublicæ administrandæ minime idoneos.

<sup>a</sup> Exercitum et pecuniam] Duæ legiones consulibus proficiscentibus in provinciam dabantur cum pecunia, quæ sumebatur ex ærario.

<sup>a</sup> Ictum sanciri] Alludit ad sanctiō-nem fœderum: nam veteres Romani in sanciendis fœderibus soliti fuerunt silice porcum, aut terram ferire, attestando se velle a Jove feriri, si a fœdere desicerent, ut porcum vel terram feribant.

<sup>b</sup> Qua re patesfacta] Cognito fœdere et actione inter Clodium et consules,

de provinciis accipiendis, de Cicero-nis exilio actum est a Clodio.

<sup>c</sup> De mea pernicie] Per snam perni-ciem, significat legem quæ lata est a Clodio contra Ciceronem: ut qui ci-vem Romanum indemnatum interfecisset, ei aqua et igni interdicieretur: licet enim Ciceronem non nominarit, tamen ad eum hæc lex pertinere vi-debatur, quod in suo consulatu Ce-thegum, Lentulum, et alios cives, Ca-tilinariæ conjurationis affines, necan-dos in carcere jussisset.

<sup>d</sup> De provinciis consulum] Clodius, tribunus plebis, legem promulgavit, qua dabatur Macedonia Pisoni, et Gabinio Syria.









UNIVERSITY OF CALIFORNIA LIBRARY

Los Angeles

This book is DUE on the last date stamped below.

LIBRARY  
JUN 6 1985  
JUN 1 1985



3 1158 00990 2197

SOUTHERN BRANCH  
UNIVERSITY OF CALIFORNIA  
LIBRARY  
LOS ANGELES, CALIF.

UC SOUTHERN REGIONAL LIBRARY FACILITY



AA 000 399 014 0

